Rękopis wyrestaurowano i nową oprawę sporządzono w r. 1932. Z dawnej oprawy istniały w tym czasie (i już z końcem XVIIIgo w., jak świadczy zachowana karteczka ze starą sygnaturą) jedynie fragmenty desek okładkowych, ze szczątkami skóry koloru jasno-brązowego. Na wewnątrz przedniej okładki zachował się był fragment starej wyklejki, który nalepiono tu obok. A.B.

Na k. 275 F. Kiec nalepił dwa fragmenty znalezione wewnątrz kodeksu
15 XII 70 M.Kw

Innocentius episcopus servus servorum dei dilecto filio Arnaldo Abbati Cisterciensi salutem et apostolicam benedictionem. Prophetica docet auctoritas quod beati sunt qui seminant super aquas semen et libenti dei et aque multe sunt populi multi. E contra maledictus est ille qui frumenta abscondit in populo. et qui suffodit in terra thalentum quod super erogare ~~debet~~ aliquod Stabularius qui duos accepit a Samaritano denarios et supererogare ~~debet~~ aliquid servus cui dominus suo talenta commisit. Itaque tunica iacinctina dependebat aurea tyntinabula ne pontifex ingrediens absque sonitu sanctuarium moriatur. Inter cetera siquidem que ad pastorale spectant officium sancte predicationis utilitas excellit. Iuxta quod docet egregius predicator. Non misit me Christus baptizare sed predicare. Item Insta oportune inportune opus fac evangeliste. Item propheta. Quam speciosi pedes evangelizantium pacem evangelizantium bona. Item Clama ne cesses exalta vocem tuam. Hoc enim officium dominus principaliter iniunxit apostolis dicens Quod dico vobis in tenebris dicite in lumine. et quod auditis in aure predicate super tecta. Euntes in mundum universum predicate evangelium omni creature. Tante namque virtutis est predicatio quod animam revocat ab errore ad veritatem et a vitiis ad virtutem. perversa mutat in recta et aspera convertit in plana. instituit fidem. erigit spem. et roborat caritatem. evellit nociva. plantat utilia. fovet honesta. via vite. scala salutis et ianua paradisi. Predicator itaque debet habere in ore argentum et balsamum. id est sapientiam eloquentiam et honestatem. ut quod dicat et agat et intelligat. et quod dixerit et intellexerit agat. Nam qui fecerit et docuerit hic magnus vocabitur in regno celorum. Alioquin dicatur et ei quod ficulnea terre similis est ficulnee maledicte que folia sine fructu produxit. Omnis vero scriba doctus in regno celorum de thezauro suo nova profert et vetera. sive quod testimonia sacra proferat tam de novo quam veteri testamento. sive qui credit tam de gratie novitate quam de culpe vetustate sermone sive qui agit tam de premiis quam de suppliciis. que inveteravit in malo vel innovat in novo. Verum de hiis autem et aliis pro diversitate personarum et rerum debet aliter et aliter loqui. Unde ad sponsam dicitur in Canticis canticorum. Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento. Per aurum enim sapientia designatur Salomone testante [illegible] argentum eloquentia [illegible] dicere [illegible] Eloquia [illegible] argentum igne examinatum [illegible] Per murenulas aureas [illegible] sapientie designatur quibus pectus et collum ornatur. id est predicatores et doctores ornantur. Vermiculatis autem i. distinctis et variatis argento. scilicet eloquentia ut iuxta varietatem materie vel persone stilus sermonis et qualitas varietur. Ait enim Apostolus Sapientiam enim loquimur inter

Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis

perfectos. Inter vos autem non iudicavi me scire aliquid nisi ihesum christum et hunc crucifixum. Et ego non potui loqui vobis quasi spiritualibus sed quasi carnalibus. tamquam parvulis in christo. lac vobis potum dedi non escam. Parvulis autem veritas et perfecti vobis datum est nosse misteria regni dei. Et contra rudibus et infirmis Multa habeo vobis dicere que non potestis portare modo. Unde ipsa prudenter innuit. Nolite sanctum dare canibus nec margaritas spargere ante porcos. sed innuit isto te similes animalibus que ruminant pariter et ungulas findunt. Debet enim predicator habere vinum et oleum virgam et manna. ignem et aquam. singula suo loco proferendo congrue. Principaliter autem ad eruditionem fidei. et informationem vite. tamquam ad fundamentum et edificium debet intendere predicator. confirmando que dicit rationibus. auctoritatibus et exemplis. ut funiculus triplex difficile dissolvatur. Prima vero pulvis in manibus glebe pedibus predicatoris semper adheret. Et utique predicator [illegible] de pedibus [illegible] imprimitur [illegible] [illegible] aliis predicaverit [illegible] fiat. Secundam autem in predicationis officio fecerim [illegible] quod dico. sed tot sum causarum impeditus incursibus. tot negotiorum oneribus irretitus. ut necesse sit diu sum in singulis minorem ad singula invenire. Contemplari quippe non sinor sed nec respirare permittor. Sit

traditus aliis. ut pene primatus michi videar esse subtractus. Nec vero pro sollicitudine temporalium que tempore exigente malitia valde me gravant. cura spiritualium omnino negligere videar. que michi pater apostolice sanctitatis officium magis incumbit. Quosdam sermones ad clerum et populum. nunc litterali nunc vulgari lingua compositos et dictatos. Ergo ad tue petitionis instantiam quia pro germine filium fratrem. Unicum karissimum capellanum meum et monachum tam inclite fecisti devotum tue studui destinare. Rogans et obsecrans in christo ihesu quatenus in tuis orationibus apud misericordissimum iudicem et piissimum patrem me reddas spiritualiter commendatum.

Dominica prima in adventu

Cum venit plenitudo temporis misit deus filium suum natum de muliere factum sub lege ut eos qui sub lege erant redimeret. In hoc proposito verbis apostoli quatuor proprie considerantur. de venit tempus videlicet et personam modum et causam. De tempore namque premittitur. Cum venit plenitudo temporis. De persona subiungitur. misit deus filium suum. Quomodo subiungitur. Natum de muliere factum sub lege. De causa supponitur. ut eos qui sub lege erant redimeret. Tempus enim plenitudinis intelligitur tempus gratie quod ab adventu salvatoris incepit. tempus usque incendii et annus benignitatis. Nam lex per moysen data est. gratia et veritas per ihesum christum facta est. Gratia .i. remissio peccatorum. veritas .i. exhibitio promissorum. Prius enim sunt peccata deleta quam regnum

Quare tamdiu xpus distulit venire

fuit promissa completa // Quer
itur tam diu distulit venire medi
cus ad sanandum egrotum. Utique
non ante fuit mortuus unus pro
populo ne gens tota periret. Optatum
de divinae sapientiae et scientiae
dei quam incomprehensibilia sunt
iudicia eius et investigabiles vie
eius. Quis enim cognovit sensum domini
aut quis consiliarius eius fuit.
Dici possunt tamen celestis altitudo
consilii. ut ideo medicus venire dif
ferret ad sanandum egrotum. ne
si festinus venisset putaret egrotus
se non medici virtute sed nature
vigore vel infirmitatis levitate
sanatum et sic vilipenderet medicum
et parum perderet egritudine. Presu
mebat enim peccator de suis viribus
dicens non deest qui faciat sed deest
qui imperat. Et iterum quecumque
dixerit nobis dominus faciemus et au
diemus. Ut ergo de sua virtute dif
fideret ut medici gratiam postula
ret distulit salvatio accedere do
nec peccator clamaret frequenter et
diceret Veni domine et noli tardare
relaxa facinora plebis tue Israel
Verior subtilior et securior huius
dilationis est ratio quam sapientia
nobis insinuat dicens Dum me
dium tenerent silentium omnia
et nox in suo cursu iter peragerent
omnipotens sermo tuus domine venit a re
galibus sedibus. Licet enim aliter
et aliter hoc ab aliis et aliis ex
ponatur congrue tamen potest intelligi
Primum silentium in lege nature secundum
in lege scripture tertium in lege gratie.
Indidit enim conditor deus legem
naturalem mentibus hominum a brevi crea
tionis exordio geminum continentem
mandatum unum affirmativum quod ad
prestanda beneficia dicitur in euangelio
Quecumque vultis ut faciant vobis
homines et vos facite illis. Alterum
negativum quod ad vitandum iniu
rias legitur in Thobia Quod ne
tibi odis fieri alii ne facias. Sed
lex ista siluit ab initio cum Cayn
interfecit Abel faciens alii quod sibi
nollet fieri et sic factum est primum
silentium usque ad Moysen. Secundum
deus suscitavit testimonium in Jacob
et preceptum posuit in Israel. Datum
enim legis decalogum in duabus
tabulis scriptum. Altera continente
dilectionem dei. reliqua proximi
in quibus duobus tota lex pendet
et prophete. Sed et lex ista siluit ab ini
cio cum populus vitulum conflatum
adoravit. Contra primum legis pre
ceptum adorans deos alienos
et sic factum est secundum silentium usque
ad Christum. qui mitissimus adveniens
contulit legem gratie scribens eam
in cordibus hominum digito dei. Sed
lex ista silebit in ultimo cum reve
labitur filius perditionis qui ex
tollitur super omne quod dicitur
aut quod colitur deus. Et forte
iam silet quia superhabundavit iniqui
tas. et refrigescit caritas multorum
Vix est qui faciat bonum. Prima
vero lege contulit deus homini
posse. secunda contulit nosse. tertia
contulit velle. Prima contulit
potentiam peccandi. secunda con
tulit scientiam presumendi. tertia
contulit voluntatem per gratiam. Pre
misit itaque deus legem naturalem
priusquam committeret transgressionem
ne fortassis excusationem preten
deret dicens Cecidi quia stare
non potui. Sed tollitur excusatio
quia plenum natura potuit in bo
no stare sed noluit. Premisit et
legem scriptam priusquam committeret
presumptionem ne fortasse excusationem
pretenderet dicens Cecidi quidem

Sap 18

quia stare nesciunt. Sed tollitur expu
tacio quia per dominicum scripture
nomine amalech delinetur. Sed noluit
est iudeo per utramque legem tempore
congruo. Sed cum nox culpe medi
um iter pageret omnipotens sermo venit
et verbum caro factum est et contu
lit legem gracie ut quod poterat per
naturam et voluerat per scripturam
impleret per graciam. Non quamvis
et ante quedam graciam habuisset
sed pauci quia plures timore quam
amore plures ut sunt qui ut li
beri fiunt ebant unde in designi an
geli aqua movebatur. Sed unus
salvabatur. Verum samaritanus appro
pians vulneratis eius vulnera super
fundens vinum et oleum alligavit
quem sacerdos et levita videntes
immisericorditer pretereuerat. Helisee
quandoque premisit baculum ad su
scitandum filium sunamitis. Sed quoniam
cum ille non resurgeret venit ve
nit et contrahens se puero copula
vit et sic mortuus resurrexit.
Cum ergo venit plenitudo tempor(is)
misit deus filium suum quasi illuc
ubi erat. Sed misit quantum ad humani
tatem ubi erat secundum divinitatem.
Quia in mundo erat et mundus per
ipsum factus est et mundus eum non
cognovit. In propria venit et sui eum
non receperunt. ¶ Cur filius dei
voluit humanari. Sed cum tres
sint qui testimonium dant in celo: pater,
verbum et spiritus sanctus. Cur pater
ipse non venit aut spiritum sanctum
non misit. Sed cur proprius filius de
se humanavit. O altitudo divitiarum
sapiencie et sciencie dei quam in
comprehensibilia sunt iudicia eius
et investigabiles vie eius. Quis
enim cognovit sensum domini aut
quis consiliarius eius fuit. Pro
posuit tamen altitudo celestis

consilii ut deus qui in sapiencia
sua mundum creaverat secundum
illud omnia in sapiencia fecisti
domine. ipse mundum in eadem sa
piencia recrearet. Hec est enim
mulier evangelica que accendit
lucernam ut dragmam decimam
que perdita fuerat inveniret. Propri
sibi filiacionis nomen observans
ut qui erat in deitate dei filius
idem fieret in humanitate hominis
filius. Cum vero si subtilior et secre
cior huius missionis ratio que
prophetica nobis insinuat. Ex ipso
me inquit horta est hec tem
pestas mittite me in mare. Licet
enim aliter et aliter hoc ab aliis
exponatur congrue tamen potest
intelligi prima tempestas horta
est in empyreo. Secunda orta est
in paradiso. Prima inter angelos
secunda inter homines. Prima namque
tempestas fuit tumor superbie
per quam lucifer ad equalitatem
dei deificari cupiens ascendere. Unde
quod ait ascendam in celum et
ponam sedem meam ad aquilo
nem et ero similis altissimo.
Sed volens ascendere cecidit secundum
illud Quomodo cecidisti lucifer qui
mane oriebaris. Secunda tem
pestas fuit ardor cupiditatis
per quam homo dei scienciam con
cupivit iuxta quod illi serpens pro
miserat. Eritis sicut dii scientes
bonum et malum. Sed concupiscens
alienum proprium perdidit secundum illud
homo quidam descendebat a ierusalem
in iericho et incidit in latrones
qui spoliaverunt et vulneraverunt eum.
Hec duo vicia sunt radix et
origo omnium viciorum. Nam et
superbia dicitur initium omnis
peccati est superbia. De cupiditate
dicit apostolus Radix omnium malorum
est cupiditas. Verum in sancta

et individua trinitate patri attri
buntur unitas propter principium
filio attribuitur equalitas prop-
ter medium · spiritui sancto attribuitur
connexio propter consortium ¶ Ita
ergo tempestas que orta est inter
angelos propter dei equalitatem
ipsa orta est propter filium qui
secundum apostolum · non rapinam arbi
tratus est esse se equalem deo
¶ Sed et in unitate patri attribuitur
potentia · filio sapientia · spiritui
sancto dilectio · ¶ Orta ergo tem-
pestas que orta est propter dei
sapientiam ipsa quoque orta est
propter filium · qui secundum apostolum est
dei virtus dei sapientia ¶ Ipse quoque
occasionem dampni dedit et dam-
pnum deo dissolvi videtur ¶ Idcirco
verus ionas · id est christus spiritualiter
missus est in hoc mare magnum
et spaciosum · id est mundum in quo
sunt absorpti tibi ... · id est sepultus
in monumento ¶ Iuxta quod ait ¶ Sicut
Jonas tribus diebus et tribus
noctibus fuit in ventre ceti ita
filius hominis erit tribus diebus
et tribus noctibus in corde terre
Sicut alibi dicit Veni in altitu
dinem maris et tempestas demer
sit me · Et sic reparat que in ce
lis et in terris sunt · id est ruina ange
licam et casum humanum corrigit
ergo deus filium suum natum de
muliere · De muliere natus est sed de vir
gine ¶ Que mater propter fecundit-
atem virgo propter virginitatem censetur
Unde ysaias ¶ Rorem inquit faci
et dominus super terram cum terra
dabit virum uteri sui gremio
Et alibi ¶ Ecce virgo concipiet
et pariet filium et vocabitur
nomen eius emanuel ¶ Cur
de muliere corpus assumpsit

¶ Sed cur in similitudine carnis
peccati de muliere corpus assump
sit et non potius ex alia materia
sibi corpus formaverit ut sicut
factus fuerat hominis lapsus ita
fieret et ... ¶ O altitudo divi
ciarum sapientie et sciencie dei ...
¶ Dispossunt tamen celestis alti
tudo consilii · ut sicut per mulierem
mors intravit in orbem · ita
per mulierem vita rediret ad orbem
Et unde mors oriebatur inde
vita resurgeret ¶ Porro subtilior
et secretior huius assumptionis
ratio quam apostolus insinuat dicens
¶ Nusquam angelos apprehendit
licet enim aliter et aliter ab aliis
et aliis assignetur cum deus non
angelicam sed humanam naturam
assumpsit · Hinc quod angelus
per se corruit · quia sine suggesti
one peccavit · Homo vero quia
diaboli suasione deliquit sine
qua humana natura cecidit tota
quam in radice peccavit ¶ Angelica
vero non tota · quia partem in sua
felicitate permansit · ¶ Potest tamen
subtilis indagator convenien
ciam intelligere · quod adam
peccavit in patrem eva peccavit
in filium · lucifer autem peccavit
in spiritum sanctum · sed qui peccat in patrem
remittetur ei qui peccat in filium
remittetur ei · qui peccat in spiritum sanctum
non remittetur ei · neque in hoc seculo
neque in futuro ¶ Ideo deus non naturam
angelicam · sed humanam assump
sit · quod autem in assumptibile
fuit incurabile mansit Itaque
inde curatum est unde susceptum
et propterea corpus suum sumpsit et
animam ut animam simul curaret et
corpus ¶ Oportuit igitur ut de il
lo genere carnem assumpmeret

// dicto

quod voluit parentem assumptam
curare. Tercius quod semine cui facta
fuerat repromissio in semine tuo bene-
dicentur omnes gentes. Quartum natu-
ram nostram assumpsit deus in virgi-
ne ne parentis concupiscencia peccatum
contraheret quod parentis mundiciam
debebat auferre. Unde cum esset
desponsata mater ihesu maria Jose-
ph antequam convenirent inventa
est in utero habens de spiritu sancto.
Decet secundum triplices concepit
non desponsate sed tradita non in
pudore virginitatis sed in fervore libi-
dinis non in gratia sed in culpa. Ter-
cia concepit non tradita sed des-
ponsata. Unde cum esset desponsa-
ta mater ihesu maria Joseph non
in fervore libidinis sed in pudore vir-
ginitatis. Unde antequam convenirent
inventa est in utero habens non
in culpa sed in gratia quia de spiritu sancto
concepit. Voluit etiam deus in sua con-
cepcione totum humane condicionis
modum implere. Quatuor enim modis
humane condicionis fuit ut homo
fieret nec de masculo nec de femina
sicut adam. Secundus fuit ut homo
fieret non de femina sed de masculo
ut eva. Tercius extitit ut homo
fieret et de masculo et de femina sic-
ut abel. Quartus restabat ut homo fi-
eret de femina et non de masculo.
Sicut christus quem decebat ut secundum
humanitatem nasceretur de matre
sine patre sicut secundum divinitatem
fuerat de patre sine matre. Misit
ergo deus filium suum natum de mu-
liere factum sub lege i. legi subiec-
tum. Legi namque se subdidit qui
legem condidit non tamen ex de-
bito sed tantum ex beneplacito quia
secundum legem condidit octavo die
circumcisus et quadragesimo i. tem-

plo redemptus ut eos qui sub le-
ge erant redimeret. Est autem
ut probavimus lex nature et lex scrip-
ture lex gracie et lex culpe quas ip-
sos docet apostolus. Prima cum gen-
tes ea que legis sunt naturaliter
faciunt ipsi sibi sunt lex. Secunda
lex subintravit ut habundaret
delictum. Tercia exclusa est glo-
riacio tua per legem non factorum
sed lege fidei. Quarta video aliam
legem in membris meis repugnan-
tem legi mentis mee et captivan-
tem me in lege peccati. Factus est
ergo christus ab lege scripture ut re-
dimeret eos qui erant sub lege
culpe reparans legem nature per
legem gracie. Cur deus non dixit
et refecit mandatum et creavit
sicut dixit ~~mandavit~~ et facta sunt
mandavit et creata sunt. Cur
deus voluit tot supplicia pati.
Cur per redempcione nostra dignatus
est tot supplicia et obprobria susti-
nere. O altitudo diviciarum sci-
Diffusius tamen celestis altitudo
consilii per mortem suam genus
humanum redimere quatinus inimi-
cos ad caritatem accenderet superbos
ad humilitatem reduceret. Quid
enim nos magis ad caritatem ac-
cendit quam quod proprio filio
suo non pepercit deus sed pro nobis
omnibus tradidit illum. Maiorem
enim caritatem nemo habet quam
ut animam suam ponat pro amicis
suis. Quid enim magis nos ad
humilitatem invitat quam quod
ille qui cum in forma dei esset
non rapinam arbitratus est esse se
equalem deo exinanivit se for-
mam servi accipiens factus obe-
diens usque ad mortem mortem
autem crucis. Porro subtilior
et perfectior huius redempcionis

vo
2
no

Actio est iur· agro adiungo vel voca.

est ratio quam propheta nobis insinu-
at dicens Misericordia et veritas ob-
viaverunt sibi iusticia et pax oscula-
te sunt etc. Ratio pulcherrima
licet enim aliter et aliter hoc ab
alijs et alijs exponatur. Congru-
e tamen potest intelligi quod inter
misericordiam et veritatem diffi-
cilis quedam altercatio vertebatur
Veritas autem in adiutorium et con-
silium sibi iusticiam advocavit
Misericordia vero consiliatricem et
adiutricem sibi pacem assumit
Tandem communiter divine sapientie
arbitrium elegerunt. qua medi-
ante litigium sopiretur. Partibus
igitur in presencia constitutis mise-
ricordia pacis instructa consilio
taliter allegavit. Cum deus su-
me bonitatis arbitrio fecerit ho-
minem ad ymaginem et similitu-
dinem suam / indignum esset ut
tam digna creatura tota periret
nec deus suo frauderetur proposito quo
propterea fecit hominem ut illum
cognosceret / cognitum diligeret / dilec-
tum haberet / atque fieret inestima-
bili felicitate beatus. Et quidem
cum fecerit hominem quem deo toto
noverit periturum / nulla prorsus
utilitas ymmo crudelis esset impi-
etas. Non igitur obliviscatur
misereri deus neque contineat
in ira miseraciones suas. Sed adhuc
et complaceat misereri. Secundum multa
testimonia scripturarum nichil odit
eorum que fecit sed neminem vult
perire / Veritas autem iusticie fre-
ta consilio respondit hoc modo
Cum deus inculpabilis equitatis
iudicio propter peccata hominum clauserit
ianuam paradisi / collocavit ~~autem~~
ante paradisum voluptatis che-
rubim et flammeum gladium
ut angelus diabolum et ignis
hominem arceret. Indignum
esset ut eam reseraret indignus
ne sanctum daret canibus aut
margaritas porgeret ante porcos
Reddat ergo retribucionem superbis
unicuique secundum opera sua. quia te-
stimonio scripturarum omnes decli-
naverunt simul inutiles facti sunt
non est qui faciat bonum non est
usque ad unum. Omnes mundi de immundo
concepti semine sunt et appositi
sunt ad hoc peccare ei. Ad hec mi-
sericordia prudenter allegavit ad-
dicit. Quamvis homo multum
peccaverit / postea tamen perfecte pe-
nituit. et ideo quod amisit per culpa
debet recuperare per penitenciam. Iuxta
quod deus ipse promisit. Quacum-
que hora peccator conversus fuerit et
ingemuerit omnium iniquitatum eius
non recordabor / Econtra veritas
in hec verba prodit. licet per peni-
tenciam culpam deleverit / perfecta
tamen innocencia non restituitur
quia semper remanet fomes pecca-
ti languor nature tyrannus carnis.
et ideo cum possit penam auferre /
non posset gloriam restituere. Omnes
ergo peccaverunt et omnes egent
gloria dei. nequaquam immundus divino
potitur consortio. Iudicium
sine sententia. Alijs inter se aliter
et aliter obviantibus divina sa-
piencia / cogitaciones pacis pro
nobis cogitabat / Et vidit quod
iusticia lederetur nisi sufficiens
pena ab omnibus solveretur / sed mise-
ricordia deperiret si qualibet sufficien-
ti pena periret. Cum ergo deus
iustus sit et misericors ~~[illegible]~~ ymmo
cum sit misericordia et iusticia non
posset agere preter unam nec posset
agere contra iusticiam cum omnes
vie domini misericordia et veritas
Unde propheta Misericordiam et iusti-
ciam cantabo tibi domine. Ideo

Marginalia: mia · i · Veritas · mia · i · c'a 18 · Veritas · Ro. 3 · Diva sapientia · Ro.

et modum invenit per quem utriusque
tam misericordie quam iusticie sa
tisfaceret. Iudicavit igitur ut assu
meret in se penam pro omnibus et do
naret per graciam omnibus. Ita per hoc
iusticia et pax complexe sunt se.
Nullus enim alius inventus est dig
nus aperire ianuam paradisi nisi leo
de tribu iuda qui claudit et ne
mo aperit. aperit et nemo claudit.
Vix enim cuiquam alii sua sufficie
bat iusticia nedum sufficeret omnibus
quia nemo est sine peccato nisi solus
deus dicente propheta Ne intres in
iudicium cum servo tuo domine quia
non iustificabitur etc. Quapropter
ergo deus factus est homo quasi
inter deum et hominem legitime medi
ator. ut parte qui neutri parti
suspectus existeret utriusque generis
in una persona naturam. Opor
tuit igitur ut deus sua morte
humanum genus redimeret et sicut
per unius hominis inobedienciam pecca
tores constituti sunt multi. ita
et per unius hominis obedienciam iusti
constituentur multi. Hic est ser
pens eneus exaltatus in heremo
per quem percussi a serpentibus sa
nabantur. Hic est summus sacerdos
in cuius morte rei qui confugerant
ad civitatem in remedium rever
tebantur ad propria. Hic est enim de
quo beatus Iob dicit In oculis
suis hamo capiet quasi behemoth
In hamo siquidem subiecta latet a
culeus et in esca sub humanitate
latet divinitas. Christus ergo qua
si hamo cepit behemoth i. dyabolum
qui cum capere escam humanitatis
captus est aculeo divinitatis. Cum
tum misit manum in eum in quo
nichil habebat iuris iure amisit
illos in quos aliquid iuris habe
re videbatur. Unde quia dyabolus
hominem in ligno seduxit et homo
dyabolum in ligno devicit et de
cepit. et quia mors paradisum
intravit et colonos eiecit vita
infernum ingressa est et captivos
eduxit mortem sibi de nostra
mortalitate suscepit et vitam
nobis de sua vita restituit.
Sit ergo christo laus et honor et
gloria qui est super omnia deus benedic
tus in secula seculorum Amen. Item

Hora est prima dominica
iam nos de sompno surge
re. Nunc enim propior est nostra
salus quam cum credidimus. Ro. 13.

De triplici sompno et vita. Si
gnificatio sompni multipharie
spargitur in scriptura. Legitur enim
et sompnus vite et sompnus
mortis. Porro sicut triplex est vita
videlicet corporalis spiritualis et eter
nalis. Ita triplex est sompnus
vite. primus qui provenit ex natura
secundus qui procedit ex gracia. tercius
qui consurgit ex gloria. De primo
sompno inquit in ewangelio. Matth.
26. Dormite iam et requiescite.
De secundo sponsa dicit Canticorum
5o. Ego dormio et cor meum
vigilat. De tercio psalmista di
cit psalmo 4o. In pace in idipsum
dormiam et requiescam. Sic
et triplex est sompnus mortis
quia triplex est mors corporalis
spiritualis et eternalis. De sompno
mortis corporalis ait deus Io. 11.
lazarus amicus noster dormit. De
sompno mortis spiritualis dicit
apostolus Ephe. 5o. Surge qui
dormis et exurge a mortuis et
illuminabit te christus. De sompno

mortis eternalis dicit psalmista psalmo 40
Qui dormit non adiciet ut resurgat
A sompno mortis corporalis resurgunt
omnes a sompno mortis spiritualis resur-
gunt quidam a sompno mortis eter-
nalis resurgunt nulli Quoniam
omnes resurgemus sed non omnes
immutabimur 1 Cor 15 Beati
qui habent partem in resurreccione
prima Apocalipsis 20 Quia in inferno
nulla est redempcio Job Et ideo non
resurgunt impii in iudicio neque pec-
catores in consilio iustorum psalmo 1
Porro sompnus mortis spiritualis tri-
bus modis contingit per negligen-
ciam per ignoranciam et concupi-
scenciam De sompno negligencie
Salomon Sapiencie 6 ait Usquequo piger
dormies quando consurges De som-
pno ignorancie dicit David psalmo
12 Illumina oculos meos ne umquam
obdormiam in morte Et
alibi psalmo 75 Dormierunt somp-
num suum et nichil invenerunt omnes
viri diviciarum in manibus suis De
hoc triplici sompno dicit apostolus
Rom 13 hora est iam nos de som-
pno surgere quasi dicat Surgen-
dum est nobis de sompno negligen-
cie propter quod addidit Quia pro-
pior est nostra salus quam cum
credimus Surgendum est nobis de
sompno ignorancie propter quod subdit
quia nox precessit dies autem
appropinquavit Surgendum est
nobis de sompno concupiscencie
propter quod dicit Non in comessacioni-
bus et ebrietatibus etc Et ideo
concludit et imponit a somno Abi-
ciamus ergo opera tenebrarum et in-
duamur arma lucis sicut in die
honeste ambulemus Hora est ergo
iam nos de sompno surgere Ideo
videtur questio Cum dicit cum
semper sit hora surgendi a sompno
culpe iuxta quod inquit propheta quacum-
que hora peccator conversus fuerit et
ingemuerit omnium iniquitatum eius
non recordabor dicit dominus Quid
est quod est dicit apostolus hora est
iam nos de sompno surgere tamquam
non semper sit hora Caveamus ergo
quod veritas ait Vigilate quia
nescitis diem neque horam Et ideo
monet nos propheta Querite domi-
num dum inveniri potest invocate eum
dum prope est Non ergo sibi fin-
ficta blandiatur peccator et dicat
securus possum ad tempus peccare
quacumque hora convertar omnium iniqui-
tatum mearum non recordabitur deus
Et negligens negligetur a domino
cum nescit diem neque horam Iusto
namque iudicio fit dei ut qui cum
homo potest converti non vult cum vult
quacumque hora non possit Timere enim
statutum est homini penitere cum pos-
set ipse peccare Nam igitur ideo
inmitata penitencia vel magis in tempore
oportuno surgendum est nobis a
sompno culpe quia si in prima vigi-
lia venerit et ita invenerit beati
sunt servi illi Surgamus igitur fratres
et filii dum oportunum tempus et
horam competentem habemus ab illo
triplici sompno quia quilibet est mor-
talis Certe nichil est magis ami-
cum iniquitati quam negligencia
propter quod dicit scriptura Maledictus
homo qui opus dei agit neglig-
enter Ierem ut Salomon ait Quando
manus non est innocens manus
Ieronimus consulit Semper aliquid
operis facite ut dyabolus inveniat
te occupatum Cum enim David quie-
visset amplius et deambularet
in solario post meridiem vidit
ex adverso Bersabee se lavantem
tulit eam illam et dormivit cum ea
propter quam homicidium patravit

et adulterium perpetravit et qui vi
cit in bello victus est tandem in pa
ce. Ergo dum tempus habemus op
eremur bonum ad omnes. Venit tempus
quando non poterimus operari. Unde
quod veritas ait: ligate inquit
manus et pedes et proicite eum in
tenebras exteriores. Surgamus
ergo fratres et filii a sompno igno
rancie qui et ipsi mortales existimus.
propter quod dicit scriptura: Noluit in
telligere ut bene ageret. Iniquitatem
meditatus est in cubili suo. Ipsi
vero non cognoverunt vias meas.
propterea populus meus captivus ductus est
quia non habuit scientiam et si
cognovissent numquam dominum glorie
crucifixissent. Hinc error, hinc here
sis, hinc perfidia, hinc cecitas in peccatis.
Sed ignorans ignorabitur et negligens
negligetur. Surgendum est nobis
eciam a sompno concupiscentie ne for
te obdormiamus in voluptatibus
carnis et deliciis mundi. Quia
non dormit neque obdormiet qui
custodit Israel. Quasi dicat: Som
pnus est vita carnalis vel conversa
cio secularis. Quia sicut ille qui som
pniat putat se multas divi
cias cum evigilat contristatur pro eo
quod nichil invenit se habere. Sic
ille qui dives est in hoc mundo cum
transierit de illo dolebit quia ni
chil secum de illo portabit. Unde
inquit: egressus sum de utero ma
tris mee nudus revertar illuc.
Nichil tulimus in hunc mundum haut
dubium quia nec auferre quid
possimus. Nichil enim nobiscum
de hoc mundo deferimus nisi opera
nostra, quod legitur: Opera enim illorum
sequuntur illos. Que si bona fu
erint perducunt ad gloriam; si mala
pertrahunt ad gehennam. Hinc quod
et quanta mortales de mundane
conversacionis multitudinibus cogi
tant. Sed sub repente mortis articulo
repente contra que cogitaverunt
evanescunt. propter quod dicit psalmista:
Exibit spiritus eius et revertetur
in terram suam. Et cetera. Homo quippe
qui permanet in peccato similis
est iumento qui in sterquilinio com
putrescat et qui revertitur ad
peccatum est quasi canis qui redit
ad vomitum. Quid enim nos in
feri cogitamus, quid disponimus
aut quid agimus tota die, nisi ara
nearum telas texamus qui omnes
curas nostras consumimus circa
modica. Amittimus tempus nostrum in va
nis studiis et operibus pravis
in voluptatibus carnis et illece
bris mundi. Sed utrumque contra
prescienciam vel carnis et mundi
dampnat Apostolus in hoc loco. Cum
prohibet comessationem et immundi
ciam in quibus homines, id est gulosi
et luxuriosi, amplius delectantur.
Rursum contentionem et emula
cionem in quibus homines munda
ni ligantur, qui contendunt inter
se de possessionibus vel de honoribus
et pluribus, quia ad invicem emu
lantur. Hora est ergo iam nos de
sompno surgere, quasi dicat: Non
possumus excusationem habere negli
gendi quod desperamus tamquam
minime differatur, quia propior
est nostra salus quam cum credidimus.
In principio namque fidei emundati
sumus per baptismum a culpa. Nunc
autem promeruimus digni sumus
corona. Quod ideo magis appropinquat
quam ad salutem, vel ideo magis
est salus propinqua quia magis
est mors vicina. Nam preciosa
in conspectu domini mors sanctorum
eius. Rursus hora est iam nos de
sompno surgere quia nox precessit
dies autem appropinquavit. Quasi
dicat: Ante adventum Christi fuit

nox erroris et nox infidelitatis et
ignorancie. Sed iam per adventum
christi dies fidei et veritatis et gracie
rutilavit unde iam non possumus
excusacionem habere tamquam igno
rantes veritatem occultam. Quia
lex per moysen data est gracia et ve
ritas per ihesum christum facta est. Iam
populus gentium qui ambulabat
in tenebris vidit lucem magnam
habitantibus in regione umbre
mortis lux orta est eis. Et certe
inexcusabilis est veritatem non co
gnoscere quam per agnitam re
tione. Quia servus sciens vo
luntatem domini sui et non fa
ciens vapulabit multis. Item
hora est iam nos de sompno sur
gere quia transit mundus et
concupiscencia eius. Et ideo non
in comessacionibus et ebrietatibus
et ad gulam. non in cubilibus et
impudiciciis quo ad luxuriam
non in contencione et emulacione
quo ad iracundiam. Sed primo di
cam ambulare debemus. Sed indu
imini dominum ihesum christum id est doctrina
et forma domini nostri ihesu christi ut in
nomine christi ambulemus. Abiciamus
ergo opera tenebrarum id est peccata que
in tenebris fiunt. Quia qui ma
le agit odit lucem ut que sunt
opera tenebrarum id est a dyabolo
ut ad tenebras exteriores nos
mittunt et induamur arma lucis
id est bona opera que sunt a lucis
auctore. Quia omne datum op
timum et omne donum perfectum
desursum est etc. Vel que lucem
deferunt ad hominibus ut videntes
opera vestra bona et glorificent patrem
vestrum qui in celis est. ut que tunc
mitten lucem per que iusti ful
gebunt sicut sol in regno patris
eorum. Sic vivamus ut non in te
nebris viciorum erroris infideli
tatis et ignorancie. sed in die v

tatis fidei veritatis et gracie ambulemus
honeste ut coram deo et hominibus
placeamus propterea fratres et filii
quia salutem nostram id est nativitatem
salvatoris expectamus proximam
qui ad hoc natus est ut salvum
faciat populum suum a peccatis eorum. Surr
gamus ergo a sompno peccati abi
ciamus opera tenebrarum et sacro
sanctam nativitatem christi de
vote celebrare possimus ipso pre
stante qui cum patre et spiritu sancto

Aspiciebam. Item sermo
in visu noctis et ecce cum nu
bibus celi quasi filius
hominis veniebat. Daniel vii.
Dilectissimi fratres qui interpre
tatur vir desideriorum in captivitate
babilonica positus hec et alia mi
steria de incarnacione christi per spiritum
sanctum revelavit. sompnia re
gis aperuit et ab illius memo
riam que oblivioni tradiderat
renovavit. In quibus vidit et
agnovit lapidem parvum abscisum
de monte sine manibus qui in tan
tum crevit ut mons magnus
efficeretur et universum orbem terrarum
adimpleverit. Qui significavit
dominum nostrum ihesum christum qui hodie
per ysayam prophetam parvulus annunciatur
sicut scriptum est. Parvulus enim na
tus est nobis. Parvulus enim factus
est nobis per incarnacionem nati
vitatem mortem et passionem
Magnus et omnipotens apparuit per
gloriam resurrectionis et ascensio
nis qui parvitatem incarnacionis mons
magnus in hominibus apparuit
et ascendit ad equalitatem pa
tris et ... mansiones de cuius
nativitate in sua prophecia cecinit
vidit Daniel propheta dicens. Aspicie
bam in visu noctis etc. Omnes
prophete dilectissimi quasi in ...

possiti incarnationem filii dei prophetabant et qui christi incarnato per multos annos venturi erat. Item prophete illa intricatis non impatiullo [illegible] in abscondito prophetabant. Et mater ecclesia desiderabat in desiderio filii dei quando dicebat aspiciens a longe et ecce video potenciam dei venientem et nebulam totam terram tegentem. Potenciam dei venientem filium dei venientem in carne intelligimus per nebulam gratiam spiritus sancti totam terram tegentem significamus. Unde et subditur exite obviam obviam ei et dicite ei nuncia nobis si tu es ipse qui regnaturus es in populo israel. Et secundum hanc significacionem Daniel propheta dicit aspiciebam in visu noctis etc. Quod autem in visu noctis apparuit non ita aperte cognoscitur sicut in claritate diei. Et sciendum nobis est quoniam nox in scriptura divina septem modis intelligitur. Est autem nox tempus quod est contrarium diei quia omne tempus quod deus constituit et ordinavit aut est dies aut est nox que duo dicuntur contraria a dyaleticis et inmediata quia ad positionem unius sequitur remissio alterius. Dies enim data est nobis ad laborem nox autem ad requiem. Unde et in Genesi legitur Sementis et messis frigus et estus estas et yemps nox et dies non requiescunt quia hominibus serviunt. In hac eadem significatione accipitur in Ysaya ubi legitur Custos quid de nocte, custos quid de nocte et dixit custos venit mane et nox si me queritis querite convertimini et venite quod sic est intelligendum Domine qui custos es qui de nocte incarnari nasci voluisti et iterum de nocte ad passionem te duci permisisti. Dixit custos venit mane in eius fidelibus nox autem infidelibus si me queritis querite fide et operibus convertimini ad me et venite. // Secundo modo nox accipitur pro peccato. Unde in Canticis canticorum In lectulo meo per noctem quesivi quem diligit anima mea quesivi illum et non inveni. Quia dum homo in peccatis est deum non prevalet invenire. // Tercio modo nox accipitur pro iudeis et pro infideli plebe iudeorum. Unde psalmista Nox nocti indicat scienciam quod sic est intelligendum nox nocti indicat scienciam talis iudeus qui nox sunt obscuri et tenebrosi scienciam dei sic est filium dei nocti tradidit iudeorum. // Quarto modo nox accipitur pro tempore illo quod fuit sub lege in quo fuit velatum et absconditum misterium incarnationis domini nostri ihesu christi. Quia de nocte paulus dicit Nox precessit dies autem appropinquavit abiciamus ergo opera tenebrarum et induamur arma lucis ut sic in die honeste ambulemus. Nox precessit id est tempus quod fuit sub lege quod erat quasi nox abiit. Dies autem appropinquavit id est claritas incarnationis domini nostri ihesu christi accessit // Quinto modo accipitur pro dyabolo. Sicut scriptum est Dum medium silencium tenerent omnia et nox in suo cursu iter haberet omnipotens sermo tuus domine a regalibus sedibus venies factus est nobis ad [illegible] interbulacionibus. Tria fuere silencia et nocti similia tria sic currebat [illegible] etcetera medium dicitur quod non habeat duo collateralia et hoc modo venerabiliter tria probantur fuisse silencia. Primum silencium fuit primo parente proiecto ex paradiso usque ad tempus illud quo deus legem dedit alio usque tunc corrupcionem fuit primum silencium post quam humana natura

intelligitur nox
de septuplici nocte

fo

c 3

Ps

Ro 13

G

Sap 18

A

lagem accipit diuinam sed qui non dic
illam procurare studuit creator
dimisso precepto sicut per ps tam
dicitur Omnes declinauit simul
inutiles facti sunt non est faciat
bonum non est usque ad unum Tunc
medium silentium subyt in quo
nox i diabolus medium iter arri
puit quia primo silentio primum ha
buit iter eius ut in medio silencie
medium iter accepit Quod silen
cium tamen habuit spacium usque
dum angeli de celo descenderunt et
pastoribus christum natum annuncia
uerunt tunc medium silentium corrup
tum fuit quando chorus angeli
cus Gloria in excelsis deo et in terra
pax hominibus bone voluntatis can
tauit // Tercium silentium fuit tri
bus diebus quibus caro christi iacu
it in monumento sed non diu durauit
quia facta resurrectione fidelium
congregacio cum propheta nouum can
ticum decantauit // Sexto modo
nox accipitur pro vita presentis temporis
quia ad comparacionem eterne vite
vita istius seculi nox et obscuri
tas deputatur Unde in ps mo
Manc astabo tibi et videbo etc
in Cantico canticorum Pono vbera
tua sicut duo hynnuli capree
gemelli qui pascuntur in lilijs
donec aspiret dies et inclinentur
umbre Septimo nox accipitur
pro secreta prophetarum reuelatione
ut est illud in ps media Et posuit
tenebras latibulum suum in circuitu
eius tabernaculum eius per latibulum
filij dei incarnacionem illius intel
ligimus qua posuit tenebras hoc
est quasi absconse facta quia non
fuit notum illi demonum vilis
ta maie tibi xpe finisse tubile
nam et si cognouisset nequaquam
dominum glorie crucifixisset et secundum
hanc significacionem Daniel

propheta dicit Aspiciebam in visu noc
tis et ecce in nubibus celi quasi
filius hominis veniebat Quot
modis accipitur nubes Nubes
in scriptura diuina diuersas signifi
caciones generat Primo modo nu
bes ponitur pro virgine maria sicut
scriptum est Ascendet dominus super nubem
leuem et ingredietur egyptum
et omnia ydola egypti commone
buntur // Secundo modo nubes ponitur pro
diuine gracie infusione sicut per
ps tam dicitur Prefulgore in con
spectu eius nubes transierunt gran
do et carbones ignis Tercio
modo nubes ponitur pro diuina ma
nifestatione Unde dicitur Ecce
nubes lucida obumbrauit eos
et vox de nube dicens hic est filius
meus dilectus in quo michi bene com
placuit Quarto modo nubes ac
cipitur pro sinu patris Unde dicitur
ut est illud Et nubes suscepit eum
ab oculis eorum // Quinto modo
nubes ponitur pro propheta Unde
Rorate celi desuper et nubes plu
ant iustum aperiatur terra et ger
minet saluatorem Et ps ta
Tenebrosa aqua in nubibus
aeris hoc est obscura sententia
in prophetis Et secundum hoc Daniel
propheta dicit Et ecce in nubibus
celi quasi filius hominis veniebat
Filius hominis i filius virginis marie
de quo dicitur Nemo ascendit
in celum nisi qui de celo descendit
filius hominis qui est in celis filius
hominis idem est qui et filius dei
filius dei dictum est secundum naturam
diuinam qua compar est patri
filius hominis secundum humanam qua
non est ei equalis tamen humana
natiuitas longo fuit tempore prenota
ta ut est illud in libro Genesis
Septuplum vltio dabitur de
Cayn de lameth vero septuagies

septies hic est Cayn qui Abel fra-
trem interfecit impius fratricida qui
et hic maledictionis meruit anathe-
ma. Cayn interpretatur possessio
et significat Adam primum patrem
nostrum qui a dei possessione peccato
sui creatoris misericordia indige-
bat. Ex pro eo septuplum vindicta
dandi punitur quia ad eius
reparationem filius dei per septifor-
mem gratiam spiritus sancti voluit
incarnari. De lamech vero septu-
agies septies hic est lamech qui
cayn interfecit et preces suis ma-
nibus oppressit sicud ipse ait Occi-
di virum in vulnus meum et adu-
lescentulum in livorem meum. lamech
interpretatur adiutorium et significat
Adam primum parentem nostrum qui adiu-
torio dei destitutus sui creatoris
auxilium suffragium cupiebat.
Sed ut peccatum lamech id est peccatum
primi parentis nostri punitur sep-
tuagies septies ultio manifesta
describitur. Quia ab Adam us-
que ad cristum septuaginta et sep-
tem generationes invenimus in
quibus generationibus filius dei
per humanam nativitatem defluens
peccatum lamech hoc est totius mun-
di hodierna nativitate delevit.
Qui vivit et regnat cum patre et
spiritu sancto qui est trinus et unus
deus per infinita secula seculorum Amen.

Item sermo

Ette propheta
veniet magnus et ipse re-
novabit [illegible] propheta
magnus intelligitur cristus de
quo legitur in deuteronomio:
prophetam suscitavit nobis deus
de fratribus nostris ipsum tamquam
me audietis. Et de quo dicitur in
ewangelio: propheta magnus surrexit
in nobis et quia deus visitavit

plebem suam. Cristus autem
propheta appellatur tum propter
intelligentiam occultorum tum propter
prescientiam futurorum. Deus enim scien-
ciarum deus est prescius futurorum
et occultus occultorum omnium indaga-
tor qui scrutatur renes et cor-
da. Cuius oculis omnia nuda sunt
et aperta. Vivus est sermo domi-
ni et efficax et penetrabilior omni
gladio ancipiti pertingens usque
ad divisionem anime ac spiritus
compaginum quoque ac medullarum
et discretor cogitationum et inten-
tionum cordis. Et non est ulla crea-
tura invisibilis in conspectu eius
in quo omnes thezauri sapien-
tie et sciencie sunt absconditi.
Dicitur ergo propheta. Tum quia
revelavit occulta iuxta quod
inquit Apostolus: Omnia quecumque
audivi a patre meo nota feci vo-
bis. Tum quia predixit futu-
ra secundum quod ait: Dixi vobis pri-
usquam fiat ut cum factum fuerit
credatis. Magnus autem propheta
censetur non solum quia deus
prophetarum est sed quia spiritum totum
accepit et semper habuit. Nam
soli cristo datus est spiritus sine men-
sura in quo plenitudo divinitatis
habitat corporaliter. Ceteri vero
de plenitudine eius acceperunt et
unguentum accepit descendit in
barbam et a barba in horam
descendit vestimenti. Solus cristus
spiritum habuit permanentem super
quem inquit videris spiritum descen-
dentem et manentem hic est
qui baptizat. Requievit super
eum spiritus domini spiritus sapientie
et intellectus etc. Ceteri vero
non semper sed ad horam spiritum ha-
buerunt secundum quod Helizeus

inquit ad regem. Dimitte illam, anima
eius in amaritudine est et dominus
celavit hec a me et non indicavit
michi. Spiritus ubi vult spirat di-
videns singulis prout vult. Veni-
et ergo propheta magnus et ipse
renovabit Jerusalem. De quadrupli-
ci adventu. Quatuor redemptoris
adventus scriptura sacra distinguit.
Primum in nube, secundum in voce, tercium in tur-
bine, quartum in igne. In turbine mortis,
in igne iudicii. In nube carnis ut
mundum redimeret, in voce gratie ut
spiritum illuminaret, in turbine mortis
ut corpus muniret (?), in igne iudicii
ut seculum iudicet. De primo dicit: Exivi
a patre et veni in mundum. Iterum
relinquo mundum et vado ad patrem.
Venit autem in nube carnis. Unde
propheta: Ascendit dominus super nubem levem,
id est assumet carnem a peccato immunem,
et intrabit Egyptum, id est descendit
in mundum. Hic est enim angelus ille
quem secundum Apokalipsim Johannes de-
scendere vidit de celo amictum nube, quia ve-
nit ad nos carnis (?) circumdatus deitatis, id est nu-
be carnis obtectus. De secundo: Si quis
diligit me sermones meos servabit et
pater meus diliget eum et ad eum
veniemus et mansionem apud eum
faciemus. Venit autem in voce gratie.
Unde propheta: Sicut ros Hermon qui
descendit in montem Syon. Hermon
enim interpretatur luminis exaltatio, cui-
us est spiritus, id est lux vera que illu-
minavit omnem hominem venientem
in hunc mundum. Quamvis exaltatus
(?) deinde exaltatus in celo sicut
ipse dixit in evangelio: Cum exaltatus
fuero omnia traham ad me ipsum. De
quo ros gratie descendit in montem
Syon, id est in animam celesti speculacione
sublimem. De tercio adventu dicit
propheta: Rorate celi desuper etc.
Et iterum: Descendit sicut pluvia
in vellus et sicut stillicidia etc.

Tercio tamen veniet et pulsaverit
confestim aperient ei. Venit autem
in turbine mortis. Turbo quidem
dicitur a turbando, quid autem
magis conturbat quam mors.
Unde scriptura: O mors quam amara
est memoria tua. Unde [illegible] dominus
dicit: Tristis est anima mea usque ad
mortem. Et iterum: Anima mea
turbata est et quid dicam? Pater
salvifica me in hac hora. De
quarto: Videbitis filium hominis veni-
entem in nubibus celi. Veniet autem
in igne iudicii. Unde propheta: Ignis
ante eum precedet et inflamma-
bit in circuitu inimicos eius.
Et iterum: Ignis in conspectu eius
exardescet et in circuitu eius tem-
pestas valida. Hos autem quatuor
redemptoris adventus representat
ecclesia in quatuor dominicis de ad-
ventu non solum in [illegible] dicendum
ecclesia tunc officiorum quod ecclesia
decantat versus primi responsorii // primi quatuor
de adventu. Primi sunt Ecce [illegible]
[illegible] Qui sedes super cherubin
Tollite portas et gloria patri.
Sicut diligens indagator intel-
ligit quem ne[illegible] nomine suggere
mel de petra oleumque de saxo
durissimo. Veniet ergo propheta
magnus et ipse renovabit Jerusalem.
De Jerusalem quadruplici. Scien-
dum est (?) quod Jerusalem quatuor
modis accipitur secundum quatuor
theologicos intellectus: hystoricum,
allegoricum, tropologicum et
anagogicum. Est enim Jerusalem su-
perior et inferior, interior et exte-
rior, celestis, visibilis et terrestris,
spiritualis et corporalis. Superior est
in patria, inferior est in via, inte-
rior est in anima, exterior est in
[illegible]. Superior est ecclesia trium-
phantium de qua dicit apostolus: Illa
que sursum est Jerusalem libera est.

De quadruplici Jerusalem.

que est mater nostra Inferior est ecclia
militantium de qua dicit propheta Surge
illuminare ierusalem etc. Interior
est fidelis anima de qua legitur
Dabo in syon salutem in ecclia gloriam
meam Exterior est miserabilis iero
solima de qua dicitur Ierusalem ierusalem
que occidis prophetas etc. Ierusalem quippe
visio pacis interpretatur De pace
quatuor est aut pax peccatorum pax con
versorum pax iustorum et pax beatorum pax
peccatorum iniquitatis pax conversorum in mo
ribus pax iustorum in gratia pax beatorum
in gloria De pace quippe peccatorum in iniquitatibus
dicit propheta zelavi in peccatoribus pa
cem peccatorum videns hanc autem pacem
videt ierusalem exterior .i. miserabilis
ierosolima quam modo possident
peccatores qui in iniquitate conveniunt
in idipsum De pace conversorum in moribus
inquit apostolus Ipse est pax nostra qui

Eph 2

fecit utraque unum ut duos condat in
semetipso in unum hominem faciens pacem
hanc autem pacem videt ierusalem in
ferior .i. ecclia militantium qui ambu
lant in domo domini cum consensu
De pace iustorum in gratia dicit christus
pacem meam do vobis pacem meam

Jo 14

relinquo vobis non quomodo mundus
mundus dat ego do vobis hanc pacem
videt ierusalem interior .i. fidelis anima
cuius fructus est caritas gaudium pax

Gal 5 — fructus

pacientia De pace beatorum in gloria
dicit propheta In pace in idipsum dor
miam et requiescam hanc pacem
videt ierusalem superior .i. ecclia triumph
antium quoniam inter celestes electos
est pax super pacem Istam pacem tempus
instanti omnes dicentes Da pa
cem domine in diebus nostris Sed eam pec
catis exigentibus fere nunquam
habemus Quesivimus pacem
et non venit quesivimus bona et
ecce turbatio Quatuor modis
ecclia renovatur Quatuor autem
modis ierusalem .i. ecclia renovabitur
Sacramentis moribus virtutibus
et mandatis De renovatione sa
cramentorum moyses inquit in lege
vetustissima veterum comedetis et no
vis supervenientibus vetera proicietis
vetustissima veterum sunt moralia
vetera sunt legalia nova sunt
evangelica Nos igitur vetustissima
veterum primum .i. moralia precepta
comedimus hoc est intellectum spiritu
alis vite servandum suscipimus
Sed supervenientibus novis .i. evange
lii sacramentis proicimus vetera .i.
legalia ut agnum paschalem super
veniente corpore christi et circumcisionem bap
tismo Iam veritas venit figura ces
savit et evanuit umbra cum lux
effulsit Propterea dicit apostolus vetera
transierunt et ecce nova facta sunt
omnia Quam utilis renovatio
que vitiosos efficit virtuosos Quam
utilis renovatio que lega
lia mutavit in evangelica legalia
namque significabant et non iusti
ficabant Propterea dicit apostolus de bap
tismo Quod abraham accepit
signum circumcisionis signaculum iu
stitie fidei Evangelica vero sig
nificant et iustificant Propterea de bap
tismo dicit apostolus Quod conse
pulti sumus cum illo in mortem per
baptismum Unde dominus in evangelio Qui
crediderit et baptizatus fuerit
salvus erit etc. Illa quidem
egritudinem ostendebant sed salutem
non conferebant Propterea inquit propheta
Dedi eis precepta non bona et
iustificationes non bonas in qui
bus non vivant Cui consonat
apostolus dicens Lex neminem ad
perfectum adduxit immo lex sub
intravit ut habundaret delictum
hec autem ostendit infirmitatem
proinde dominus dicit in evangelio Ve
nite ad me omnes qui laboratis
et onerati estis et ego vos refi
ciam et invenietis requiem animabus
vestris iugum enim meum suave et

omnibus membris bene. Hinc est quod
Samaritanus apponens vulneratis
capite superinfudit vinum et oleum
quem prius sacerdos et levita vide-
rant reliquerant intactum. Venit
ergo propheta magnus et ipse reno-
vabit nos. De renovatione memo-
rat apostolus. Exuite veterem hominem
cum actibus suis et induite no-
vum qui secundum deum creatus est in
iusticia et sanctitate veritatis. Ve-
tustas hominis intelligitur culpa
novitas hominis intelligitur gratia. Illa
contrahitur originaliter ab adam
hec confertur liberaliter per christum. Per
illam animus deformatur per
hanc reformatur. Exuamus
itaque veterem hominem cum actibus
suis id est deponamus vetustatem
culpe quam contraximus ab adam
cum actibus suis id est cum viciis
et peccatis et induamus novum hominem
qui secundum deum creatus est id est assu-
mamus novitatem gratie quam fecit
propter ut in novitate spiritus am-
bulemus secundum quod precipit apostolus
Renovamini spiritu mentis vestre
propterea alibi dicit Expurgate
vetus fermentum ut sitis nova
conspersio sicut estis azimi.
Itaque epulemur non in fermento
veteri neque in fermento malicie
et nequicie sed in azimis sinceritatis
et veritatis. Quam utilis reno-
vatio que viciosos efficit virtu-
osos. Item enim innectaverunt ho-
mines per peccatum ut etiam immuta-
verunt gloriam incorruptibilem
dei in similitudinem ymaginis cor-
ruptibilis hominis et volucrum et
quadrupedum et serpentium. Sed hoc
adinveniens prodidit ydolatriam. Est
illud propheticum Elevabitur
dominus solus in die illa et ydola
penitus conterentur. In illa die
proiciet homo ydola argenti sui
et simulacra argenti auri sui
que fecerat sibi ut adoraret
talpas et vespertiliones. Veniens
autem pax nostra que fecit u-
traque unum et medium parietem
inimicicie solvens abstulit cere-
monias iudeis et ydolatriam
gentibus ut duas conderet in se-
metipso divisas parietes in lapide
angulari. Immo novo homine
faciens pacem inter ipsos et deum.
Venit ergo propheta magnus et ipse
renovabit nos. De renovatione
miraculorum dicit scriptura. Inno-
va signa et immuta mirabilia.
Signa sunt sacramenta mira-
bilia sunt prodigia. Signa quidem
id est sacramenta dominus innovavit
et miracula id est prodigia immutavit.
Nam primus adam fuit factus
de virgine terra. Secundus adam fuit
factus de virgine femina. Primus
adam fuit vir in ipsa creatione
secundus adam fuit vir in ipsa con-
cepcione sicut propheta predixerat
Novum faciet dominus super terram fe-
mina circumdabit virum. Veteri sim
De latere primi ade sopore dormientis
formata est eva. De latere secundi
ade formata dormientis est ecclesia.
Prothoplastus et eva fuerunt
duo in carne una. Christus et
ecclesia sunt duo in corpore uno.
Illi duo in una natura isti duo
in una persona. Quam utilis
renovatio per quam ceci vident
claudi ambulant leprosi mun-
dantur surdi audiunt mortui re-
surgunt pauperes ewangelizantur.
Venit ergo propheta magnus et
ipse renovabit nos. De renova-
tione mandatorum inquit propheta
Ecce dies veniunt dicit dominus et
consummabo testamentum novum

sup domum israel et sup domum iuda
non secundum testamentum quod feci pa-
tribus eorum in die qua apprehendi
manum illorum ut educerem eos de terra
egipti sed dabo leges meas in mente
eorum et in corda eorum superscribam
eas Lex quippe vetus scripta fuit
in tabulis lapideis lex autem nova
in tabulis cordis Illa dabatur duri-
ssimis ista deuotis Illa incredulis ista
fidelibus Ista dominus dicit in e-
vangelio Mandatum novum do vobis
ut diligatis invicem sicut dilexi vos
Audistis quia dictum est antiquis
Diliges proximum tuum et odio habe-
bis inimicum tuum Ego autem dico
vobis Diligite inimicos vestros benefa-
cite hiis qui oderunt vos et orate
pro persequentibus et calumpniantibus
vos Quam vetus renovata per quam
inimica imitatur iniuriam. lex quippe
vetus reddebat oculum pro oculo den-
tem pro dente manum pro manu Set
lex nova precepit si percusserit te in
unam maxillam prebe ei et alteram
Si abstulerit tibi tunicam da
ei et pallium Si angariaverit te
mille passus vade cum eo duo
milia Lex enim per moysen data
est gratia et veritas per ihesum
christum facta est Venit ergo prophe-
ta magnus et ipse renovabit
orbem Cum autem venerit filius
hominis in sede maiestatis sue ter-
ra et celum perfectissime reno-
vabitur sicut Johannes in apo-
calipsi testatur Vidi civitatem
sanctam ierusalem novam descendentem
de celo a deo paratam tamquam
sponsam viro suo Et dixit qui
sedebat in throno Ecce nova facio
omnia 2a Dominica secunda

Cum audisset iohannes in
vinculis opera christi mit-
tens duos de discipulis
suis et ait illi Tu es qui ventu-
rus es an alium expectamus
Querimus forsan fortasse videtur quod
Johannes baptista qui christum
predixit venturum et ostendit
presentem Ecce agnus dei ecce qui
tollit peccata mundi hic est de quo
dicebam vobis. Venit fortior
me post me cuius non sum dignus
corrigiam solvere calciamenti Nunc
quasi dubitat per discipulos suos
querit Tu es qui venturus es an
alium expectamus Propter quam du-
bitacionem quidam erraverunt dicen-
tes Johannem esse dampnatum
quia qui primo credidit postea
dubitavit Verum tu christus hunc ip-
sorum errorem ipsum dampnavit dicens
Quid existis in desertum videre
prophetam etiam dico vobis plus
quam prophetam Inter natos
mulierum non surrexit maior
iohanne baptista Attendendum est
nobis quale verbum istum sane
intelligere debeamus ¶ De dubi-
tacione Johannis legitur iste
duobus modis a sanctis patribus
invenitur expositus vel dubitat
de adventu in mundum qui totus
erat presentis et de adventu ad
infernum qui tunc erat futurus Primam
expositionem non dubi-
tavit Johannes Set dubitavit
discipuli unde discipuli non pro
Johanne set pro se interrogavit
eum dicentes. Tu es qui ven-
turus es an alium expectamus
Non dixerunt an alium expec-
tamus Set an alium dubitamus
nos quia non Johannes dubi-
tavit Set nos Alius tamen evangelista
testatur Et nos cum venissent
ad eum viri dixerunt Johannes
baptista misit nos ad te dicens

Tu es qui venturus es an alium
expectamus ut videlicet plenius
videret interrogacionem que fieret
ex parte magi. Est ergo sensus
Cum Johannes in vinculis positus
audisset per discipulos referentes
opera et miracula Christi dubitantibus
ad hoc illis misit eos Johannes
ad Christum ut ab ipso quererent utrum
ipse esset messias in lege promissus
an alius expectaretur esse ven
turus. iuxta secundam exposicionem
non solum dubitavere discipuli
sed eciam dubitavit Johannes vide
licet utrum Christus an palam esset
ad inferos descensurus. et ideo mit
tens duos de discipulis suis ait
illi. tu es qui venturus es an alium
expectamus. Quasi diceret. Sicut
nascendo precursor tuus prenunciac
te tuum in mundo. an ita morien
do precursurus prenunciabo te mor
tuis in inferno. Contra primam
exposicionem videtur facere quod di
citur. Tu es qui venturus es et
non dicitur. Tu es qui venturus
fuisti. Cum ut Johannes et dis
cipuli eius dubitaret quasi Jo
hannes venisset in mundum quia
audierant et viderant que mira
cula faciebat. Querebat igitur
quia iam venerat quomodo er
go dubitabant an esset ventu
rus. Contra secundam autem expo
sicionem est facere quod ibidem se
quitur tamen adventus significat
qui memoriamus unquam ceci vident
claudi ambulant. surdi audiunt
leprosi mundantur etc. Exposicio
prima ergo stat verbo locum istu
aliter intelligere. nono quidem more
sano ut verba consonent et
paramenta concordent quasi ba

ptis sub columpna et tota continua
cio tota. Dicamus igitur quod locus
iste de adventu ad iudicium intelli
gitur de quo si etiam dubitavit ipse
Johannes sive quod est magis opinan
dum discipuli dubitarent mittens duos
de discipulis suis ait illi. Tu es qui
venturus es an alium expectamus. Quasi
diceret. Indica nobis si quemadmodum
primum venturus es in iudicium et
retribucionem an alium pro nobis expec
tamus venturum. Respondens autem
Jhesus ait illis. Euntes renunciate
Johanni que vidistis et audistis. q. d.
que audistis in lege predicta esse vi
distis in ewangelio adimpleta. In
lege quippe audistis per prophetam pre
dictum. Ecce deus noster adducet ulcio
nem retribucionis deus ipse veniet
et salvabit nos. Tunc aperientur
oculi cecorum et aures surdorum
patebunt. tunc saliet sicut cervus
claudus et aperta erit omnibus lin
gwa mutorum. Et tunc ipsum in ewangelio
vidistis prius impletum quia ceci vi
dent claudi ambulant mortui
resurgunt leprosi mundantur etc. Ergo
ego venturus sum ad iudicium re
tributor qui veni in mundum sal
vator. De quo propheta predixerat
Ecce deus noster ulcionem adducet
retribucionis deus ipse veniet et
salvabit nos. Et quidem hoc credere
debetis quia signa que audistis
a propheta predicta esse prius videtis
impleta. plura tamen hic facta sunt
quam ibi dicta. quia et leprosi
sunt mundati et mortui suscitati.
Contra vero. Quod eciam
alius ewangelista testatur. In illa
hora curabit multos a languo
ribus et plagis et spiritibus ma
lis et cecis multis depressimus de
adventu Christi potius predicari

tot

Erubescat iudeus infelix qui men-
titur messiam venisse nundum nun-
dum ut nec esse deum. Cum apperte
dicatur deus ipse veniet et salvabit
nos. Et constat illum venisse cuius
adventu signa iam cernuntur im-
pleta. Nam ceci vident claudi am-
bulant leprosi mundantur surdi au-
diunt mortui resurgunt pauperes
evangelizantur et beatus qui non
fuit scandalizatus in me. Cottidie
hec miracula christus spiritualiter facit
que tunc corporaliter faciebat. Nam
illuminat cecos cum ignorantes do-
cet veram fidem erigit claudos cum
negligentibus ad bonam operationem
inducit mundat leprosos cum er-
rantes ad sanam doctrinam conver-
tit. Resuscitat mutos cum tacentes
ad laudem divinam inducit evange-
lizat pauperibus cum humilibus
evangelicam veritatem et fructu-
osam penitentiam revelat. Suscitat
mortuos cum peccatores ad fructuo-
sam penitentiam perducit. Ceci sunt
qui carent lumine veritatis de quibus
legitur. Sine ceci sunt duces ce-
corum si cecus cecum ducatur am-
bo in foveam cadunt. Surdi sunt
qui preceptis domini obedire con-
tempnunt de quibus dicitur. Sicut
aspidis surde obturantes aures
suas. Muti sunt qui tacent a
laude divina iuxta quod legitur.
Obmutui et humiliatus sum et
silui a bonis etc. Claudi sunt qui
gradiuntur per semitam mandatorum
iuxta quod legitur. Quousque clau-
dicatis in duas partes. Si dominus
deus est sequimini eum. Leprosi sunt
qui heretica pravitate sanam scriptu-
ram corrumpunt. Caro quippe le-
prosi alicubi est plana et alicubi
inflata. alicubi est albida et ali-
cubi rubicunda. alicubi est inte-
gra et alicubi corrupta. Sic

hereticorum doctrina alicubi est vera
et alicubi falsa. alicubi est sana
et alicubi est prava. alicubi est
aperta. et alicubi obscura. quia
nisi falsa inmisceret vera nisi bo-
norum signo velarent nisi angelus
sathane in angelum lucis se trans-
figuraret procul dubio non sedu-
ceret animas quia deprehensi no-
centes et cogniti vitarentur.
Venirent ergo in vestimentis ovium
intrinsecus autem sunt lupi ra-
paces et mentes taliter subiu-
gare specie bonum tale pervertant.
Mortui vero sunt qui iacent
in mortalibus culpis spirituali vita
privati. Sunt cum puella que
mortua iacebat in domo cum
peccatum cogitationis adhuc latebat
in corde. Sunt cum adolescente qui
efferebatur mortuus extra portam
quando peccatum locutionis iam pro-
cedit ex ore. Sunt cum lazaro qui
fetebat quatriduanus de monumento
quando peccatum operationis in consue-
tudine frequentatur. Sed hos omnes
languores ille curat et sanat
de quo evangelista testatur omnes
qui habebant infirmos variis
languoribus ducebant illos ad
eum et curabat omnes. Maio-
res sunt ista miracula que nunc
fiunt spiritualiter quam illa que cor-
poraliter faciebat nam plus est
animam curari quam corpus su-
scitari. Cum anima sanari non
possit nisi consentiat corpus. cor-
pus autem potest sine consensu
sanari quod etiam pharisei co-
gnovisse dicuntur. Quis est hic qui
etiam peccata dimittit qui non
tantum corpora sanat sed et animas.
Illud autem non est
quod pauperes evangelizari di-
cuntur ut huius advenisse mon-
stratur qui ipse dixerat de se

per prophetam. Spiritus domini
super me evangelizare pauperibus
misit me. In quo non solum ma
gistri benignitas commendatur qui
non contempnebat inopes et ab
iectos. Verum discipulorum notatur
humilitas qui tales erant. et hu
miles corde ut doctrinam mere
rentur salutarem. Iuxta quod
illa veritas ait. Confitebor tibi
domine pater celi et terre quoniam
abscondisti hec a sapientibus et re
velasti ea parvulis. Pauperes
ergo non solum censentur sed et spiri
tu significantur in quo et illos ec
clesie constituit non quidem po
tentes et sapientes in seculo sed et
humiles et abiectos. Quoniam
infirma mundi eligit deus et for
cia queque confundit ne forte cre
deretur homines evangelicam doc
trinam per sapientiam huius mundi
fuisse inventam vel potentiam
huius seculi propagatam. Et beatus
inquit qui non fuerit scandali
zatus in me. Apostolus ait predi
camus ihesum christum et hunc cruci
fixum. Iudeis quidem scandalum
gentibus autem stultitiam. Stul
tos autem repugnabat genti
les philosophi quod deus et idem
crederetur esse deus et homo.
mortalis et immortalis. simplex
et compositus [illegible] et immortalis
Sed stultam fecit deus sapientiam
huius mundi. more quod ipse pre
dixerat per prophetam. Perdam sapi
entiam sapientum et prudenciam
prudentium reprobabo. Quoniam
argumentum a contrariis et cetera
Dum dictum non prevaleret ta
[illegible] Et ideo terror videtur
esse illa per quam asseritur quod
et affirmativa non sequitur nega
tiva. Iudei ergo ipsi hodie scanda
lizantur cum audiunt quod deus
fuisset et flagellatus crucifixus et
mortuus. et dignantes audire
quod deus indigna pertulerit
cum ex eo deberet a nobis digne ve
nerari quod ipse indigniora pro no
bis dignatus est sustinere. Hic ergo
est lapis offensionis et petra scan
dali positus in ruinam et in rui
nam remissionem multorum et cetera.
Qui vero ceciderit super lapidem
istum confringetur. et super quem
ceciderit lapis iste confringet eum.
Ihesus christus dominus noster qui est solus
super omnes deus benedictus in secula seculorum
Amen.

Dominica quarta

Gaudete in domino semper iterum
dico gaudete modestia vestra
nota sit omnibus hominibus
et cetera. Sacrosanctum redemp
toris adventum quem antiqui
fideles cum ingenti desiderio expec
taverunt nos cum magno gaudio
debemus celebrare. Quia quem
illi expectaverunt promissum nos ce
lebramus exhibitum. Nam lex per
moysen data est gratia et veri
tas per ihesum christum facta est. Gau
dium vero cordis tam ore quam
opere debemus exprimere. Sed modeste
precipue dicit apostolus. Gaudete
in domino semper iterum dico gaude
te. Docet igitur in quo debeamus
gaudere cum dicit in domino. Quando
tempus dicit semper. Quomodo modestia
vestra nota sit omnibus hominibus
dominus prope est hoc est si dicat mo
deste cum dicat dominus prope est. Nota
te singula diligenter quia nichil
est ociosum in eis quod non suave sit
et non reddat intellectum. Ergo

gaudete in domino semper. Notis et credimus quia sepe vidistis quod romanus pontifex tam in quadragesima quam etiam in adventu aurifrigiata non utitur nisi tantum in illa mediana quadragesima quando cantatur ad introitum letare ierusalem et conventum facite. nec non in illa mediana dominica de adventu quando cantatur ad introitum Gaudete in domino semper iterum dico utrumque officium gaudium et exultatione commemorat leticiam et iocunditatem inducit. Singuli tancia et tacitis iusticiam nobis ad presens permittimus assignare qui nos impetito meminimus assignasse. Ergo gaudete in domino semper iterum dico gaudete. De affectu mentis. Quatuor sunt sicut naturalis mentis effectus dolor et gaudium timor et spes. Dolor et gaudium de presenti. timor et spes de futuro. Dolor et timor de malo gaudium et spes autem de bono. Attendite quomodo ista quatuor sunt invicem colligata. Quorum duo prima sunt de presenti et duo ultima de futuro. primum et tertium sunt de malo secundum et quartum de bono sunt. Metuunt cupiunt gaudentque dolentque. Iste sunt due mole superior et inferior inter quas molas debet anima humana morari. De quibus in lege precipitur Non accipies loco pignoris superiorem et inferiorem molam. Inter gaudium siquidem et dolorem tamquam inter duas molas in hac mortali vita versari debemus ut videlicet debeamus dolor temperet gaudium ne dissolvamur gaudium non timorem ne confundamur. Nimius enim dolor immoderata videlicet et continuus mentem confundit. Nimium autem gaudium immoderatum similiter et continuum mentem dissolvit. propterea dicit Contrapone tuis iudicium gaudia cum. Ez cecit altiua regnie durabile non est. Audi gaudium nimium quod dissolvit. Cythara et lyra tympanum et vinum in conviviis vestris. Ecce gaudium et leticia occidere vitulos iugulare arietes comedere carnes et bibere vinum. Comedamus et bibamus cras enim moriemur. Audi dolorem nimium qui confundit omnes manus dissolventur et omne cor hominis tabescet. fortitudo et robore tenebuit quasi parturiens dolebunt. Inter has molas versari nos docet apostolus dicens Gaudete cum gaudentibus flete cum flentibus. Et alius idem ait In die bonorum ne immemor sis malorum. Cum igitur nobis aliquae prosperitates eveniunt prudenter est nobis ne dissolvat nimium gaudium. memores eius semper quod legitur. Risus dolori miscebitur et extrema gaudii luctus occupat. Moneat hoc ille qui dixit Versa est in luctum cythara mea et organa mea in vocem flentium. Et ideo cum dixisset apostolus Gaudete in domino semper. Adiungit modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Ut si aperte dicat. Exultate cum modestia et ipsa nota sit omnibus hominibus quatenus sic luceat lux vestra coram hominibus ut videntes opera vestra bona et glorificent patrem vestrum qui in celis est. Sic cortina cortinam trahat et qui audit dicat veni. Similiter cum aliquid nobis contigerit adversitatis providendum nobis est ne confusi nimium

doleamus memores eius semper quod
legitur Ad vesperum demorabitur
fletus et ad matutinum leticia. quia
post tempestatem tranquillitas fit
et post luctum et fletum iocundi-
tas solacium. Moneat hoc ille qui
dicebat Convertisti planctum meum
in gaudium michi. Nam grata
superveniet que non sperabitur
hora. Item inter spem et timorem
tamquam inter duas molas versari
debemus. Et videlicet timor temperet
timorem ne desperemus. Inter utrumque
sola medio tutissimus ibis. Nimi-
mio timore desperavit ille qui dixit
Maior est iniquitas mea quam
ut veniam merear. Et nimia de
spe presumpsit ille qui dixit
In corde suo non requiret deus. Ergo
gaudete in domino. i. quicquid boni
feceritis cum hilaritate cordis cum cor-
poris leticia faciatis non ex tristicia
aut necessitate. Hylarem enim da-
torem diligit deus. Et super omnia
vultus accessit boni. Nam et
psalmigraphus ait Delectare
in domino et dabit tibi peticiones
cordis tui. Porro cum gaudium
et dolor sint contraria. sic semper
gaudium est mixta quod amonet
apostolus dicens Gaudete in domino
semper. Numquam est dolendum cum
contraria simul in eodem non possit
esse. Cuius est quod dicit psalmista Pau-
per et dolens ego sum etc. Et
quod dominus ait Beati qui
nunc fletis quoniam ridebitis. Verum
gaudere de uno et dolere de alio
non sunt contraria. Et ideo simul
possumus gaudere de bono et dolere
de malo. quamvis ergo dicatur Gau-
dete in domino semper. Non ad con-
tinuum actum refertur. ymmo sic
de magno fletu sepe nascitur
gaudium ut tu anima de peccatis
tuis compungeris et conturbaris suspi-
rat et plorat continuo accepta
spe venie serenatur et illustratur
dilatatur et iocundatur. Et dicere
valeat cum propheta Secundum multitu-
dinem dolorum meorum in corde meo
etc. Dicit enim non est pax ossibus
meis a facie peccatorum meorum. Quia ipse
donis numquam extinguitur
piat omnis gloria filie regum ab intus
Quia gloria nostra hec est testimonium
consciencie nostre. Gaudeamus igitur
non in hoc seculo sed in domino. Et tali-
bus dicit apostolus Qui gloriatur
in domino glorietur. Item quoque
monet propheta Gaudete iusti in
domino etc. et laudabuntur omnes
recti corde. Mali quippe gaudent
in seculo boni autem gaudebunt in domino
Isti gaudebunt in spiritualibus et eternis
illi vero de carnalibus et mundanis
Isti de virtutibus et illi de divicijs
De istis legitur Exultabunt sancti
in gloria letabuntur in cubilibus suis
exultaciones dei in faucibus eorum
etc. De illis dicitur Letantur cum
male fecerint et exultant in rebus
pessimis et gloriantur in malicia
sua qui potens est in iniquitate.
Verum istorum gaudium est perpetuum iuxta
quod legitur Petite et accipietis
ut gaudium vestrum plenum sit et
gaudium vestrum nemo tollet a vobis
Illorum vero gaudium est momentaneum
iuxta quod legitur Tenent
tympanum et cytharam et gau-
dent ad sonitum organi. Heu quot
hodie tales sunt in mundo quos
nullum tangit gaudium de spiritualibus
et eternis sed tantum de carnalibus
et mundanis. Talis erat qui dice-
bat anime sue in ewangelio Anima
mea habes multa bona etc.
Et dives ille qui epulabatur
cotidie splendide sepultus est
in inferno. Nos ergo gaudeamus

non in seculo sed in domino in hijs que spectant ad meritum vel ad premium ad gratiam vel ad gloriam ad virtutem vel ad salutem. De hijs que spectant ad meritum gaudebant apostoli a conspectu concilij. Unde Jacobus Omne gaudium existimate cum in temptationes varias incideritis. De hijs autem que spectant ad premium gaudebunt illi quibus christus dicebat Gaudete et exultate etc. propter hoc dico gaudia, i. unum quod gaudetur habetur in meritis et alterum quod habetur de premio sicut reperit apostolus Gaudete in domino semper iterum dico gaudete propter geminum gaudium cordis scilicet carnis. Unde ps. Cor meum et caro mea exultaverunt. Cor enim compungitur ab illicitis desiderijs, exultat caro cum mundatur ab iniquis operibus. Prima non est in ipsis gaude. Gaudeamus omnes in domino quia dominus prope est propinquus sane secundum adventum carne unde prope est ut veniat tempus eius. Secundum adventum in morte quia breves dies hominis sunt. Secundum adventum ad iudicium quia novissima hora est. Vigilate ergo quia nescitis horam. Sed quomodo gaudium de eo quod dominus propinquus est ad mortem vel ad iudicium, imo quid non ex vero magis timendum est quam gaudium. Timendum est autem hijs qui non diligunt adventum eius, sed gaudendum qui diligunt. Unde apostolus Cupio dissolvi et esse cum christo. Item Salvatorem expectamus dominum ihesum christum. Amen. Cum patre et filio spiritu sancto.

Verbum de nativitate domini. Verbum caro factum est et habitavit in nobis. Jo. Communem verbum locuti multis modis accipitur verbum. Est enim verbum quod corde concipitur, quod ore profertur, quod calamo scribitur. Corde concipitur intellectus, ore profertur sonus, calamo scribitur signum. Intellectus in mente, Sonus in aere, Signum est in ymagine. Prima verbum spiritus est qui vivificat, caro non prodest quicquam. De carnalibus ad spiritualia transeamus. Est enim verbum humanum et verbum divinum.

Quot modis accipitur verbum. Humanum transit prolatum, permanet divinum natum. De illo poeta Evolat emissum semel irrevocabile verbum. De isto propheta Exsiccatum est fenum et cecidit flos, verbum autem domini manet in eternum. Verbum dei patris est dei filius per quem dixit et facta sunt, mandavit et creata sunt omnia. Sicut enim per verbum exprimitur intellectus ita per filium innotuit pater. Juxta quod idem dicit Pater ego te clarificavi super terram. Propterea ipse filius sermo patris et nomen domini nuncupatur. Sicut scriptum est Omnipotens sermo tuus domine a regalibus sedibus venit. Item Ecce nomen domini venit de longinquo. Est autem verbum conceptum prolatum et scriptum. Conceptum in nativitate divina ex patre. Prolatum secundum humanam ex matre. Scriptum secundum generationem in mente. Ex patre nascitur eternaliter, de matre corporaliter, in mente spiritualiter concipitur. De divinitatis archano temporaliter profertur ex virginis utero. Spiritualiter scribitur dei digito. De primo Johannes In principio erat verbum etc. De secundo ysaias Verbum emisit dominus

Cap v

in iacob et cetera. De tercio lucas
factum est verbum domini super iohan
nem. Est autem verbum supernum.
internum et externum semen et
gladius verbum dei secundum civitatem
quia In principio erat verbum et cetera
verbum caro factum secundum huma
nitatem. quia verbum caro factu
est. Verbum spiritus intelligentibus
verbum vita credentibus. Unde io.
Verba que locutus sum vobis spiritus
et vita sunt. Verbum semen in
cordibus propagandis. Unde se
men est verbum dei. Sane fit ca
ro verbum. fit panis caro. fit homo
caro. fit caro verbum per unionem.
fit panis caro per conversionem
fit homo caro per commixtionem
Per unionem personalem per conver
sionem sacramentalem per commixti
onem carnalem. De primo verbum
caro factum est. De secundo panis quem
ego dabo. De tercio erunt duo in
carne una. Nomine carnis quinque
designatur natura ut cum dicitur
alia est caro piscium. alia volu
crum alia iumentorum. Persona
cum dicitur videbit omnis caro
salutare dei nostri. fragilitas cum
dicitur Non permanebit spiritus meus
in homine in eternum quia caro est.
Carnalis cum dicitur Caro et sanguis
regnum dei non possidebunt. Cum
ergo factum est verbum caro nomine
carnis intelligitur vel humanitas
vel habitus. Verbum enim caro fac
tum est id est deus incarnatus est quia
filius est ex semine david secundum
carnem. Circa dicitur ver
bum caro factum. Quare cum
homo sufficienter consistat ex anima
et carne cur propter unam partem
verbum dicatur caro factum et propter
alteram non dicatur factum anima
Respondetur cum maior sit similitu
do inter verbum et animam quia

inter verbum et carnem quia salus
incarnationem significat habitum
id est carne vestitum quod verbo con
venit. Verbum animatum significare
vero significat vitam id est anima
vegetativam quod verbo non con
venit. Verbum enim non dimisit
ab anima sed potius dimisit carnem
Unde per synodochem verbum
dicitur caro factum id est deus factus
est homo. Antequam vero verbum
caro fieret procul habitabat
a nobis. ubi vero verbum caro
factum est habitavit in nobis non
solum per gratiam verum etiam per
naturam. Hic est deus noster quem
secundum prophetam in terris visus est
et cum hominibus conversatus est.
os ex ossibus nostris. et caro de
carne nostra. Illos ante inhabitat
quos templum spiritus sancti con
stituit. Iuxta quod Templum
dei sanctum est quod estis vos.
Et in evangelio Mansionem apud
eum faciemus. Et illud Vobiscum
sum omnibus diebus usque ad con
summationem seculi. Quatuor enim
ex causis verbum factum est
caro. scilicet ut superbos humiliaret
ut inimicos reconciliaret ut se
nos redimeret. ut amicos mitti
ret. Cum enim in forma dei esset
non rapinam arbitratus est et cetera
Et apostolus dicit exinanivit pro
pheta dicit abbreviavit. Verbum
inquit abbreviatum faciet deus
super terram. Vitium est superbie per
virtutem humilitatis oportuit ex
pellere. Enim contraria contrariis
curantur. Et quantum fuit superbie
vitium tanta fortis virtus humi
litatis. Vitium autem superbie tantum
fuit Ut homo vellet esse sicut
deus. Iuxta quod illi serpens
insufflavit Eritis sicut dii scientes
bonum et malum. Ergo tanta

Phil. 2

debuit esse virtus humilitatis ut deus fieret homo. Illud exinanivit semetipsum habitu inventus ut homo. Verbum ergo factum est caro ut daret nobis humilitatis exemplum. Ut qui superbi recessimus humiles redeamus. Initium enim peccati est superbia. Per hanc angelus peccavit in celo, per hanc homo peccavit in paradyso. Hoc vitium primum est in peccato et ultimum in penitentie. Quo accedente peccatum committitur, quo recedente dimittitur. Quia quemadmodum mandatum divinum contempnimus tamquam contra deum superbimus, et quemadmodum ad mandatum eius conpungimur tamquam coram deo humiliamur. Verbum ergo caro factum est ut sicut humiliatus est deus pro homine, deus pro servo, creator pro creatura, ita humiliaret homo pro deo, servus pro domino, creatura pro creatore. Quoniam qui se humiliat exaltabitur et humilibus deus dat gratiam. Item inter deum et hominem gravis erat discordia. Quoniam homo peccando deo honorem subtraxit et abstulit, deo quem tradidit et subiecit dyabolo. Pax igitur inter eos fieri rationabiliter non poterat nisi dampnum quod intulerat restauraret. Homo vero nichil habebat quod deo digne recompensaret pro dampno, quia sic se irrationabili reddiderat creatori pro rationabili substantia [illegible]. Sed hominem digne non poterat restituere quia iustum et innocentem abstulerat et neminem nisi peccatorem inveniebat. Videns itaque deus hominem sua virtute [illegible] non posse dampnationis evadere penas, pervenit eum per solam misericordiam ut deinde liberaret eum etiam per iustitiam. Ut ergo deus placaret ab homine deberet deus homini quod homo ex debito redderet deo. Debuit igitur hominem homini que restauraret homo pro homine. Que utique compensatio digna fieret priori et non solum esset equalis sed maior, et quidem oportebat eum esse maiorem ut unius criminis sufficiens haberetur. Quo circa verbum caro factum est ut daret deus hominibus hominem quatinus inter deum et hominem legitime mediaret. Si enim alterius tantum esset nature, non erat utrique communis, quo circa nec esset ydoneus ut inter eos pacis federa reformaret. Mediator autem non est unius ut inquit apostolus. Et ob hoc in nativitate christi celestis milicie multitudo psallebat: Gloria in excelsis deo et in terra pax hominibus bone voluntatis. Ipse enim est pax nostra qui fecit utraque unum, lapis angularis qui duos dispares parietes in uno copulavit. Poterat deus solo iussu hominem potentialiter liberare, sed maluit eum redimere per iustitiam, ut eum non ad potentiam sed ad iustitiam invitaret. Et iustum erat ut homo per precium pene reduceretur a delicto culpe, placando per penam quem per culpam offenderat. Nullius autem pena sufficere poterat ad precium redemptionis humane, presertim cum quilibet esset debitor esset pene non solum ex commissa verum etiam ex labe contracta. Quo circa verbum caro factum est ut in carne mundissima que prorsus esset immunis a culpa, sustinendo penam indebitam, precium redemptionis humane deo patri persolveret, factus obediens deo patri usque ad mortem, mortem autem crucis. Redempti enim sumus non corruptibilibus auro et argento etc. Hic est summus sacerdos in cuius morte vi qui fu

gerant ad civitatem refugii recurri
debebantur ad propria. Igitur sus-
cepit in se penam pro omnibus ut
daret gloriam universis. Ysaya testante
vulneratus est propter iniquitates
nostras et cetera. Carnem autem as-
sumptam non solum dedit nobis
in precium ut redimeret nos a morte
verum etiam dedit nobis in cibum
ut aleret nos in vitam sicut ipse
pollicetur. Panis quem ego dabo
caro mea est pro mundi vita. Et
sicut per cibum mors intravit in
orbem ita per cibum vita rediret
ad orbem. Sicut enim corporalis vi-
ta sine corporali cibo non potest
sustentari ita spiritualis vita sine
spirituali cibo non potest nutriri. Nisi
manducaveritis carnem filii ho-
minis et cetera. Verbum itaque caro factum
est ut qui erat cibus angelorum fi-
eret cibus hominum secundum humani-
tatem. Ut panem angelorum man-
ducaret homo omne delectamen-
tum in se habentem et omnem
saporem suavitatis. Probet autem
seipsum homo et sic de pane illo
edat et de calice bibat. Nam qui
manducat indigne et cetera. Sicut
enim bonus recipiendo mortem
vitam acquirit ita malus sic
mundo vitam mortem incurrit.
Nos ergo fratres studeamus qui
tante gratie sumus ingrati ut re-
demptori nostro dignissimas gra-
tes pro tanta gratia referamus
humiliter implorantes ut qui
factus est particeps nostre na-
ture faciat nos participes sue glo-
rie. Ihesus Christus qui est super omnia deus
in secula seculorum. Amen. De eodem.

Puer natus est nobis et
filius datus est nobis cuius
imperium super humerum
eius et vocabitur nomen
Admirabilis consiliarius deus
fortis pater futuri seculi prin-
ceps pacis. Sequitur de tribus
nativitatibus. Sicut tres in Christo
substantias et fides catholica pro-
fitetur scilicet divinitatem carnem
et spiritum ita tres in Christo nativi-
tates sacra scriptura testatur. Ha-
bebat divinam ex patre carnalem
ex matre spiritualem in mente. Ex
patre nascitur deus de matre na-
ta est caro in mente nascitur spiritus.
Ex patre via de matre veritas
in mente virtus. Ex patre nascitur
semper de matre semel in mente
sepe. Omnia nobilitas et nomen
inmaculatum ut de mundis nascatur semper
semel et sepe. De patre semper
quoniam illa generatio est eterna.
Unde dicitur ante luciferum genui
te. Christus enim est dei virtus et
dei sapientia primogenita ante
omnem creaturam. Unde Salomon:
Prius quam fierent abyssi ego iam
concepta eram ante colles ego
parturiebar. Item in principio erat
verbum et cetera. De matre natus est
semel quia illa generatio est
humana. Ieremia propheta: Ecce virgo
concipiet et pariet filium. Et alibi
femina circumdabit virum gremio
ventris sui. Iterum Ysaias: Puer natus est
nobis. Nam verbum caro factum est.
In mente nascitur sepe quia illa
generatio est gratuita. Unde illud
timentibus deum orietur sol iusti-
cie. Ecce sto ad ostium et
pulso si quis aperuerit michi in-
trabo ad illum et cenabo cum illo
et ille mecum. Secundum nativi-
tatem eternam Christus habet patrem
sine matre secundum humanam habet
matrem sine patre. Secundum gra-
tuitatem habet matrem et patrem
ipso testante. Quicumque fecerit vo-
luntatem patris mei ipse meus
frater et soror et mater est.

3 · io. 6 · io. 6 · p 18 · cor. xi
ps 109 · pro 8 · io. 1 · ys. 7 · ie. 31 · ys. 9 · io. 1 · Malachie 3 · apoc. 3 · mt 12

in patre divinitas in matre virgini-
tas in mente caritas Divinitas
quam ex patre nascendo concepit
virginitas quam ex matre nascendo
attulit caritas quam in mente
nascendo creavit Has tres xpi na-
tivitates in tribus missis hodie re-
presentat ecclesia Primam in mis-
sa que cantatur in nocte Secundam
in missa que cantatur in aurora
Tertiam in missa que celebratur
in die Eterna enim nativitas est
prorsus occulta ut de ea dicat etiam

Ys. 53

Generationem eius quis enarra-
bit ad quod significandum prima mis-
sa cantatur in nocte Carnalis
nativitas partim est occulta par-
tim est manifesta occulta quantum
ad modum manifesta quantum ad

Luc. 1

factum Quam ad mirans virgo
dixit ad angelum Quomodo fiet
istud quoniam virum non cognosco
Ad quod significandum secunda missa
cantatur in aurora Spiritualis
autem nativitas est penitus mani-

Jo. 14

festa christo attestante Ad eum ve-
niemus et mansionem apud eum
faciemus Christus enim per affectum
concipitur per effectum
nascitur et per profectum nutritur
Ad quod significandum tertia missa
celebratur in die Puer natus est
nobis secundum ex patre natus est nobis
ad creationem ex matre ad salva-
tionem in mente ad iustificationem
Ad creationem ut daret naturam
ad iustificationem ut daret gratiam
ad salvationem ut daret gloriam
Ad creationem ergo natus est nobis

Gen. 1

ex patre Unde illud Dixit deus
fiat lux id est verbum protulit hoc
est filium genuit per quem fecit
lumen Ad iustificationem nascitur
nobis in mente Unde illud Ti-

Malachie 3

mentibus deum orietur sol iustitie
id est ille qui iustificat illa(m)

que illuminat omnem hominem ve-
nientem in hunc mundum Ad salva-
tionem natus est nobis de matre
iuxta illud pariet filium et voca-

Luc. 1

bitur nomen eius emanuel Sed fi-
lius datus est nobis Nobis autem
datus est adeo ut deus redderetur
a nobis Ozadeo datus est nobis
ex dono ut deo redderetur nobis
ex debito Quod etiam verbum caro
factum est ut daretur hominibus
deus homo secundum filius spiritualis Unde
apostolus Proprio filio suo non pepercit
deus secundum pro nobis omnibus tradi-
dit illum Item cum venit plenitu-
do plenitudo temporis misit deus filium
suum Ut deus qui in sapientia
sua mundum creaverat ipse mundum
in eadem sapientia redimeret proprium
sibi nomen filiationis reservavit
ut qui erat in deitate dei filius
idem fieret in humanitate hominis
filius Puer ergo natus est nobis
ut nos renasceremur in gratia et filius
datus est nobis ut redimeremur ad
gloriam et renasceremur ex aqua et re-
dimeremur in sanguine Et vocabitur
nomen eius admirabilis consiliarius
deus gloriosus est deus in sanctis suis
et mirabilis in maiestatibus De
quo secundum humanitatem dicitur in ewangelio
Dum mirabantur omnes de doctrina
et responsis eius et supra his que
fiebant gloriose ab eo admirabilis
spiritualiter dicitur In monte signa
et in mundo mirabilia Et vocabitur
nomen eius consiliarius qui consilium
patris invenit Dicitur ipse testa-
Ego cogito cogitationes pacis
De quo dicit propheta Consilium
domini manet in eternum Deus fortis
Quot modis accipitur hoc no-
men deus Nomen divinitatis
multis modis accipitur in scrip-
tura Substantive secundum naturam
adoptive secundum gratiam potestative

secundum officium usurpative secundum vicium
Secundum naturam unde illud Audi
israel Dominus deus tuus deus unus
est Secundum gratiam unde Ego dixi
dii estis Secundum officium unde
Diis non detrahes Secundum vicium
unde Omnes dii gentium demonia
Hic autem proprie vocabitur deus
secundum naturam Contra illos qui
negavit ipsum esse Et ante consti-
tuitur heretica et conbescat [?] medius
et producantur in medium testimonia
tam de novo quam de veteri testa
mento ut tota continuatur in eo
tri et bassis sub columpna quam
in ore duorum vel trium testimonium
stat omne verbum Dicat ergo
Johannes In principio erat verbum
et cetera Thomas Dominus meus
et deus meus Paulus Cum in
forma dei esset et cetera Jeremias
Hic est deus et non extimabitur
alius preter ipsum Abbacuk Gau
debo in domino ihesu meo Et vocabitur
deus fortis Et david Quis est
iste rex glorie dominus fortis et cetera
Ipse est sapiencia que vincit mali
ciam attingit a fine usque ad finem
fortiter suaviter Sapiencia vero
est de quo dicit apostolus Cristus est
dei virtus et dei sapiencia Hic a
fine usque ad finem id est ab empi
reo usque ad infernum attingit for
titer id est deiciendo angelos super
bos de empireo et educendo iustas
animas de inferno et omnia id est
media que sunt inter empireum
et infernum disponit suaviter redi
mendo miseros et peccatores iustifi
cando Hic est verus david manu
fortis qui vicit ursum superavit
leonem prostravit etiam philisteum
hic est verus sampson qui tantum
leonis occidit et mille viros ma
dibula asini interfecit et portas
gazarum suis postibus asportavit
hic fortior superveniens forte alligat.

armatum Sequitur Pater futuri
seculi Est pater et dator sicut ipse
testatur in ewangelio Pater vester
celestis dabit spiritum bonum pe
tentibus se Dabit enim dare fi
liis non presentia sed futura non
terrena sed celestia non transito
ria sed eterna non solum sed po
lum non mundum sed celum Et
futuri seculi pater hereditatem
paternam filius suus in futuro
seculo largiatur Utrique docent nos
orare Adveniat regnum tuum Regnum
meum inquit in ewangelio non est ex hoc
mundo Quamvis utique in regno est vita
sine morte certe sine sorte dies
sine nocte Ubi erit securitas sine
timore iocunditas sine dolore tran
quillitas sine labore Ubi erit pul
critudo sine deformitate rectitudo
sine perversitate Ubi erit caritas
sine malicia veritas sine falsitate
felicitas sine miseria Ubi erit gau
dium quod nec oculus vidit nec
auris audivit et cetera Ipse enim
est pax que exsuperat omnem sen
sum Cristo enim ante passionem
suam dixit apostolis suis Pacem meam
do vobis Post passionem dixit
pax vobis Propter pacem pectoris
et pacem eternitatis ad quam per
ducat nos dominus qui vivit et
regnat in unitate spiritus sancti Amen

De Epiphania domini

Videntes stellam magi gavi
si sunt gaudio magno val
de et intrantes domum invenerunt
puerum cum maria matre eius et
apertis thesauris suis optulerunt
ei munera aurum thus et mir
ram Mathei ii Connubio
inter cristum et ecclesiam Racio
sanctum connubium quod inter cristum
et ecclesiam olim fuerat abrahe
patriarche promissum Unde david
regi intimatum tandem Marie ma
tri completum hodie regibus confirmatum

confirmatum et declaratum. Confirm-
atum in adoratione magorum. Confir-
matum in baptismo Johannis.
Declaratum in miraculo vini. Olim
deus Abraham patriarche promisit
quod in semine tuo benedicentur omnes
gentes. Et David regi iuravit
quod de fructu ventris sui poneret
super sedem suam. Sed quod promise-
rat et iuraverat marie matri
complevit. Unde in sole posuit
tabernaculum suum. Illud autem
coniugium legitur hodie esse con-
summatum quando gentilitas in
adoratione magorum coniunxit se
Christo per fidem. Unde magi ve-
nerunt ab oriente et cetera. Hodie
legitur confirmatum quod vox
patris in baptismo Johannis
audita est super Christum. Tu es filius
meus. Hodie legitur declaratum quod
Christus in nuptiis aquam convertit
in vinum quando hoc fecit initium
signorum Jhesus. Hec tria simul
voluit et vocatum. cetera. Hodie
quia Christus decima tertia die post
nativitatem suam fuit adoratus
a magis et eodem die tricesimo
anno in Jordane baptizatus est
a Johanne. Ac deinde revoluto
anno eadem die convertit aquam
in vinum. Et ideo fratres et filii
gaudeamus et exultemus non in
solo sed in deo. Exultet iubilando
cantamus. Hodie celesti sponso
iuncta est ecclesia. Hodie in Jordane
lavit Christus eius crimina sua
alleluia. Currunt cum muneribus
magi ad regales nuptias et ex
aqua facto vino letantur convive.
Ipsa dies iste sicut in antiquis
codicibus invenitur epiphania id est
manifestationum pluraliter appella-
tur quia hodie manifestatus est Jhesus
per signum stelle, per vocem patris
et per miraculum vini. Unde quidam
has tres manifestationes separa-

distinxerunt nominibus Epiph-
aniam vocantes eam que desuper
est facta per stellam ab ea que
est supra. Theophania
que est adeo facta in baptismo
et hodie quod est deus. Bethph-
aniam que in nuptiis facta est
in festa domini a beth quod est
domus et phanie quod est illustra-
tio. Gaudeamus ergo fratres et
filii gaudeamus in domino. Nam
et magi gavisi sunt gaudio ma-
gno valde. Quia viderunt stellam
gavisi sunt. Et quia stella ante-
cedebat eos gavisi sunt gaudio.
Et quia stella duxit ad presepe
gavisi sunt gaudio magno.
Et quia invenerunt Jhesum gavi-
si sunt gaudio magno valde.
Ceterum fuerunt hii tres magi. Secundum
historiam tres isti magi tres
reges fuerunt non arioli sed philosophi
a magnitudine scientie sic voca-
ti quia quos greci philosophos appellant
et magos successores doctrine Ba-
laam qui stellam eius vaticinio
cognoverunt predicte olim in scriptura.
Orietur stella ex Jacob et cetera.
Venerunt autem de finibus Persarum
et Chaldeorum ubi flumen est Saba
a quo et Saba regio nuncupatur.
Quod predicat David. Reges
Arabum et Saba dona adducent.
Et quid est quod de partibus tam
remotis intra tam brevi tempore venerunt?
Dicunt quidam dromedarios ha-
buerunt velocissima fecisse
credunt. Iuxta illud: Inundatio
camelorum operiet te dromedarii
et Epha. Convenientes ergo isti tres
reges secundum consuetudinem persarum
dogmatibus perscrutantes viderunt
quandam stellam mirabilem preter ce-
teram supra regionem iudee in mul-
tum notabilem quia fulgor eius solis
non solum obnubilabat eum in die
nec in firmamento cum sideribus erat

Ys. 9

nec mouebatur cum planetis sed in aere
sublimata superna tibi immobilis
permanebat. Cuius signo commoniti
crediderunt illum regem esse na-
tum in israel. De quo predixerat Ba-
laam. Orietur stella ex Iacob et
consurget homo de israel. Numeri xxiiii.
Et de Iacob erit qui dominabitur.
Ideoque magi ab oriente venerunt
Ierosolimam putantes invenire
natum regem in regia civitate.
Sed qui per signum stelle fuerant
certificati de tempore per scripturam
prophete meruerunt certificari de loco
sicut dicitur per Micheam prophetam.
Et tu Bethleem terra Iuda neque
quam minima es. Ex te enim exibit
dux qui etc. Ecce stella quam
viderant in oriente antecedebat eos.
Sentientes quidem in oriente
viderunt stellam super Iudeam et
que prius stabat immobilis donec
Ierosolimam advenissent iam in-
cepit moveri et antecedere eos donec
veniret et staret supra ubi erat
puer. Et intrantes domum illud
stabulum diversorium de quo dicit
Lucas: Quia non erat ei locus
in diversorio. Invenerunt puerum
cum Maria matre eius. ~~Psalmus
primo~~ Hic est lapis angularis
adiungens duos parietes convenerunt
unus Iudeis et gentilibus idest pastores
ad vocem angeli. Alter ex genti-
bus idest magi ad signum
stelle ut sit unum ovile et unus
pastor. Utrique non de terra sed de celo
commoniti quia rex celorum natus
est in terris. Stella currit ad stel-
lam. Ego sum ingenita stella
matutina. Et procidentes reguli
ante regem, magi ante magi-
strum adoraverunt eum dominum. Thesauros
dederunt. Sed magnum parvum uno
verbo parvum magnum uno ma-
ximum. Quia hic erat puer quem
predixerat Ysaias: Puer natus est
nobis. Et quia puerum estimabant
stella famulabatur, credebant deum
ideo procidentes adoraverunt eum. Et
apertis thesauris suis obtulerunt ei
munera aurum thus et mirram
iuxta consuetudinem Caldeorum,
significantes illum in auro regem
in thure sacerdotem et in mirra
mortalem. Aurum enim regi redditur
in tributum, thus offertur deo in sacri-
ficium, mirra vero mortuorum corpora
condiuntur quia mirra vermes ar-
cet a corporibus mortuorum. Unde Ioseph
attulit mixturam mirre et aloes ut ungeret
corpus Ihesu. Non singuli singula sed
omnes omnia obtulerunt quia cum
libet obtulit aurum credebat eum re-
gem regum et dominum dominantium.
Quilibet obtulit thus credebat eum
deum deorum et creatorem crea-
turarum. Quilibet obtulit mirram
credebat eum mortale pro mortuis
et pro mortalibus moriturum. Vel
potius in istis muneribus tribus in Christo
designant tres deitatem scilicet
carnem et animam. Allegorice
quid per tres magos. Porro secundum
allegoriam per tres magos de-
signantur tres ordines fidelium
in ecclesia, scilicet Noe Daniel
et Iob, idest prelati continentes
et coniugati secundum trinitatem habentes
vel clerici, laici et conversi qui sunt
medii inter clericos et laycos,
quos Ezechiel vidit in visione
salvandos. Et secundum parabolam ewangelicam
duo sunt in agro, duo
in lecto et duo in mola. Isti vi-
dentes stellam idest ewangelica
intelligentes doctrinam, que in nocte
seculi fulget contra tenebras
errorum et ignorantie. Unde psalmus
Lucerna pedibus meis verbum tuum
domine. Quamvis sunt gaudio mea
quo valde. Secundum illum here-
ditate acquisivi testimonia tua
quia exultatio cordis mei sunt. Hoc
est enim ille thesaurus magus absconditus

quemcumque invenit homo et cetera.
Multa quidem intelligenti et dili-
genti est exultacio et dulcedo in eius
angelice predicacionis doctrina que
mentem reficit et iocundat, exhilarat
et saginat. Unde psalmus: Quam
dulcia faucibus meis eloquia tua.
Et intrantes domum invenerunt puer-
um cum Maria matre eius. Qui vult
invenire Ihesum ingrediatur sanctam
ecclesiam, puram consciencIam et
divinam scripturam. In hiis enim
domibus Ihesus invenitur. Quoniam inter
multas iste sunt precipue dei domus.
Prima legitur: Domum tuam decet
sanctitudo domine. De secunda: Peram-
bulabam in innocencia cordis mei
in medio domus tue. De tercia: Ambu-
lavimus in domo domini cum consen-
su. Sinagoga querit Ihesum quia ex-
tra domum ecclesie [illegible] unde
ipse dicebat iudeis:
queretis me et non invenietis. Que-
rebant Ihesum parentes eius et non
invenerunt illum in templo. Habent
ergo domum intrantes fideles pu-
erum Ihesum cum Maria matre. Ergo
invenerunt. Credentes enim esse na-
tum de virgine secundum nativitatem
assumptam qui stellas creavit secundum
potestatem divinam. Et procidentes ado-
raverunt eum. Boni cadunt in faciem,
mali vero cadunt retrorsum. De
bonis dicitur: Ceciderunt in conspectu
throni in facies suas. De malis
dicitur: Abierunt retrorsum et ce-
ciderunt retrorsum. Qui vero
cadunt in faciem Christi quidem cadunt
sub Christo et ante Christum tamquam
subditi et devoti. Unde psalmus: Subtus
cadent. Et illud: Venite adoremus
et procidamus ante eum. Procidentes
ergo per subiectionem et devocionem
adoraverunt eum illum scilicet de quo
dicitur: Dominum deum tuum adorabis.
Sed ubi sit adorandus ostendit
cum ait: Et intrantes domum inve-
nerunt. Et quomodo sit adorandus osten-
dit cum addit: Obtulerunt ei mu-
nera aurum thus et mirram.
Quare autem Ihesus adoratur? Quo-
niam solus deus sit adorandus illa
scilicet adoracione que latria nuncupa-
tur. Quia pertinet altaria sacrificia que
soli deo sunt dedicata consecranda et
consecrata, non quidem angelis,
non apostolis, non martiribus, sed
deo tantum ad honorem ipsorum. Quia
adoracio ista non creature sed cre-
atori debetur. Unde angelus in apo-
kalipsi et Paulus in actibus apostolorum
se prohibuerunt adorare. Cum ergo est
quod magi non deum sed puerum
adorare dicuntur? Quamvis in veri-
tate sit deus non tamen secundum natu-
ram divinam sed secundum carnem assumptam
est puer secundum quam non est factor
sed factus. Paulo attestante: Qui fac-
tus est ex semine David et cetera. Cum ergo
ipse mandet in lege: Ne faciatis
quis errore decepti adoret ea que
creavit deus deus omnis. Porro si
solus deus est adorandus cum puer
iste sit deus Ysaya testante: Puer
natus est nobis et cetera. Quare deo
adorando consistit una quidem adora-
cione cum patre qui genuit cum spiritu
qui procedit. Unde sicut dicit Iohannes: veri
adoratores adorabunt patrem in
spiritu. Nam tanta est illa unio per-
sonalis inter divinam et humanam
naturam in ypostasi ubi propter
assumentem divinitatem humanitatem
etiam adorare assumpta. Iuxta
illud: Adorate scabellum pedum
eius quoniam sanctum est. Apertis itaque
thesauris suis non utique thesauris
proprie de quibus illa munera proferunt
que oculos sapientum excecant et
mutant verba iustorum sed thesauros
proprie de quibus dicitur: Omnis
scriba doctus in regno celorum et cetera.
Hii ergo thesauris apertis prelatis
offerunt munera aurum thus et mirram.

Animum contemplationibus instituit thus orationibus inspirat mirram compassionis meditate. Ordo convenientie et convenientia ordinata ut primus circa contemplet presidem deinde desperet prosperum tandem compatiatur passo pro nobis Ihesu Christo domino nostro qui vivit etc.

Simile in dominica Septuagesima.

Simile est regnum celorum homini patrifamilias qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam. Matthei xx. Hec parabola fratres carissimi quam audistis plena non timore sed pietate non desperatione sed confidentia non comminatione sed dulcore non ira sed benignitate non odio sed amore. Quia licet multi sunt vocati pauci vero electi sunt tamen primi novissimi et novissimi primi. Requiramus ergo dicere quia dominus misericordiarum pater et misericors deus qui neminem vult perire de omni etate aliquos ad suum cultum adducit vocatis adolescentibus quosdam in adolescentia quosdam in senio et pro merito temporali reddit premium sempiternum. Ut autem efficacius removeat peccatores de viciis adulatos se tardius removentes remuneret ante minus qui laborantes remuneret equa lance. Ut enim illi qui convertuntur in senectute vel senio primus vocantur ad gloriam quam virgini in pueritia vel adolescentia convertuntur. Quia qui eque diligit eque meretur et si minus laborat quia omnes merendi non penes laborem sed penes caritatem consistit. Quid significat vinea iste paterfamilias in hoc loco intelligitur deus pater vinea gloria operarii iusti. Conventio facta operariis ex denario diurno conventio facta iustis de premio sempiterno. Quinque hore quinque etates intelliguntur mane pueritia hora tertia adolescentia sexta iuventus nona senectus undecima senium et ita vero est finis vite. Sicut enim sunt ociosi operibus et est labor et solicitudo. Plantator vinee homo Christus Ihesus. Congrue vero per has horas diei etates hominis distinguntur sicut sol primo mane usque ad tertiam horam tepet et a tertia usque ad sextam calet et a sexta usque ad nonam fervet et extunc calor remittitur a nona scilicet usque ad undecimam horam et ab undecima hora usque vero donec sol faciat occasum. Ita calor naturalis in pueritia tepet in adolescentia calet in iuventute fervet et extunc remittitur usque in senectute et senium donec hora venerit in morte. Est ergo paterfamilias deus pater et conditor universe creature qui creaturas disponit et regit in mundo hic. Primo mane exiit conducere operarios in vineam suam cum in prima etate pueris gratie sue rorem infundit ut in ecclesia sua fideliter operetur. Vinea enim domini sabaoth domus Israel est. Unde alias vinea vitis est Christus et palmites sunt fideles. Egressus ante circa horam tertiam vidit alios stantes in foro ociosos et dixit illis ite et vos in vineam meam et quod iustum fuerit dabo vobis. Verumtamen quam iustum est donat quia non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam semper enim remuneravit supra merita et citra merita et citra punit. Primus ante non dicatur quod fuerint ociosi qui ante pueritiam non est merendi locus unde nichil infanti ad meritum imputatur sed dicitur quod steterunt ociosi in ceteris enim etatibus negligentia imputatur ad culpam ociositas est inimica virtutibus sed viciis est amica unde dicitur. Otium semper fuit victor in bello tandem vitiis enim ociositas adulterium pariter et homicidium perpetravit. Quia vero dampnabilior est ociositas in decrepito quia cum ceteris cum ille sit ampedus morti

vitamus, ideirco in undecima hora
subsequentem ab agitatione subiungitur:
Quid hic statis tota die ociosi? Di-
cunt ei: Quia nemo nos conduxit.
Certe nemo venit ad filium nisi pater
traxerit eum, quia non est volentis
neque currentis sed dei miserentis. Sed
nec est de talibus desperandum quia
dicit illis: Ite et vos in vineam meam.
Nam quacumque hora peccator conver-
sus fuerit, et alibi: Quia si vel
in prima vel in tercia vigilia vene-
rit et ita invenerit, beati sunt servi
illi. Cum autem sero factum esset,
dicit dominus vinee procuratori suo.
Sero enim est in fine vite. Voca
ergo operarios et redde illis mer-
cedem suam, quia pater omne iudi-
cium dedit filio qui reddit unicuique
post mortem secundum opera sua, incipi-
ens a novissimis usque ad primos.
Vera inquit operarios et redde mer-
cedem ipsis quasi dicat. Incipe in-
stos ad requiem post laborem tarde
quidem venit et parum laboravit
libero pendens in arbore iste tamen
et multum accepit quia hii qui
fuerunt sequaces per similitudines
adaptantur. Iesu dicit: Ab novis-
simis usque ad primos incipiat quan-
tum conveniunt [?] adolescentes
et iuvenes senes et decrepiti prius
admittuntur ad premium senes quam
iuvenes et decrepiti quam adolescentes.
Quia secundum solitum cursum nature
citius moriuntur isti quam illi. Cum
ergo venissent qui circa horam unde-
cimam venerant, acceperunt singulos
denarios. Hunc denarium qui valet
decem nummos usuales intelligere
in hoc loco premium sempiternum quod
reddit per legis decalogo [?] spirituali [?] ob-
servato. Vel quia denarius defertur
imaginem regis ideo gloria sempiter-
na denario comparatur in qua re-
gem suum iusti videbunt. Venien-
tes autem et primi arbitrati sunt
quod plus essent accepturi, accepe-
runt autem et ipsi singulos denarios
et murmuraverunt adversus patrem dicen-
tes: Hii novissimi una hora fecerunt
et similes eos nobis fecisti qui
portavimus pondus diei et estus.
Pondus laboris et estus caloris prin-
cipaliter et proprie portaverunt adole-
scentes et iuvenes a quibus senes
et decrepiti penitus [?] commiti sunt immu-
nes. Pondus diei et estus portat
qui gravatur et venit inflat [?] vi-
ta prodo [?]. Unde apostolus: Quis infir-
matur et ego non infirmor, quis
scandalizatur et ego non uror. Qui
vero laborat in ecclesia non secundum
beneplacitum voluntatis divine, sed po-
cius evangelizat in zelo secundum de-
siderium carnis, sive licet non est o-
perarius in vinea, sed ociosus in foro.
Sed nullus omnino despicit sive quod
diuturnitate peccandi tamquam non pos-
sit consuetudo mutari, quia deus non
solum vocat adolescentes et iuve-
nes verum eciam senes et decrepitos
vocat ad penitenciam ut convertantur
ut resipiscant. Sicut per magistrum
dicitur, peccator tamquam non possit
impius satisfacere de peccatis. Quia
deus eciam pariter laboratis in-
tum remunerat. Nec illud deter-
reat ultra modum quod dicitur:
Multi sunt vocati pauci vero
electi, quam in hac parabola ma-
gna est multitudo quia tot sunt
salvandi ex hominibus quot angeli
sunt creati. Unde illud Constan-
ti: Terminos gentium secundum numerum ange-
lorum dei. Sed vocant pauci per
multitudine malorum quorum stultorum
infinitus est numerus. Licet autem et hoc
quod eciam premittitur quia fi-
erunt novissimi primi et primi no-
vissimi, optime videtur inferri
quod multi sunt vocati pauci ve-
ro electi, tamquam intelligantur vo-
cati de quibus dicitur voca operarios

et iede illius meretricem suam. Et
non electi decoribus subiungitur qui
accipientes ad usus proprios familias
minime minuerunt. quia tamen accipien-
tes donarium celestis beatitudinis non
possunt intelligi nisi hi qui veraci-
ter sunt vocati. Hec conclusio
debet referri ad id quod dicit. Et
nomen terram evangelice pre-
dicationis omnes conveniunt sed non
omnes eorum qui ardent. Sunt
vero non ardent. iam indicati
sunt verum cum plures sint mar-
tiri quia fideles absque dubio multi
sunt vocati. pauci vero electi. cum
et de fidelibus multi dampnati
sunt. scilicet qui fidem operibus abne-
gant. Anima melius est viam ve-
ritatis non agnoscere quam post agni-
tam retrorsum abire. A quo nos
nos eripiat dispensator bonorum
dominus Christus Ihesus qui est super omnia
deus. Amen. De sermone primo

Hoc est magnum ieiunium
quod elegi dissolve quod col-
ligaciones impietatis sol-
ve fasciculos deprimentes. De tri-
bus colligacionibus. Ysaie. Ex-
li. Est dies hec solempnis ieiuniorum
observantia celebratur. Hoc ieiunium
precepit observari de quo dominus
loquitur per prophetam. Hoc est magnum
ieiunium quod elegi solvere colligationes
etc. Tres colligaciones impietatis
legimus in scriptura scilicet hereticorum
peccatorum dampnatorum. Hereticorum falsa
dogmata. peccatorum prava opera. dam-
natorum eterna supplicia. De colliga-
cionibus hereticorum dicit apertius in Para-
bolis. Intexui funibus lectulum
meum. stravi tapetibus pictis ex
egypto. heretici enim et heretica pra-
vitatis intexerunt lectum suum. i. con-
fixit doctrinam suam funibus. i.
deceptionibus. Funibus quidem sed
tortis. Decenis colligatio fit quasi
funiculus triplex qui difficile rum-
pitur. contextus de theologicis
auctoritatibus et de rethoricis floribus
et de dialecticis argumentis. Sacras
enim auctoritates pervertit. sophisticas
argumentaciones inducit. rethoricos
sermones coornat ut simplices
fallat. ut vagos alliciat. ut incau-
tos seducat. De talibus enim dicitur.
Eorum que perfecisti destruxerunt.
Testimonio quippe sacre scripture
que spiritus sanctus perfecit heretica de-
struunt dum illa pervertunt. Hec di-
alectica dampnantur. Porro scrip-
ture dicitur. Didicimus quod qui
sophistice loquitur odibilis est. Ho-
no enim illi gratia data a domino. sed
omni sapientia defraudata est. Scriptu-
est enim. Perdam sapientiam sapientium
et prudentiam prudentium reprobabo.
profitentium eorum qui veritatem docent
inmediate quandoque predicatio non
est in persuasione sermonis veritatis. sed
in persuasibilibus humane sapientie
verbis. Isti sunt caupones qui secun-
dum prophetam aquam vino miscent qui
fel draconis in aureo calice Babi-
lonis propinant. Qui docent ma-
le et audacter ut verum perhibeant
faciant. De illis vulpeculis spon-
sa dicit in canticis. Ca-
pite nobis vulpes parvulas que de-
moliuntur vineas. Quarum caudas
Samson adinvicem colligavit ig-
nem apponens ut segetes Philista-
norum incenderet. Sed certe iam pub-
lice docent et libere predicant
ita quod nisi colligationes earum cito
fuerint dissolute timendum est nobis
ne non solum infima pars sed
et summa trahatur. De peccatoribus
colligationibus peccatorum inquit
Ysaias. Ve qui trahitis peccata quasi
longam vestem. Hec est vestis

connectitur tribus funiculis de quibus Johannes apostolus ait. Omne quod est in mundo aut est concupiscentia carnis aut concupiscentia oculorum aut superbia vite. Concupiscentia carnis ad voluptates, concupiscentia oculorum ad opes, autem superbia vite pertinet ad honores. Voluptates autem luxuriosum efficiunt, opes avarum, honores superbum. His tribus funiculis nos clerici pertinaciter obligamur.

Contra clericos luxuriosos. Funiculis enim luxurie peccatis exigentibus ita nos detinet colligatos ut non erubescamus mulierculas in domibus publice detinere. Pro quibus aliquando inveniuntur sunt turpiter capte violenter abstracte graviter flagellate in magna clericorum infamiam et in multum obprobrium sacerdotum. Nobis autem dicitur per prophetam: Mundamini qui fertis vasa domini. Nam in veteri sacerdotio lotis manibus et pedibus ante omnia sacerdos feminalia induebat. Certe cum David fugeret persecutionem Saulis venit cum suis in Nobe ad Abimelech sacerdotem postulans sibi dari quinque panes ad esuriem compescendam. Cui sacerdos respondit: Non habeo panes laicos ad manum sed tantum panem sanctum. Si pueri sunt mundi maxime a mulieribus manducent. Quia pane sanctum digne manducare non possunt nisi qui mundi sunt a coitu mulierum. Turpe dictu sed turpissimum actu. Dici liceat ut agi non liceat. Quidam nocte filiam Veneris cogitant in cubili, mane filium virginis offerunt in altari; nocte Venerem amplexantur, mane virginem venerantur. Hoc si bene est immo quia bene est quod dicit apostolus: Fornicatores et adulteri regnum dei non possidebunt.

Contra clericos avaros. Sed et funiculis avaricie peccatis exigentibus ita nos detinet alligatos ut nulli ditum iam nos erubescamus mercari non timeant ... usque ad sacerdotem omnes avaricie student et avariores usque ad mortem tuti fecerunt. Dolemus dominum ante facto flagello vendentes et ementes eiecit de templo et cetera. Avari enim sacerdotes non deo sunt sed ydolo. Nam ut inquit apostolus avaricia est ydolorum servitus. Scriptum est enim nichil est iniquius avaro, scelestius, et nichil iniquius quam amare pecuniam. Quia cupiditas est radix omnium malorum. Ex hac radice procedit quod aliquos parrochianos sed ... et subditorum peccata palpamus quasi canes muti non valentes latrare ne forte subtrahant nobis decimas primicias et oblaciones et invadimus parrochias alienas mittentes falcem in alienam messem transgredientes terminos quos posuerunt patres nostri ut ex elemosinis nobis questus accrescat.

Contra clericos superbos. Sed funiculis superbie peccatis exigentibus ita nos detinet alligatos ut magis velimus superbi quam humiles apparere incedentes extento collo elevatis oculis elevata cervice magnificantes fimbrias, filacteria dilatantes, querentes primos accubitus in cenis, primas cathedras in synagogis et vocari ab hominibus rabbi. Sic iam ornati incedimus ut magis sponsi quam clerici videamur. Sed qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt. Justus autem elegit abiectus esse in domo domini magis quam habitare in tabernaculis peccatorum. Non in veste preciosa dicit apostolus nec sit contexta capillatura tua aut circumdatio colli aut vestimentorum cultus. Nam dives ille qui induebatur purpura et bisso sepultus est in inferno. Tanta est superbia clericorum quos iniqua ad satisfaciendum prelati possint humiliari non ... tantos cum qui dicit Discite a

me quia mitis sum et humilis cor
de quia non debemus ministrari sed ministrare
Quillum qui posuit sedem suam ab
aquilone ut esset similis altissimo
Isti sunt fasciculi deprimentes de
quibus cum propheta dixisset Dissol
ue colligationes impietatis conse
quenter innuit dicens Solue
fasciculos deprimentes De colliga
tionibus dampnatorum De colliga
tionibus dampnatorum dicitur in ewan
gelio Colligite primum zizaniam et
alligate fasciculos ad comburendum
Sed iste fasciculus committitur quatuor
bus funiculis qui sunt obscuritas
tenebrarum acerbitas penarum
diuturnitas angustiarum Ignis enim
gehenne semper ardebit et numquam
lucebit semper uret et numquam consu
met semper affliget et numquam deficiet
Ibi est enim fletus et stridor den
tium ubi est uermis qui non moritur
et ignis qui non extinguitur terra
tenebrarum et opaca mortis caligine
tantam autem ibi impiis inferunt
penarum angustia ut nichil cogitare
ualeant preter penas Sed illuc
dirigunt impetum cogitationes
ubi sentiunt dolorem Salomon
dicit Nec opus nec racio nec
sciencia non est apud inferos sapi
encia Si iustus uix saluabitur
impius et peccator ubi apparebunt
Audi Iohannem in apocalipsi di
centem In diebus illis querent
homines mortem et non inuenient
eam desiderabunt mori et fugiet
mors ab illis Dies illa dies ire
dies tribulationis et angustie dies
calamitatis et miserie dies tenebrarum
et caliginis dies nebule et turbinis
dies tube et clangoris Dissoluamus
ergo colligationes impietatis quoniam
hoc est ieiunium quod elegit altis
simus Prima uero non sufficiat me
dico causas infirmitatis agnoscere
nisi studeat medicina salutis afferre

Postquam species colligationum osten
dimus etiam modos dissolutionis
dicamus Dissoluamus ergo colli
gationem hereticorum per fidelem doc
trinam peccatorum per humilem penitenciam
dampnatorum per finalem perseuerantiam
Apostolus inquit ad thimotheum Atten
de doctrine et insta in illa hec enim
faciens teipsum saluum facies et eos
qui te audiunt Spiritus enim ma
nifeste dicit quod in nouissimis
temporibus discedent quidam a fide in
tendentes uocibus sicut hic dicit et cetera
Qualiter autem sit dissoluenda
heretica colligatio statim docet apostolus
dicens Quoniam omnis creatura
dei bona et nichil reiciendum Ita
uidit deus cuncta que fecerat et
erant ualde bona et cetera De
colligationibus hereticorum Dissol
uamus ergo colligationes peccatorum
per humilem penitenciam Porro
peccator quacumque hora conuersus
fuit et ingemuerit omnium iniquitatum
eius non recordabitur dominus Peccatum
autem quod per penitenciam non de
letur mox suo pondere ad aliud tra
hit Sic fit iuxta illa regula dicit
hec qui claudunt peccata quasi longam
restem Ipsi quod peccatus aut penite
nunt et committunt ut deleant pecca
ta Dissoluamus ergo colligatio
nes dampnatorum per finalem perse
ueranciam Prima uero cautio tem
pus ad terminum est homo rediens
aspectum Sed iuxta unam ueritatem
dimissa sunt ei peccata multa quia
dilexit multum Nam qui perse
uerauerit usque ad finem hic saluus
erit hinc est quod ioseph talarem
tunicam inter fratres habuisse
describitur et cauda hostie in al
tari imbibatur offerri Ipso prestante
qui est deus in secula. f. iii.

Tercia dominica in quadragesima

Ductus est ihesus in desertum a spiritu ut temptaretur

a diabolo et cum ieiunasset quadra
ginta diebus et quadraginta noctibus
postea esuriit. De tribus hostibus
hominum. Tres sunt qui temptant
deus scilicet demon et homo. Sed deus
temptat ad bonum demon semper
ad malum homo quandoque ad bonum
quandoque ad malum. Deus autem
semper ad bonum quia semper bonus est
Demon ad malum quia semper ad ma
lus est. homo vero quandoque ad bo
num quandoque ad malum quia quandoque
est malus quandoque [bonus]. Deus enim
intemptator malorum est unusquisque
temptatur a concupiscentia sua abstractus
et allectus. Demon quidem proponit
assumit et infert. Proponit secularia
blandimenta assumit illicita deside
ria ut tamen inferat sempiterna
tormenta sicut velud sophistica ver
sutia insolubili prolongat incau
tos. De hiis tribus proponit statim
dicitur in principio. Ductus est ihesus
in desertum a spiritu ut temptaretur a dy
abolo. Ecce demon. Sicut enim
spiritus duxit divinus ubi erat enim
malignus spiritus temptaturus. Ad vin
cendum duxit spiritus divinus sed ad
temptandum assumpsit eum spiritus ma
lignus. Deus autem temptat ut pro
bet demon ut fallat homo ut in
vestiget. De primo proba me domine
et tempta me. De secundo Cur sathanas
temptavit cor tuum. De tercio
Temptat nos ob[illegible] diebus dicitur
Demon autem principaliter temptat
per voluptates opes et honores
vel plurimum avariciam et iac
tanciam. De hiis tribus temptavit
ihesum. De gula cum ait Dic ut lapi
des isti panes fiant. De iactancia
cum ait Si filius dei es mitte te
deorsum. De avaricia cum ait Hec
omnia tibi dabo si procidens adora
veris me. De diversis modis tem
ptandi. Attende diligenter astuciam

temptatoris. Temptavit enim eodem
tempore in diversis locis et diversis modis
De diversis causis quia de gula de iac
tancia de avaricia. In diversis locis quia
in deserto in templo in monte. Diversis
modis quia suggerendo promittendo
augmentando. Suggerendo cum
ait Dic ut lapides isti panes fiant
augmentando cum intulit Scriptum
est enim Angelis suis deus mandavit
de te etc. Promittendo cum inquit Hec
omnia tibi dabo si procidens adoraveris
me. Ut quem ex una causa non
poterat ex alia seduceret. quem non
poterat uno modo falleret alio. Sed
malorum profecit quia christus semper
repulit temptatorem et superavit eum
non per sublimitatem potencie sed per
auctoritatem scripture. Per hoc nos do
cens et instruens ut quociens nos
quibus temptaciones emergunt recur
ramus ad consilium scripturarum. In quibus
invenimus et speculum quod intueamur
et exemplum quod imitemur. Porro circa
temptacionem christi septem pertinere
considerare debemus que docent nos circa
animi notare. personam loci temporis
causam modum et ordinem et per ora
cionis finis. Personam scilicet que temp
tatur quia ihesus. Locus ubi temptatur
quia in deserto. Tempus quando temp
tatur quia cum ieiunasset. Causa
ex qua temptatur quia postea esuriit
accedens [illegible] temptator dixit ei
Si filius dei es dic ut lapides
isti panes fiant. Ordine in quo
est temptatur quia assumpsit eum
diabolus primum atque temptavit
quia reliquit eum diabolus et ac
cesserunt angeli etc. Circa qualibet ut
historiam duo quedam debemus disti
guere. Circa primum debemus attendere
personam temptatoris et temptati
Quia ductus est ihesus in desertum a spiritu
ut temptaretur a diabolo. Ihesus temp
tatur et diabolus temptat. Circa primum

deinde notatur locum solitarium et locum
aspidum quoniam in festa deserti as
sumpsit eum in montem excelsum
et in sancta civitate statuens eum super
pinnaculum templi. Circa tertium deinde
attende tempus post baptismum et
tempus post ieiunium quia cum baptiza
tus fuisset tunc ut dicit evangelista
ductus est ihesus in desertum. Circa quar
tum deinde notatur causam pietatis
a qua temptavit et causa infirmi
tatis ex qua esuriit. quia cum ieiu
nasset quadraginta diebus et qua
draginta noctibus post ea esuriit.
Circa quintum deinde attende mo
dum temptandi secundum qualitatem
nature quia cum esuriret ihesus sug
gessit illi dyabolus dic inquit
ut lapides isti panes fiant et secundum
auctoritatem scripture quia cum sua
sisset ut mitteret se deorsum adic
cit enim scriptum est enim Quia ange
lis suis deus mandavit de te etc.
Circa sextum deinde notatur quia per
gulam temptavit de iactancia et
per iactanciam de avaricia. Item
cum assumpsisset eum in sanctam
civitatem et cetera. Item assumpsit
eum in montem excelsum valde etc.
Circa septimum deinde notatur recessum
spiritus maligni et accessum spiritus
benigni quia tunc reliquit eum
dyabolus et accesserunt angeli et mi
nistrabant ei. **Moralitas** Licet litera
in superficie simplex appareat tex
tus evangelii de lectionibus latet tamen
sub cera favus sub cortice nucleus
sub spica frumentum. Eruderamus
ergo puteum qui altus est et hau
riamus aquam in gaudio de fontibus
salvatoris. Temptavit ergo non
qualiscumque temptator sed ipse dyabolus
qui semper temptator est malignus
probatur astutus ex sublimitate vel
subtilitate nature et ex antiquitate
temporis et assiduitate fallendi. Ex
sublimitate nature iuxta quod
ei dicitur Tu signaculum similitu
dinis plenus sapientia et perfectus
decore et cetera. Ex antiquitate temporis
quia prima est creatura. non quia
creaturis precesserit sed quia nullus
precessit iuxta quod ei dicitur
Quomodo cecidisti lucifer qui
mane oriebaris. Ex assiduitate
fallendi quia adversarius noster dyabolus etc.
Hic ergo temptator tam subtilis
callidus et iniquus temptavit. Sed
ille repulit temptatorem quia peccatum
non fecit nec inventus est dolus
in ore eius. Paveat ergo sibi
peccator quia temptavit dyabolus
non qualemcumque hominem sed ipsum
deum dominum assumptum non peccatorem
sed salvatorem. Pertimeat ergo
sibi peccator quia temptatus est ipse
salvator. nec sit insuper omnino securus
quia temptatus est ipse deus. Sed nec
desperet homo quilibet cum temptatur
quia temptatus est ipse salvator. Temp
tavit autem non in foro sed in deserto
non in throno sed in templo. non in val
le humili sed in monte sublimi. Idem
ipse qui temptavit in heremo temptavit
in paradiso. Sed in paradiso temptavit
primum adam et vicit in heremo secundum
debellatur. quia non est sapientia
nec sciencia nec potencia vel con
silium contra dominum. Non sit ergo
monachus securus in claustro non
heremita in solitudine. quia temp
tatus est adam in paradiso et ihesus in
deserto. Temptavit et non post con
vivium sed post ieiunium non post
peccatum sed post baptismum. quia magis
insistit fatigat et laborat ut
seducat magnum quam parvum iustum
quam impium sapientem quam fatu
um. Ut seductione magni seducan
tur plurimi. Ut seductione iusti se
ducantur et impii. et in seductione
sapientis seducantur et fatui. quia
sub umbra dormit in secreto thalami

in locis humentibus. Cum enim quis aberravit ad veritatem a vitiis ad virtutes et a diabolo ad christum convertitur tunc maiores contra se temptationes et graviores insurrectiones perpetitur. Unde filii israel in deserto post exitum de egypto amalechite legimus quod primum impugnasse. Scriptura monet nos precipiens et hortatur. Fili enim accedens ad servitutem dei preparate corda vestra ad temptationes malignas vel potius ad hanc temptationem malignam. Nulla persona excipitur nullus locus excluditur nullum tempus differtur ubique dolus et laqueus ubique fovea et tendiculum. Vere temptatio est vita hominis super terram. Propterea clamat apostolus Infelix ego homo quis me liberabit et cetera. Item educ de carcere animam meam. Oremus ergo fratres dominum nostrum ihesum christum et qui temptatoris superavit insidias ipse nos liberet ab astutiis temptatoris ne permittat nos in temptationem induci. Et si quando forte temptatio nos apprehenderit humana non permittat nos usque ad consensum temptari et cetera cum enim per

Dominica ij **Statim Datur**

Assumpsit ihesus petrum iacobum et iohannem fratrem eius et duxit illos in montem excelsum seorsum et transfiguratus est ante eos. Cum fidelis dominus est in promissione ideo quod impleverit promisit. Insinuat enim apostolus dicens Sunt quidam de hic stantibus qui non gustabunt mortem donec videant filium hominis venientem in regno suo. Et ecce promissum implevit quia post dies sex assumpsit ihesus petrum iacobum et iohannem et transfiguratus est ante eos. Sex enim sunt dies in quo oportet hominem laborare. septimo autem die quievit ab omni opere. Recte igitur hec transfiguratio post dies sex facta fuisse narratur quia glorificatio futura promittitur ad requiem post laborem tamquam in septenario post senarium et propter causam eandem tamen bene lucas dixit post dies octo quia hec transfiguratio in octava resurrectionis etate promittit ad futuram. Etiam secundum litteram dici potest post dies sex secundum matheum et marcum. et post octo dies secundum vero lucam. Hinc transfiguratio facta dicitur. Cum illi medios dies tantum commemorant. iste vero et primum quo promisit et illum in quo complevit adiungat. In transfiguratione vero ihesus non assumpsit carnis substantiam ademit. sed glorie future resurrectionem ostendit. Unde et resplenduit facies eius sicut sol et vestimenta eius sicut nix. Vestimenta christi sunt omnes fideles de quibus ad christum dicitur per prophetam his omnibus velud vestimento indueris. Ad quos dicit apostolus Quotquot in christo baptizati estis christum induistis. Et ideo non solum facies eius resplenduit sicut sol sed et vestimenta eius facta sunt alba sicut nix. Cum enim inquit apostolus Salvatorem expectamus dominum ihesum christum et cetera. Porro quanta est inter claritatem solis et nivis candorem tanta est gloria differentia inter gloriam capitis et glorificationem membrorum. Erat autem post resurrectionem ad instruendum fidem etiam in corpore immortali signa mortalitatis exhibuit cum latera aperta et locum clavorum ostendit. sic et propter affectionem fidei ante resurrectionem immortalitatis signa in corpore immortali monstravit quia resplenduit facies eius sicut sol. De gloria quam cristus multiplici testimonio comprobavit. Verum quia mirum erat et mirabile quod monstrabat ut firmius crederetur voluit illud multiplici testimonio comprobare

de celo scilicet et de terra de paradiso et
de inferno. a deo et ab homine a
vivis et a mortuis. prophetas et
patres per legem et prophetiam. Quando
apparuerunt Moyses et Helias
cum ipso loquentes. et ecce nubes
lucida obumbravit illos et vox
de nube dicens Hic est filius meus
dilectus et cetera. Vox de nube per
hibuit testimonium veritati de celo
Discipuli autem in monte fuerunt
testes veritatis in terra. Moyses de
inferno quia nundum Christus con
vocat vinctos suos de lacu in quo
non erat aqua. Helias de paradiso
in quo cum Enoch usque ad tribula
cionem ultimam fiduciam per an
tichristum creditur permansurus. A deo
patre illa vox processit Hic est
filius meus dilectus et cetera. Ab
homine Petro verbum illud exiit
Domine bonum est nos hic esse. Vivus
erat Helias mortuus Moyses. Ad
ille vivus erat et mortuus est. Vel
mortuus sed victurus. ambo tamen
presentes erant. Ideo ut legisla
tor et propheta in terra mirabilis te
stimonium perhiberent per illos et pro
phetas per apostolos ut patres perhiberetur
testimonium veritati et nominatur quod
perhibebant et qui sequebantur clama
bant et cetera. Tres apostoli et duo pro
phete fuere adhibiti quia secundum
legem divinam in ore duorum vel trium
testium stat omne verbum. Petrus ante
visionis gloria delectatus dicebat Domine
bonum est hic nos esse et cetera. Si Pe
trus videns glorificatam humanitatem
tanto efficitur gaudio ut in eiusdem [illegible]
velit a beneis minime separari. Quid de
illis putandum est qui divinitatem
glorificatam aspiciunt cum quanto
gaudio semper illi delectantur inherere.
Quod nec oculus vidit nec auris
audivit nec in cor hominis ascendit.
Hinc est quod addidit Faciamus
tria hic tabernacula et cetera. Nescie
bat ut ait alius evangelista quid diceret

Sed non est necessarium tabernacu
lum ubi secundum apocalipsim Johannis
Deus omnipotens est templum et a
gnus. Et quia gloria corporis promittitur
post resurrectionem in celo redditam, ce
putabat ante resurrectionem in terra
sed preteritam et [illegible] ut magis
in extasi posita et in excessum
translata ignorabat cogitatione futura
quam presentia delectabatur. Unde et ipse
hic non meruit audire [illegible]. Sed
adhuc illo loquente ecce nubes
lucida non obscura quia non est con
ventio lucis ad tenebras obumbra
vit eos ut ostenderet visionem huma
nam et veritatem future glorificationis
sub umbram ut per umbram venirent
ad veritatem quasi per speculum ad enigma
et per fidem ad speciem. Vox quare fuit
ut doceret in [illegible] et [illegible] sic mirabile
sit omnium [illegible] cum inseretur
Hic est filius meus dilectus et cetera a
... dicit manifestius. Ergo qui dic
erant [illegible] me fecisse hominem
ecce non dico sed hic est filius meus
meus dilectus. Hic ergo non alius fi
lius non fictus meus non alienus
dilectus non maledictus in quo ipsum
complacuit non displicuit. Et ideo ipsum
audite et non contradicite. Audi
entes autem discipuli testimonium ve
ritatis et maiestatem gloriam [illegible] venientes
ceciderunt et timuerunt. Quia acce
dit homo ad cor altum et exalta
bitur deus. Et psalmista mira
bilis operator et [illegible]. In illud
Domine audivi auditum tuum et
timui. Et quod [illegible] ante [illegible] ti
muerunt quod cum Petrus quasi
comparasset Christum Moysi et Helie
et post ea audierat illum esse deum
et dei filium Christum [illegible] tamquam
erraverit [illegible] timore ceciderunt
[illegible] magnitudine de
[illegible] accessit Jhesus et tetigit eos
Dixitque illis Surgite et nolite
timere. Accessit et tetigit quia per
se surgere non valebant. Vi me

ne in quid nichil potestis facere. Le-
vantes autem oculos suos nemi-
nem viderunt nisi solum ihesum.
Ecce fratres et filii quod vos de-
lectat exposicio litteralis sed multo
quod magis spiritualis exposicio de-
lectabit. Et ideo si litteram diliget
audistis spiritum diligencius audiat.
Allegorice. Assumpsit ergo ihesus
petrum iacobum et
Iohannem. Tres isti discipuli sunt
tres ordines fidelium in ecclesia pre-
lati virgines et coniugati. Tres ergo
discipulos assumpsit et duxit in
montem quia tres ordines fidelium
accipit deus et adducit in celum sed
non omnibus hominibus quia duxit
illos seorsum id est dimisit. Sicut pa-
stor segregat oves ab edis ut col-
latur impiis ne videat gloriam dei
que promittitur et datur in celo. Vnde
dominus in celo sedens eius dicit de
bolo patrem ut ubi ego sum illic sit
et minister meus. Quod autem trans-
figuratus est ante illos significat quod
nunc videmus per speculum et in eni-
gmate tunc autem facie ad faciem.
Sic autem dominus in apokalipsi
cum mercedem glorificacionis
astruet fidem et accendet carita-
tem in se ipso utramque stolam et
utriusque proprietates exhibuit quatuor
splenduit facies eius sicut sol.
Ecce stola corporis. Non enim simpli-
citer resplenduit sed addidit sic-
ut sol. Quatuor enim ille quatuor proprietates
inveniuntur in sole. claritas in
substantia quia ignea est et
lucida. impassibilitas in natura
quia per totum consistit et incor-
rupta. Subtilitas quia sine
obstaculo penetrat utrumque. Sub-
tilitas vel agilitas in motu quia
una die discurrit ab oriente in
occidentem. Has autem proprietates
in mortali corpore christus ostendit
subtilitatem quando nascebatur
de virgine. Agilitatem cum gradiebatur

super aquas. claritatem quando trans-
figurabatur in monte. Impassibi-
litatem quando manducabatur
in cena. proprietatem autem glorifi-
cati spiritus innuendo tunc dicitur
hic est filius meus dilectus etc. De-
lectatio spiritus audire eum. Cognicio
quam et christus dicebat Omnia que
audivi a patre meo nota feci vobis.
Deus enim quanto magis cogno-
scitur tanto magis diligitur
tanto magis cupimus glorificacionis
stola vestiri. De valle ascendamus
ad montem ut nostra conversatio
sit in celis. Iuxta illud Que
sursum sunt querite non que
super terram non inhiantes terrenis
sed celestibus ut ascendamus de vir-
tute in virtutem donec videamus
deum deorum in syon. Prestante domino qui etc.

Dominica tercia

Cum immundus spiritus exierit ab
homine ambulans per
loca inaquosa querens requiem
et non inveniens dicit revertar
in domum meam unde exivi. Se-
pe necessitas impedit quod requi-
rit utilitas ut in hiis sacris die-
bus frequencius solito per exhor-
taciones sermonum debeam vos
admonere. sed impedit necessitas
quia preter solitum uno plus so-
lito adultus et magnis sum ne-
gociis occupatus ut nullum in-
sit ocium ociosum. Quid ergo
faciam velim quod nequeo. quia
quod velim facere nequeo. tibi sit
est aliquid proficiens sermo di-
vinus ultra. Vnde ait apostolus. Lac
vobis potum dedi non escam. Di-
cam ergo. Cum immundus spiritus
exierit ab homine et cetera.

De egressu progressu regressu

Circa immundum spiritum tria no-
tare debemus scilicet egressum progres-
sum pariter et regressum. Egres-
sum de homine. progressum ad lo-
ca arida. regressum in domum.
De primo dicitur. Cum immundus

spiritus exierit ab homine. Secundo dicitur
ambulans per loca inaquosa. Et
tercio vero additur: Revertar in domum
meam unde exivi. Egressus semper
est homini bonus, regressus semper est
homini malus, progressus autem
medium est homini, bonus medium ma-
lus. Bonus cum temptacioni non
acquiescit, malus cum consentit.
Videamus ergo quid precurrit de eg-
ressu, quid venit de progressu, quid
advenit de regressu. Cum inquit
immundus spiritus exierit ab homine
tunc domus scopis mundatur et
honoratur. Ecce quid precurrit de
egressu. Ambulans per loca in-
aquosa querens requiem et non
inveniens. Ecce quid venit de pro-
gressu. Tunc vadit et assumit
septem alios spiritus nequiores se
et ingressi habitant ibi. Ecce quid
advenit de regressu. Procuremus
itaque diligenter egressum ut do-
mus nostra mundetur et ornetur.
Caveamus ante prudenter prudenter
regressum ut immundus spiritus querat
requiem et non inveniat. Timeamus
ergo vehementer regressum ne fiant
novissima nostra peiora prioribus.
Intrat ergo spiritus immundus per
culpam, exit per penitenciam; in-
greditur per vicium, egreditur per
virtutem. Inaquosa corda sunt
luxuriosa in quibus concupiscencie lu-
rus exsiccat aquam. Habet enim
aquam patriarcha Iacob dixit ad
Ruben: Effusus es sicut aqua. Item
et aque furtive dulciores sunt et pa-
nis absconditus est suavior. De huius-
modi locis aquosis immundus spiritus requi-
escit. Unde illud: Sub umbra dor-
mit in secreto thalami in locis
humentibus. Loca vero inaquosa sunt
corda casta que caritatis igne fla-
grant in quibus non malignus
sed benignus spiritus requiescat. Super
quem requiescat spiritus meus nisi
super humilem et quietum. Ambulat

per loca inaquosa spiritus immundus si-
ducatum bonus ut olidamus influat
mos eius, iterum cum querens quem
devoret et querens in eis requiem
et non inveniens dicit: Revertar in
domum meam unde exivi. Non est
inde si spiritus mendacii mentiatur
aut si spiritus presumpcionis presumat
ad verbum dicit domum suam esse quam
exivit que iam non est spiritus im-
mundi postquam exiens fuerat. Facta
domus est consciencia. Unde psalmus:
Perambulabam in innocencia
cordis mei in medio domus tue.
Cum ad hanc domum venerit demon
per penitenciam est egressus, nunc
invenit eam scopis mundatam et orna-
tam. Mundatam eiectis viciis, or-
natam introductis virtutibus. Tri-
bus autem scopis mundatur domus
ista, scilicet scopa compunctionis inte-
rius, scopa confessionis oris, sco-
pa satisfactionis in opere. Scopa
compunctionis mundatur cor a
labe cogitacionis inique. Scopa
confessionis mundatur os a sorde
locucionis prave. Scopa satisfac-
tionis mundantur opera a sorditate
consuetudinis prave. Ornatur
virtutibus etiam ornamentis. Ornatur
domus ista, scilicet domus virtutibus
et operibus. Unde psalmista: Asti-
tit regina a dextris tuis in vestitu
deaurato. Ornatur enim varietate
donorum, scilicet spiritus sapiencie et in-
tellectus. Ornatur enim varietate
virtutum, scilicet fidei spei et cari-
tatis. Ornatur enim varietate operum,
scilicet oracione ieiunio et elemosina.
Cum immundus spiritus quasi non pos-
sit solus domum istam irrumpere
vadit et assumit septem alios spiritus
nequiores. Quod nobis ascribitur
immundi spiritus astucia ut seducamus
habet cautelam. Certe cum non potest
bonum seducere, temptat si se
possit, cum solus non
valeat alium. Et tamen solus non
possit seducere, temptat ut seducat

cum aliis verbi gratia. Cum luxurie
spiritus eiectus ab homine continente
videt eum castitate preditum et hone
state preclarum. primo ut difficile
sit eum devincens fragilitate seduci
ad alias artes recurrit aliasque frau
des excogitat. Unde primo spiritus
simulationis assumens temptat
per ypocrisim ut seducat. secundo spiritus
favoris temptat per laudem glorie
ut decipiat. tercio spiritus ambitionis
temptat per cupidinem ut fallat.
quarto spiritus elationis temptat per su
perbiam ut seducat. quinto spiritus pre
sumptionis temptat per arroga
nciam ut decipiat. sexto spiritus ostensio
nis temptat per iactanciam ut se
ducat. septimus spiritus dissolutionis
temptat per superfluitatem ut fal
lat. Et sic demum spiritus luxurie
reintrat subitus et fiunt novissi
ma hominis illius peiora prioribus
non solum quia imputantur peccata
dimissa sed quia semper indicantur
admissa. Hoc nec sic dispendiu
est quia ihesus septem demonia
legitur eiecisse de maria magdalena
septem vitia principalia. Caute
igitur ergo fratres et filii ne sicut
canis revertamur ad vomitum quia
nemo mittens manum suam ad a
ratrum et aspiciens retro et cete
ra. Nam uxor loth que retro respe
xit in statuam salis legitur esse
mutata. Et quia vero ex nostra fra
gilitate deficimus beatorum mar
tirum Stephani et laurencii
meritis imploremus ut ipsi pro
nobis intercedant ad dominum ihesum
christum qui est super omnia benedic
tus. Dominica de ro
sis sequitur.
Letare ierusalem et con
ventum facite omnes qui
diligitis eam gaudete cum leticia
qui in tristicia fuistis ut exul
tetis et saciemini ab uberibus con
solationis vestre. Hec romanus
pontifex in hac dominica auream

rosam gerit. Hodierna sollempni
tas fratres et filii de antiqua sedis
apostolice et consuetudine celebratur
in qua romanus pontifex manu sua
auream rosam portat. Que materie
quidam sunt qui earum asperitatum
aspiciunt et considerare cupiunt intel
lectum si aliqua tenear volumus ut
alia superaddere pretendimus. Hanc du
plex est ratio cur hoc hodie ro
manus pontifex in hoc loco florem
aureum fidelibus representat. una
secundum litteram altera secundum spiritum. In quo
flos precipue consideratur dominus talis
personaliter causam materiam formam
temporis et locum. Quantum enim fra
tres carissimi quod corruptibile corpus
inter anxietates continuas non
potest subsistere nisi quandoque
recreationis remedium intercedat
propterea dicit. Interpone tuis interdum
gaudia curis. Et illud. Quod caret
alterna requie durabile non est
Unde in ewangelio dominus discessit super
turbam et cetera. Ne ergo fideles
populus propter asperitatem in quadrage
simalis observantie sub continuo
labore deficeret in hac mediana
dominica quoddam recreationis
remedium interponit ut anxietas
temperata levius subportetur.
Hodiernum enim officium totum est ple
num leticia. totum exultatione re
fertum. totum gaudio cumula
tum. Letare inquit ierusalem et conve
ntum facite et cetera. In omni electorum
clausula iocunditas exuberat. gau
dium resonat. ylaritas cumulatur.
Representat inquit dies ista caritatem
post odium. gaudium post tristiciam.
saturitatem post famem. Caritatem
post odium. Unde letare ierusalem et
conventum facite. Gaudium post tri
sticiam. Unde gaudete cum leticia
qui in tristicia fuistis. Saturitatem
post famem. Unde et saciemini ab
uberibus consolationis vestre. Quod
in hac rosa designatur hec tria
pariter designantur in tribus que

tatibus huius floris quem vobis de
scribit puritatis. Sanitas in colore
rotunditas in odore. suavitas in sa
pore. Rosa quippe que pre ceteris flo
ribus colore delectat. odore re
creat. et sapore confortat. delectat
in visu. recreat in odoratu. confor
tat in gustu. Prima verus sponsus est
qui humiliat caro non per quod
de carnalibus ad spiritualia transi
avimus. Flos iste florem illum signi
ficat. qui de se dicit in Canticis can
ticorum. Ego flos campi et lilium
convallium. Et propheta. Et predictum
virga de radice yesse et flos de
radice eius ascendet. Verus flos flo
rum quia sanctus sanctorum. qui pre
ceteris floribus id est preceteris sanctis
colore delectat in visu quia speciosus
forma pre filiis hominum. in quem desi
derant angeli videre. qui odore re
creat in olphatu. quia meliora sunt
ubera tua vino fragrancia unguentis
optimis. quem adolescentule dile
xerunt. quia currunt in odore un
gentorum tuorum. Qui sapore confor
tat in gustu. quia panis. quem
ipse dicit caro sua est pro mundi vita
omne delectamentum in se habentem
et omnem saporem suavitatis. Tri
plex autem est in hoc flore natura
scilicet aurum muscus et balsamum
sed mediante balsamo muscus con
iungitur auro. Quia triplex est
in ipso substantia scilicet deitatis. corporis
et anima. Sed mediante anima corpus
coniungitur deitati quia tante sub
tilitatis est deitatis divinitatis natura
ut corpori de limo terre formato
non congrueret uniri nisi racionali
anima mediante. Verumtamen sub huius
floris ~~floris~~ et veraciter salvator
romanus scilicet pontifex. successor
petri. sed vicarius ihesu christi. Unde
ergo florem romanus pontifex re
presentat non immerito. Sed in hac
dominica que septima est ab illa que
septuagesima nuncupatur. quia de
no inqualibet hora. sed in septima

tantum etate videtur ab illis qui
beata requie consolantur in sexta ve
ro sunt cum christo per fidem. Sed in septima
cernetur per speciem. Cum deum ne
mo vidit umquam in hac vita mor
tali nam videbitur in vita beata
utrumque cum christo dicit apostolus. ...
stabit omnis in capite. Sex enim dies sunt
in quibus licet homini operari in
septimo requievit deus ab omni
opere suo et ideo septenarius requiem
significat. Unde septimus dies sep
tima ebdomada. septimus mensis
septimus annus est feriatus in lege
Preterea ante quot post septem sep
tenarium sequitur iubileus. Recte
igitur in septima dominica tantum
fidelibus populis flos iste monstratur
quia christus in septima tantum
etate ab animabus sanctis vide
bitur. Et flos iste tantum in
ecclesia sancte crucis portatur
Quod autem flos iste non in quolibet
loco sed in hac tantum basilica viden
tibus ostenditur que sancte crucis
in iherusalem appellatur superne iherusalem
typum optinentis. et speciem re
presentans. Unde apostolus. Illa que sur
sum est iherusalem libera est que est mater
nostra in qua christum angeli sancti
et beate anime contemplantur
Unde ad istam iherusalem dicitur. Letare
iherusalem et conventum facite in qua
exultabunt sancti eya. Ad hos
vero dicitur gaudete in leticia qui
in tristicia fuistis. quia absterget deus
omnem lacrimam ab oculis sanctorum
Dicunt ergo ad letandum convenire qui
diligunt non heretici sed catholici eo
tamen sed omnes. quia caritas est fons
proprius cui non communicat alienus
hanc ergo caritatem non habet in
corde qui non vult ad hanc convenire
gaudere. Porro multi letantur in
corpore qui tristantur in corde. gau
dium ostendentes exterius sed luctum
habentes interius. Letamur ergo sed

et filii peccatis in oratione credentes
corde puro et consciencia bona et
fide non ficta puras manus sine dis
ceptacione levantes ad dominum ut de
sacramento isti quod celebramus pre
paret nos agnus sacramenti quod
expectamus Ihesus Christus dominus noster qui
est super omnia deus in secula seculorum

In cena domini. Sermo

Qui lotus est non indiget nisi
ut pedes lavet et est mundus
totus **De triplici lavacione** Triplex
est lavacrum scilicet magna in la
crimis in sanguine Notabile ante
illorum est duplex Item aliud est
lavacrum aque spiritualis et aliud aque
materialis materialis est baptisma
de quo dominus ait Nisi quis renatus
fuerit ex aqua non intrabit in regnum
celorum Spiritualis est elemosina de
qua dicitur Sicut aqua extinguit
ignem ita elemosina extinguit
peccatum Similiter et est aliud lava
crum lacrimarum quod prodit ex oculis
et aliud quod proficit cordibus
Ex oculis proficit ad lamentum
Unde psalmista Lavabo per singulas noc
tes lectum meum lacrimis Ex cordi
bus prodit ad sacramentum Unde illud
Samaritanus appropians vulnerato
superinfudit oleum et vinum Item aliud
est lavacrum sanguinis in supplicio
et aliud in ministerio Sanguis in
supplicio fuit semel fusus in cruce
Non enim per sanguinem hircorum
aut vitulorum sed per proprium Sanguis
in ministerio sepe portatur in calice
Unde illud Bibite ex hoc omnes
hic est enim sanguis meus novi
testamenti Item lavit nos a peccatis
nostris in sanguine suo **De septem
generibus locionis** Septem sunt
ergo genera locionis quas hodie re
presentat ecclesia Locionem aque
materialis in ablucione pedum per
exemplum humilitatis locionem
aque spiritualis in refectione pauperum
per officium pietatis sicut audistis
in evangelio Quod fingens dominus
aeterna posuit vestimenta sua et
precinxit se linteo misit aquam
in pelvim coepit lavare pedes
discipulorum et ait Exemplum dedi
vobis ut vos ita faciatis locionem
lacrimarum que proficiunt ex oculis
ad lamentum in reconciliacione peni
tencium que hodie celebratur et
locionem lacrimarum que prodeunt
ex cordibus ad sacramentum in cris
matis confectione que ex oleo et
balsamo consecratur Rursus locionem
sanguinis qui licet semel sit ef
fusus in cruce semper tamen portatur
in calice Unde altaria romanus
pontifex representat in eo quod hodie re
mota tabula lateranensis al
taris in sua ipsum altare conficit
eucaristiam Illud in hoc sacramento
commemorans quod summus pon
tifex semel in anno ingrediebatur
in sancta sanctorum cum sanguine
Ecce breviter hodierne sollemp
nitatis memoramus sacramenta que
propter non excellens et propter di
multum tumulti populi et propter pro
lixitatem officii Sed qui lotus
non indiget nisi ut pedes lavet
et est mundus totus multi loti
sunt et operibus malis qui tamen
non sunt loti a cogitacionibus pra
vis Et ideo multi lavant manus
qui tamen pedes non lavant Et non
est qui locus habet manus abs
tractu peccati lavans pedes abstersit
affectu peccandi et sic mundus est
totus propter que indiciaria prima
se lociones sunt instite Quas
digne faciat celebrare Ihesus Christus
dominus noster. **In sollempnitate pasche**

Maria magdalena et maria Jacobi et salo
me emerunt aromata
ut venientes ungerent Ihesum Mar
ci. Cum que mulieres corporaliter
egisse legimus nos debemus spiritualiter
adimplere Considerandum est nobis
que sunt mulieres iste tres moraliter

et que aromata et a quo emerint
et quo precio et quid inde fecerint
et qualiter unde unxerunt illum.
Tres mulieres. Tres iste
mulieres designant tres vitas scilicet
laycalem regularem et clericalem.
Vita laycorum est activa et secularis
religiosorum contemplativa et spiritualis.
clericorum quasi mixta est et ideo
que partim est secularis in quantum
temporalia possidet partim spiritualis in
quantum divina ministrat. Iste tres
vite alibi designantur in ewangelio
ubi dicitur. Duo sunt in agro duo
in mola duo in lecto unus assumetur
et alter relinquetur. Mathei xxiiii.
Mola que iugiter volvitur signi
ficat mundum qui semper vertitur. Unde
in mola layci sunt qui tam in mul
tis languoribus et laboribus et angu
stiis mundanis utuntur. Lectus desi
gnat quietem. Unde in lecto sunt
religiosi qui occupacionibus seculi
relictis in contemplacionis ocio de
lectantur. In agro vero sunt clerici
qui nunc in seculari anxietate laborant
et nunc in spirituali plantatione quiescunt
tamquam illi qui in agro nunc seminant
cultura fatigantur et nunc arborum
umbra delectantur. Verum in omni
ordine quidam sunt boni et quidam
sunt mali. Unde de singulis dicitur
quod unus assumetur alius relinquetur
quia bonus assumetur ad gloriam
malus relinquetur ad penam.
Unde nemo cuiuscumque sit ordinis
desperet quia potest salvari si emerit
aromata ut unguat ihesum. Itaque
omni genere qui facit misericordiam
acceptus est deo. Designant enim
iste tres mulieres per illos tres vi
ros quos vidit Ezechiel salvandos
Noe Danielem et Job. Noe quidem
qui archam in diluvio gubernavit
significat clericos qui regunt ecclesiam
in hoc mundo. Daniel qui
tamquam vir desideriorum et temperator

vacabat significat religiosos qui
toto desiderio celestibus contemplacioni
avidius inherent. Job qui habebat
plures greges innumeros famulos
et divicias designat laycos qui
talia possident in hoc mundo. Sed
per aromata. Aromata vero sunt
bona opera que suaviter flagrant
celestium virtutum odore. Unde in
cantico canticorum. Surge aquilo
et perfla auster perfla ortum meum
et fluent aromata illius. Canticorum
iiii. Aquilo namque qui ventus est
frigidus significat dyabolum qui
est congelatus in malo. De quo dicitur
Ab aquilone panditur omne malum.
Auster autem qui ventus est calidus
significat spiritum sanctum qui mentes
fidelium ad caritatem accendit. Ita
caritas diffusa est in cordibus nostris
per spiritum sanctum qui datus est nobis.
Ortus autem est animus in quo tamquam
herbe fructifere sunt plantate virtu
tes. Dicit ergo ut aquilo fugiat
et auster accedat quatinus rece
dat dyabolus et spiritus sanctus adveni
at qui perflet ortum et per spiritum
animum et sic aromata fluant
bona opera procedant. Sed a quo emuntur
hec aromata emuntur ab illo de quo
apostolus Jacobus ait. Omne datum
optimum et omne donum perfectum
desursum est descendens a patre lu
minum. Jacobi primo. Sine me in
quit nichil potestis facere. Quia
non potest palmes ferre fructum
a semetipso nisi manserit in vite.
Precio autem ipse bonorum nostrorum non
eget cum potens sit super omnes et in
omnibus. Unde hoc solum precium
si tamen dici debet exigit et re
quirit a nobis ut ei saltem pro
suis beneficiis gracias et laudes
de corde puro et consciencia bo
na et fide non ficta procedant.
Ista enim sunt aurum et argentum
et lapides preciosos accipiuntur.

Caue ergo christiane ne alio quomodo
peccato quodlibet bonum ab illo te ac
cepisse. Quod si forte tuis
meritis et virtutibus aliquod bonum
quodcumque sit tibi ascribas immemor
factus a quo bona cuncta procedunt.
Si de omnibus acceptis referas ei
laudes et gracias a quo misericorditer
accepisti. Quid enim habes quod
non accepisti. Unde illorum arrogan
ciam penitus execrati qui dicunt
labia nostra a nobis sunt quis no
ster dominus est. Quia si forsan hoc di
xeris omni bono reddis te indignum.

De vnguento laicorum. Ceterum
sicut diuise mulieres ita diuisa vn
guenta conficiunt quibus vngunt
diuerso modo ihesum. Laici quidem pro
debent species aromaticas assumere
ad conficiendum vnguentum id est
propria pietatis que christus immedio
emendabit. Quamuis ante sint
odorifera hec aromata ipse ihesus
illorum odorem delectatus ostendit in
quiens. Venite benedicti patris mei.
Ad conficiendum autem hoc aroma
vnguentum ex aromatibus istis ole
um misericordie est necessarium quod
Samaritanus super infudit vulne
ribus sauciati ut calores refri
geret dolores mitigaret sanet tu
mores. Si ergo sentis dolorem
ire dolorem dei timorem supplicii
vnge hoc vnguento ihesum ut sanetur.
Quia nichil amplius valet ad vi
tam mentis curandam quam opera
pietatis.

De vnguento religiosorum.
Religiosi vero qui propriis renuncia
uerunt omnino licet non habeant vn
de conficiant hoc vnguentum alia
tamen excellencia aromata quibus
sibi vnguentum conficiant scilicet
oracionem meditacionem et lectionem
deuocionis balsamo intimo ut
contemplacionis conficiatur vnguentum.
Quod nos quamuis sit suaue ille no
uit plenius qui conficit. Hoc autem
seculares homines audire possunt
sed nondum sentire valent. Quia
animalis homo non nouit ea
que sunt spiritus dei tamquam
si mutus audiat cantilenam
cuius tamen non percipit melodi
am. Quam magna multitudo
magis dulcedinis tue domine quam
abscondisti timentibus te. Quam
illi iam corporaliter degustant qui
licet adhuc sint corpore in terra
iam tamen animo sunt in celo
cum paulo dicentes. Nostra conuer
satio est in celis. Manna illud
absconditum in lectione medita
tione ac oratione gustando.

De vnguentis clericorum. Clerici vero
ex aliis duobus vnguentis confi
cere debent tamen ut nunc ad pedes
domini sedeant cum maria et au
diant verbum illius. nunc cum mar
tha circa frequens ministerium ut
operentur opera pietatis. Ceterum
vita laicalis debet vngere pedes
regularis caput. clericalis corpus
ihesu. Pedes enim christi sunt pauperes
caput diuinitas corpus ecclesia.
Sicut multis exemplis ostendi
mus. Ipse christus modo
sedet in celo. Sed pedes eius ambu
lant super terram. Hii sunt pauperes
eius quos laicalis vita exem
plo marie magdalene debet
vngere operibus pietatis dicente
propheta. Frange esurienti pa
nem tuum et cetera. Hoc si feceris
christi pedes vnxisti. Caput autem
christi intelligitur ipsa diuinitas
quia secundum caput. Apostolum christi deus.
Hoc caput est diuinitas principium
quod regularis vita debet contem
placionis vnguento vngere et
terrenis postpositis euolet ad cele
stia de virtute in virtutem ascen
dens donec videat deum et cetera.
Petat querat et pulset. petat
orando querat meditando et
pulset legendo ut viam accipiat
et viam inueniat ut veritatis sibi

Luce 7 · Mt 25 · Luce x · 1 cor · ps · ph · ys 58

apperuatur. Ille taliter qui est via ve-
ritas et vita. Ihesus cristus dominus
noster. Via petentibus in oratione hu-
mili et devota. Veritas querentibus in
ordine humili et discreta veritas
pulsantibus in dilectione fideli et
studiosa. Ceterum clericalis vita
debet unge corporis cristi quos est
ecclesia fovendo illam verbo pari-
ter et exemplo ut mittitur cum
qui cepit facere et docere. Huius
enim ungentis vult ungi ihesus qui
et propterea cristus dicitur id est unctus
non solum a patre qui unxit eum
oleo letitie pre consortibus suis
sed etiam quoque fidelibus ut omnes
currant in odore unguentorum suorum
ipso prestante. Alius sermo de eodem.

Post passionem suam
cristus apostolis suis prebuit
se ipsum vivum in multis ar-
gumentis per dies quadraginta ap-
parens et loquens de regno dei.
Volens fratres carissimi beati
possum argumenta distinguere per
que dominus veritatem sue resurre-
ctionis irrefragabili ratione com-
probavit. Scilicet per frequentiam appari-
cionum et testimonium angelorum per
ostensionem vulnerum et esum ciborum
et per expositionem scripturarum et opera-
tionem miraculorum. Tercialiter per
apparitionem suam resurrectionis
ostendit. Per frequentiam enim appa-
ricionum veritatem sue resurre-
ctionis ostendit quia in evangeliis decies
post resurrectionem apparuisse descri-
bitur. Primo marie magdalene
quando dixit ei Noli me tangere
nondum enim ascendi ad patrem meum.
Secundo ipsi et aliis mulieribus cum
accesserunt et tenuerunt pedes eius.
Tercio symoni petro iuxta illud
Surrexit dominus vere et appa-
ruit symoni petro. Quarto disci-
pulis euntibus in emaus qui in
fractione panis aperti sunt oculi
eorum et cognoverunt eum. Quinto ce-
teris discipulis excepto thoma

et hee apparitiones ipso die resurre-
ctionis facte fuisse leguntur. Sex-
to post dies octo undecim apostolis et
discipulis quando dixit ubi erant
congregati in simul et thomas cum
eis. Septimo discipulis ad mare
thyberiadis quando illis piscanti-
bus ihesus stetit in littore. Octavo
undecim discipulis quando abierunt
in galileam in monte ubi consti-
tuerat eis ihesus. Nono in cenaculo
ubi recumbentibus undecim disci-
pulis apparuit illis ihesus et ex-
probravit incredulitates illorum.
Decimo quando eduxit undecim
discipulos foras in monte oliveti
versus bethaniam et eis videntibus
ascendit in celum. Preter ante-
has apparitiones dicit apostolus quod
visus est plus quam quingentis fratribus
simul. Deinde visus est Iacobo. No-
vissime autem tamquam abortivo
visus est paulo. Notare primo
apparuit ihesus feminis. Inde est
autem quod cristus post resurrectionem
suam primo feminis quam masculis
se videndum ostendit. Et inter feminas
primo marie magdalene ac deinde
aliis mulieribus. Et inter masculos
primo petro et deinde discipulis aliis
sicut per hystoriam evangelicam
manifeste probatur. Fit enim ista
ratio ut quia mulier prius peccavit
quam vir. Etiam eva peccavit certe
mulieres in adam cetera viri propterea
cristus secundum prefatum ordinem post
mulieribus et post ea viris apparuit
et quemadmodum processit mors per
culpam ita precederet vita per gratiam.
Illud sane debet intelligi quod dicitur
quadraginta dies post resurrectionem
dicatur apparuisse discipulis non
quidem quod apparuerit illis singu-
lis quadraginta diebus sed quia
frequenter per quadraginta dierum
spatium illis apparuerit sicut iohannes
evangelista testatur qui non
tacet decimam apparitionem sed tantum
decimam apparitionem commemorans.

Jo. 20
Jo. 21 capitulo
Matthei ultimo
Marci ultimo
Jo. 20
Luce ultimo
Luce ultimo
Jo. 20

aut Hoc iam tercio manifestavit se ihesus discipulis suis. Non est aliquatenus dubitandum de ei veritate que totiens multorum est oculis ostensa ad maiorem fidei firmitatem. Quare per angelos. Per angelos est testimonium est multotiens declaratum. Primo quando angelus descendit de celo et accedens revolvit lapidem. Secundo quando maria magdalena inclinavit se et prospexit in monumentum. Tercio quando videntibus illis elevatus est et nubes suscepit eum et cetera. Quia igitur in ore duorum vel trium testium stat omne verbum manifeste quidem in hac resurrectione angelorum testimonio est credendum. Sed nequis posset super hoc aliquatenus dubitare signa plagarum in suo corpore reservavit et eas ostendit discipulis ut crederent eum resuscitatum a morte. Primo quando dixit videte manus meas et pedes meos et cetera. Secundo quando dixit thome Infer digitum tuum huc et cetera. Preter igitur naturam glorificati corporis reservavit dominus in corpore suo vulnerum cicatrices non solum ut fides apostolorum per eas solidaretur sed ut illas perpetuis intercedendo genitori ut sit pro nobis efficacius intercedat eas etiam in corpore suo usque ad iudicium reservabit ut videant in quem pupugerunt et ondat omni carni victorie sue signa. Quare per esum ciborum. Ne vero fantastica posset eius resurrectio reputari quasi facta per artem magicam et non potius per virtutem divinam voluit etiam per naturam incorruptibilis corporis post resurrectionem suam cum apostolis manducare. Primo cum dixit habetis hic aliquid quod manducetur. Secundo quando septem discipuli de nave descenderunt in terram et comederunt. Tercio quando recumbentibus undecim discipulis apparuit illis ihesus et exprobravit incredulitatem eorum et cetera. Sciendum est autem quod cibos quos dominus ante mortem comedit digessit quos vero post resurrectionem assumpsit sicut absorbetur aqua a terra sitiente aliter aliter ignis candens. Nam ille imbibit iste consumpsit. Dicitur quippe quod corpus fantasticum sustentari non potest sine cibo. Unde tibi comestio verissime resurrectionis est certissimum argumentum ad quod videtur comprobandum lazarus resuscitatus comedit. Qualiter per scripturam. Per auctoritatem scripturarum veritatem sue resurrectionis cristus ostendit. Primo quando discipulis euntibus in emaus apparuit scripturam. Secundo cum ad discipulos suos inquit hec sunt verba que locutus sum ad vos et cetera. Et aperuit illis sensum ut intelligerent scripturas. Nequis autem ad reprobationem veritati contradiceret resurrectionem suam dominus multis miraculis comprobavit. Primo cum eo resurgente terre motus factus est magnus. Secundo cum clausis foribus venit in medio eorum. Tercio cum eius precepto discipuli traxerunt piscium multitudinem copiosam. Quarto cum illis videntibus elevatus est in celum. Hec sunt ergo resurrectionis dominice argumenta de quibus in actibus apostolorum lucas evangelista testatur quibus prebuit semetipsum vivum in multis argumentis. Ecce breviter assignavimus de resurrectione cristi secundum fidem que pertinet ad instructionem sciencie. maiora vero illa sunt que secundum mores pertinent ad informacionem vite de quibus apud insipienti sermone illo docente tractavimus qui docet hominem scienciam. Ihesus xpistus dominus noster.

Dominica secunda post octavam pasche

Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis. Johannes decimo. Parabole similitudinis positum paradigma de mercenario et de pastore ~~et opponit mercenarium qui merito discrepat ab officio si vita discordat a lingua. Hic est bonus pastor.~~

suppis et omnibus me fratres et filii
valde deterret quia vehementer est
si forte sum nomine pastor, opere
mercenarius. si meritum discrepat
ab officio. si vita discordat a lin-
gua. Hic enim bonus est pastor
qui animam suam dat pro ovibus suis
quis autem ille sit dominus ostendit cum
ait Ego sum pastor bonus. Bonus
est enim bonus ut ipse. Bonus est
in natura bonus in effectu bonus
in officio. Ei namque non est aliud
esse bonum quam esse. tamen eius
bonitas sit eterna. Eterna propter ipse
bonus est per naturam, homo bonus
bonus per gratiam. ipse essentialiter ho-
mo accidentaliter propterea ipse dicebat
Nemo bonus nisi solus deus. Ipse bo-
nus est in effectu quia omne da-
tum optimum et omne donum perfec-
tum desursum est cum eius fons et origo
bonorum. Unde vidit deus cuncta
que fecerat et erant valde bona.
Ipse bonus est in officio quia animam
suam dat pro ovibus suis. Ipse
quidem animam suam dedit non
solum pro iustis verum etiam pro
iniustis non solum pro amicis ve-
rum etiam pro inimicis. Quanta
gratia quantum bonum ut iustus pro
iniustis amicus pro inimicis animam
suam daret, immo dominus pro servis
deus pro hominibus creator pro creatura
tur. Attendamus ergo nobis ne
tante gratie simus ingrati ne tan-
to dono reddamur indigni quia
proprio filio suo non pepercit deus
et animam suam dedit pro omnibus
suis. Vocabulum anime tribus
modis accipitur in scriptura. Dicitur
anima spiritus. Unde illud: potesta-
tem habeo ponendi animam meam.
Dicitur vita presens. Unde illud
Qui amat animam suam perdet eam.
Dicitur sanguis. Unde illud
Anima carnis in sanguine est.
Quodam quomodolibet istorum modorum
Christus animam suam dedit pro
ovibus suis. Dedit animam id est

spiritum in patibulo crucis. Dedit animam
id est vitam presentem in articulo
mortis. Dat animam suam id est
sanguinem in poculo calicis. Ipse
est bonus pastor qui animam dat
et cetera. De pastore. Pastor
enim dicitur a pascendo et ipse tribus
modis nos pascit. scilicet alimen-
to nature, cibo doctrine et pabu-
lo eucharistie. Alimento nature
qui dat semen serenti. Corinthios
ii° et panem comedenti. qui
dat iumentis escam ipsorum et cetera.
Sicut idem dicit Nolite solliciti
esse dicentes quid manducabi-
mus quid bibemus et cetera. Cibo
doctrine qui cibat nos pane vite
et potat nos aqua sapientie sa-
lutaris quia non in solo pane
vivit homo et cetera. Unde Ecclesiastici
xxiiii°. Unde ipse dixit Comedite pin-
guia et bibite mustum et cetera.
Pabulo eucharistie qui dicit in
Iohanne. Caro mea vere est cibus
et cetera. Iohannes vi°. Panis quem
ego dabo caro mea est. Ultimam
in futuro nos pascit epulis glorie.
Et dicitur in psalmis. Satiabor
dum manifestabitur gloria tua. Ede-
tis mecum et bibetis in regno meo
ubi comedemus de ligno vite.
De mercenario. Mercenarius quidem
est qui nomen pastoris habet. sed opus
pastoris non habet qui pro mercede
et non spirituali sed temporali non vera
sed falsa non eterna sed transitoria pas-
cit oves sed pro lucro terreno pro mun-
dana gloria et pro humano favore. Sed
amen dico vobis receperunt mercedem
suam. Utrum si pastor an mercenarius
sint oves proprie hoc potest argu-
mento probari. Si enim habeat sub-
stantiam huius mundi et viderit fratrem
necesse habere et clauserit viscera
sua ab eo profecto non est pastor
sed mercenarius quia si non dat ovibus
suis terrenam substantiam quomodo
daret pro eis animam suam. De lu-
po. Lupus est demon hereticus tyrannus

Io° pastor
1 2e
Mt 6
Ec° 24
[illegible] 8
Io 6
Luc 22
Lupus

Anima tribus modis accipitur [illegible]

ysta lupos

Primo lupus rapit et dispergit oves secundo mercenarius sunt lupi rapaces Mathei decimo ecce mitto vos sicut agnos inter lupos hereticus rapit tyrannus dispergit Demon autem et dispergit per violenciam et rapit per fraudulenciam Mercenarius est ergo lupus qui mercenarius videat venientem dimittit oves et fugit non semper mutando locum sed semper subtrahendo presidium quia qui tacet tacet et sustinet eum cum videt iniusticiam violenciam et persecutionem in potentes orphanos et egenos quasi canis mutus non valens latrare Heu quod hodie tales videmus in ecclesia mercenarios qui tamen nomen pastoris habeant et non operis officium et non meritum Hereticus spoliant tyranni seviunt et persecutores persequuntur quia vix invenitur qui ponat se murum pro domo Israel ut stet ex adverso in die domini Ezechielis 13 quamdiu multa operatur ponti... Ego sum dicit dominus sum pastor bonus et cognosco oves meas et cognoscunt me mee Cognosco meas per approbationem dilectionem et remunerationem Hee vero cognoscunt me per devotionem obedienciam et imitacionem Nouit enim dominus qui sunt eius E contra reprobis ait Amen amen dico vobis non novi vos Oves autem eius sequuntur quia sciunt vocem eius alienum autem fugiunt ab eo quia non noverunt vocem alienorum Postquam ostendit qualis debeat esse pastor ostendendum est quales debeant esse oves Ratione

Tria precipue commendantur in ove scilicet mansuetudo innocencia et utilitas Totum est enim utile quicquid ovi sit in ove scilicet lac et lana pellis et caro fetus et simus Tales enim debent esse fideles ut sint mansueti ne reddant malum pro malo ut sint innocentes ne quemquam offendant ut sint utiles quatinus pastoribus suis reddant lac et lanam scilicet decimas primicias et oblationes Dignus est enim mercenarius cibo suo Sequitur

Et alias oves habeo que non sunt ex hoc ovili Habebat autem duas oves et iustificatas per graciam et predestinatas ad vitam Iustificatis commiserat cognosco oves meas et cognoscunt me mee Predestinatis subiungit alias oves habeo que non sunt ex hoc ovili Hinc iam erant collecte de populo iudeorum Hec iam erant colligende de populo gencium utrique tamen congregande ut esset unum ovile et unus pastor id est una ecclesia et unus deus Quecumque oves extra hoc inveniuntur ovile luporum morsibus sunt exponende porro quedam oves sunt lente quedam morbide quedam vage Ideo bonus pastor debet compungere lentas sustentare morbidas et colligere vagas Hec tria bene significantur in baculo pastorali qui est in infima parte acutus in medio rectus in supremo recurvatus ut pungat lentas oves et pigras rectus ut sustentet morbidas et infirmas recurvus ut colligat vagas et errabundas Oves suas pascendas dominus commisit beato petro vocabulo tercio repetito quem pastorem ecclesie substituit et ob hoc hodierna stacio in eius basilica celebratur ad laudem et gloriam summi pastoris domini nostri ihesu christi qui est super omnia benedictus deus in secula seculorum

De ascensione

Ascendens christus in altum captivam duxit captivitatem dedit dona hominibus Tres enim sollempnitates in lege non sole precipue celebrant scilicet pascha penthecostes et scenofegia id est sollempnitatem azimorum ebdomadarum et thabernaculorum quas nos in veritate non ad literam sed in spiritu celebramus scilicet pascha in resur-

rectione. scenofegia in ascensione penthecosten in paracliti missione. Christus enim captivam duxit captivitatem quando resurgens eduxit vinctos suos de lacu in quo non erat aqua. ascendens in altum tamen exaltatus est super celos celorum dedit dona hominibus cum effudit spiritum suum super omnem carnem. De pascha. Pascha siquidem transitus appellatur eo quod angelus transiens per Egyptum exterminans primogenita Egypti ab homine usque ad pecus. Et super hebreorum tecta transiit neminem ledens eorum quos agni sanguine linita esset. et tunc populus Israel iter arripuit transeundi de Egypto in solitudine. porro pascha nostrum immolatus est Christus cuius sanguine corda nostra tinguntur. cum corda nostra fide passionis insignantur que sola diabolus exterminari non potest quia iustus ex fide vivit. Transitum autem istum Johannes evangelista determinat dicens. Sciens Jesus quia venit hora eius ut transeat ex hoc mundo ad patrem et cetera. Resurgens autem transiit de morte ad vitam de labore ad requiem de mundo ad patrem. Nam Christus resurgens ex mortuis iam non moritur et cetera. De scenofegia. Scenofegia fixio tabernaculorum interpretatur eo quod populus Israel quadraginta annis sub tabernaculis commoratus est in deserto. In cuius rei memoriam adhuc iudei celebrant scenofegia habitantes in tabernaculis. Porro tabernaculum est corpus assumptum in quo sub humanitate latet divinitas. Hoc utique tabernaculum Christus in carne mortali figebat cum exultavit ut gigas ad currendam viam. descendens de celo in terram ut susceptum misterium adimpleret. Sed tunc fixit tabernaculum suum cum assumptus in celum sedit ad dexteram dei. requiescit in patrimonialibus bonis patris donec ponat inimicos scabellum pedum suorum. Penthecoste grece a pentha hebraice quinquaginta interpretatur latine. Inde penthecostes appellatur illa sollempnitas que celebratur in memoriam legis date quinquagesimo die a bexitu Israel de Egypto. Nos autem pentecosten celebramus in honore spiritus paracliti qui datus est quinquagesimo die ab exitu Israel de Egypto post pascham. Christus resurrexit a mortuis. lex quidem in salutaria scripta non in tabulis lapideis sed in cordibus hominum digito dei scribens unde Johannes. Unctio vos docebit de omnibus. Et Christus in evangelio. Cum venerit spiritus paraclitus ille vos docebit omnem veritatem. Cuius hodie sollempnitatem honorifice celebramus recolentes quod dum complerentur dies penthecosten. Moraliter. Secundum ut omnis processio christianis sit lecto non solum [illegible] que mentem illustrat ad scientiam. sed magis tropologiam que animum edificat ad salutem. Christus enim resurgens ut nos resurgamus ascendit ut nos ascendamus paraclitum dedit ut nos consolaretur. Et post tres dies resurrexit a mortuis inde post quadraginta ascendit ad celos et tunc post decem dies paraclitum dedit. Plena enim sunt omnia ista divinitatis misteriis. Resurgamus omnes fratres et filii. resurgamus a mortuis post tres dies. Resurrectio prima est remissio peccatorum de qua dicit Johannes. Beati qui habent partem in resurrectione prima. Adhuc utique quenam per viam trium dierum quando filii egressi sunt de Egypto ut

satisfecerunt domino in deserto. Est g[rati]o
via prime diei per quam ad resurrectionem
cordis anime purificatur in qua fit
o[mnium] peccatorum quando peccator inquirit
et investigat modum et numerum aliasque
circumstantias peccatorum. Unde illud:
Recogitabo pro peccato meo. Hec est dies
prima. Hec est prima mentis illumina
tio. Huic succedit secunda scilicet re
cordatio peccatorum quando peccator
coram se statuit modum et numerum
aliasque circumstantias delictorum.
Unde illud: Peccatum meum contra me
est semper. Hic est secunda dies. Hec est
secunda mentis illuminatio. Cum tercia
que succedit scilicet contritio viti
orum quando peccator penitus con
terit vitia per dolorem. Unde illud:
Secundum multitudinem dolorum meorum
in corde meo. Statim ergo pu
ella suscitatur in domo, iuvenis
in porta, lazarus in monumento.
Namque quacumque hora peccator conversus
fuerit et cetera. Hec est ergo pascalis
sollempnitas in qua salutarem
transitum celebramus de morte ad
vitam, de malo ad bonum, de tene
bris ad lucem, de vitiis ad virtutem.
Tunc anima transit de tenebris
egypti ad columpnam ignis cum
peccator per penitentiam tenebras
interiores deponit iuxta illud apostoli:
Obscuratum est insipiens cor eorum.
Et lumen veritatis assumpsit
que illuminat omnem hominem
venientem et cetera. Nunc per im
brem refrigerat et per ignem illu
strat. Et ad resurrectionem post
quadraginta dies dominus ascendit
ut disponentes ascensiones in corde
de in convalle lacrimarum ascen
damus de virtute in virtutem donec
videamus deum et cetera. Faciamus
ergo fructus dignos penitentie
qui sunt precipue oratio ieiu
nium et elemosina ut sicut
tres per peccatum offendimus scilicet
deum nosmetipsos et proximum

oratio dirigatur ad deum. Status
enim certissimi quod quadragena
rius ipse numerus et penitus est satis
factionis numerus. Unde et obser
vantiam milicie christiane per
quam ad satisfaciendum deo
de commissis decimam totius anni
persolvimus sub hoc numero comp
rehendimus. Ut enim certas signifi
cationes huius numeri taceamus que
sunt multiplices in scriptura. Quo
niam huius numeri spiritualem virtutem
innuit ut convertatur ad dominum
et satisfaciat de commissis eadem
inquit quadraginta dies et nini
ve subvertetur. Est enim nam super
habundans ex suis partibus ag
gregatus ascendens ad quinquage
narium qui idem iubilei plenam
remissionem significat. Quia si sic
ascenderimus per alios decem dies
paraclitum spiritum accipiemus. Dena
rius iste decem decalogi est
observantia qui totus in dilec
tione dei et proximi adimpletur.
Nam plenitudo legis est caritas
et finis summus precepti caritas est.
Post hos itaque decem dies post
observantiam mandatorum pa
raclitum spiritum accipimus quia cari
tas diffusa est in cordibus nos-
tris et cetera. Humilitatis Tres iste
sollempnitates tres signant or
dines fidelium in ecclesia scilicet
incipientes qui resurgunt per
humilem penitentiam proficientes
qui ascendunt ad habundantem
iusticiam perfectos qui con
solantur per similem presentiam
tiam. Tres istos gradus fidelium
designant tres quinquagene psal
morum quarum prima terminatur
in penitentia quam psalmus ille
quinquagesimus docet: Miserere
mei deus secundum magnam misericordiam
tuam. Secunda in iusticia quam
psalmus ille centesimus exprimit:
Misericordiam et iudicium cantabo
bo tibi domine. Tercia terminat

in laudis perseverancia quam ultimus plenius exprimit Omnis spiritus laudet dominum Isti tres status sunt tres dies de quibus dominus ait hodie et demonia eicio et sanitates perficio et cras et die tercia consummor Celebre ergo fratres karissimi sollempnitates istas non tam in ore quam in corde quia reliquie cogitacionum diem festum agent tibi Inspirante paraclito qui a patre procedit et filio cui cum deo patre et unus et verus deus benedictus in secula seculorum amen

In penthecosten

Johannes quidem baptizavit aqua vos autem baptizabimini spiritu sancto et igne non post multos hos dies Duplex vero baptismus in evangelio commendatur in aqua scilicet et igne Ex in aqua materiali et in igne spirituali nec vel in aqua igne extinguitur vel ignis aquam consumat De utroque baptismo Johannes baptista dicebat Ego baptizo vos aqua medius autem vestrum stetit quem vos nescitis ipse baptizabit vos spiritu et igne non post multos hos dies Verum utrumque baptismus sanctificatur in isto neque in spiritu Omnis enim virtus a deo patre per filium in spiritu sancto confertur Nam tres sunt qui testimonium dant in celo et terra Johannes quidem baptizavit aqua dumtaxat quoniam homo solummodo erat neque per spiritum neque per filium aquam poterat consecrare Christus autem baptizavit in spiritu quia cum sit deus de deo per spiritum sanctum qui a patre procedit et ipse sanctificat et purificat animam cum spiritum sanctum infundit Quia lex per Moysen data est gratia autem et veritas per Ihesum Christum facta est Attende prudenter quod baptismus aque sanctificatur in isto Baptizate in quo omnes gentes in nomine patris et filii et spiritus sancti Nomen enim idest invocacio trinitatis sanctificat aquam tangens corpus purificat cor et ideo dicebat apostolus mundans eam idest ecclesiam lavacro atque in isto verbo vitam accedit verbum ad elementum et fit sacramentum Attende quoque prudenter quomodo baptismus aque sanctificatur in spiritu teste veritate que dicit Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto non intrabit in regnum celorum Gignit enim homo secundum naturam humanam nascitur ex femina et de viro quia vir fecundat feminam ut concipiat ita secundum gratiam ex aqua renascitur et de spiritu sancto quia spiritus aquam sanctificat ut purificet animam quia quod natum est carne caro est quod de spiritu spiritus est Ex baptismus ignis sanctificatur pariter pariter et isto quemadmodum dicit evangelium lectio quam audistis Dum complerentur dies pentecostes et cetera Cum audis quia apparuerunt illis dispertite lingue tamquam ignis et cetera Attende baptismum in igne Cum audis quia repleti sunt omnes spiritu sancto Attende sanctificacionem spiritus Cum audis quia ceperunt loqui variis linguis Attende sanctificacionem in istis linguis hodie namque completum est quod in persona ecclesie propheta predicat De excelso misit ignem in ossibus meis De excelso namque idest de celo misit ignem idest spiritum sanctum in linguis igneis in ossibus meis idest in apostolis per quos totum corpus ecclesie sustentatur quos et tunc fecit ossa idest fortes constantes et virtuosos quemadmodum illos premiserat accipietis virtutem supervenientis spiritus in vos Ignis iste spiritus sanctus est de quo dicitur Deus noster ignis consumens est amor caritatis et dilectio unde dicitur Ignem veni mittere in terram Ignis enim per splendorem illustrat et per calorem purificat et spiritus sanctus illuminat mentem per sapienciam et mundat peccatorem et caritatem

Act 2

Treni p°

Deut 4

Luc 12

quibus anima baptizatur id est purificatur in spiritu per sapientiam a tenebris ignorantie per caritatem a maculis culpe. Tunc ergo baptizamur in spiritu sancto cum caritas dei diffunditur in cordibus nostris. De hoc baptismo dominus predixit per prophetam Effundam de spiritu meo super omnem carnem. Hunc ergo baptismum receperunt hodie apostoli iuxta illud Iohannes quidem baptizavit aqua vos autem spiritu sancto et igne. Quinquagesimo enim die post immolacionem agni paschalis celebrato pascha filiis israel exeuntibus de egypto per mare rubrum submersi sunt egypcii et liberati. Inde cum moyses ascendit in montem synay ut fieret domino et plebs ad radicem montis appareret. Et quinquagesimo die ceperunt audire tonitrua fulguraque micare. Cunctus autem populus audiebat voces et lampades et sonum buccine montemque fumigantem. Tunc dominus dedit legem filiis israel que sunt scripta in tabulis lapideis digito dei. Plena sunt ista misteriis divinis et celestibus informantibus sacramenta. Ista hodie umbra lucem et figura protulit veritatem. Post immolacionem siquidem christus qui est verus agnus paschalis de quo dicit apostolus Pascha nostrum immolatus est christus. Celebrato pascha id est transitu de quo Iohannes evangelista testatur Sciens ihesus quia venit hora eius ut transeat et cetera. Filii israel id est populi christiani dum videntur per fidem exeuntes de egypto id est de tenebris viciorum per mare rubrum id est per sacramentum baptismi christi sanguine rubricatum in quo submersi egypcii id est demones [illegible] liberati sunt hebrei id est [illegible] fideles quod quedam [illegible] post diem passionis dominice paschalibus in [illegible] misteriis confirmatur baptismo quo tamen baptizamini renascimur. Cum ergo verus moyses id est christus ascendisset ad montem id est ad celum ut sederet ad dexteram dei patris quinquagesimo die post pascha quod pentecosten interpretatur cepit audiri tonitrua fulguraque micare quando factus est repente de celo sonus tamquam advenientis spiritus vehementis. Iam potestis cognoscere qualiter umbra lucem et figura protulit veritatem. Cum autem audis quia factus est repente de celo sonus intelligo audire tonitrua cum autem intelligis quod apparuerunt illis dispertite lingue tamquam ignis agnosce micare fulgura et cum audis deum dedisse legem filiis israel expectantibus intelligas eum dedisse spiritum sanctum apostolis iuxta quod dominus illis preceperat ut ab iherosolimis ne discederent sed expectarent promissionem patris quia Iohannes quidem baptizavit aqua vos autem baptizamini spiritu sancto. Hec est lex gratie que scribitur in tabulis cordis digito dei. Iuxta quod dominus illud promiserat Cum venerit inquit paraclitus spiritus quem ego mittam vobis a patre ille vos docebit omnia id est quecumque dixero vobis. Hec est unctio que secundum iohannem docet de omnibus. Hac unctione spiritus sancti nos ungat dominus ihesus christus ut nos doceat vias suas et ambulemus in semitis eius donec ascendamus de virtute in virtutem et videamus deum deorum in syon.

De sancto silvestro

Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo et in tempore iracundie factus est reconciliatio. Tria nobis in verbis propositis de beato silvestro precipue commendantur scilicet dignitas sanctitas et utilitas. De dignitate dicitur Ecce sacerdos magnus. De sanctitate subiungitur qui in diebus suis

placuit deo et inventus est iustus de utilitate concluditur. Et in tempore iracundie factus est reconciliatio. Hinc pro dignitatem subiungitur: statuit. Et post sanctitatem utilitas. Quia qui locum optinet dignitatis debet habere meritum sanctitatis. et qui habet meritum sanctitatis debet exercere opus utilitatis. ne forte qui summus est loco infimus sit merito et innocens torpens sit inutilis operi. ¶ Unde dicit [illegible] quod tales sunt in ecclesia qui sunt loco sublimes sed merito viles et alii inutiles [illegible] et ago[illegible] pinus non sunt de talibus quasi positus in ruinam magis quam resurrectionem. ¶ Judicat hoc dominus qui potens est de lapidibus suscitare filios Abrahe. ¶ Fuit igitur beatus silvester non solum magnus sed maximus pontificali scilicet et regali potestate sublimis. illius enim vicarius qui est rex regum et dominus dominantium sacerdos in eternum secundum ordinem melchisedech. Et ante ipsum spiritualiter intelligi dicitur ad ipsum et successores ipsius quod ait beatus apostolus petrus primo et principis apostolorum. ¶ Vos estis genus electum regale sacerdotium gens sancta et cetera. Hinc ante elegit deus ut esset sacerdos et rex.

De dignitate romani pontificis

[illegible]tes Urbem ubi constantinus egregius imperator ex revelatione divina ut habetur in hystoria romana per beatum ¶ Silvestrum fuit accepta in baptismo mundatus urbem pariter et senatum cum honoribus et dignitatibus suis et omne regnum occidentis ei tradidit et dimisit secedens ipse post baptismum et regnum sibi retinens orientem. Coronam vero capitis sui voluit ei conferre sed ipse prerogativa clericali corone ut magis humilitatis causa noluit illam portare. ¶ Veruntamen pro regali mitra regio utitur aurifrigio circulari. ¶ Auctoritate vero pontificali constituit patriarchas primates metropolitanos presules et potestate regali quidem instituit senatores prefectos iudices et castellanos. ¶ Romanus igitur pontifex in signum imperii utitur regno et in signum pontificii utitur mitra. sed mitra utitur semper et ubique regno vero nec ubique nec semper. ¶ Quia pontificalis auctoritas et prior est et dignior et diffusior quam imperialis potestas. ¶ Sacerdotium enim in populo dei regnum precessit. cum aaron ¶ primus pontifex saulem primum regem precessit. ¶ Noe quoque precessit nembroth. cum de illis dicat scriptura quod principium regni nembroth extitit babilon. ¶ Noe vero edificavit altare domino et holocaustum obtulit super illud. ¶ De sacerdotibus autem et regibus loquens sacerdotes appellat deos reges principes. ¶ Deos inquit non detrahes et principem populi tui non maledices. Et cum de rege dicat apostolus ¶ Subditi estote omni humane creature propter deum sive regi tamquam precellenti sive ducibus tamquam ab eo missis. ¶ Ad ieremiam sacerdotem de sacerdotibus anathot dominus ipse ait ¶ Constitui te super gentes et regna ut evellas destruas et dissipes et cetera. ¶ Petro vero sunt dictum a deo et in petro successoribus petri. ¶ Tibi dabo claves regni celorum et quodcumque ligaveris super terram et cetera. Nichil excepit cum dixit quodcumque [illegible] et alibi dixit pasce oves meas non distinguit inter has oves et illas ut ostenderet ad oves suas minime pertinere qui petrum recusat habere pastorem. ¶ Fuit igitur beatus ¶ Silvester successor petri beati vicarius ihesu christi et ideo vere fuit sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo et inventus est iustus non tamen in diebus prosperis quam in adversis diebus. ¶ Nam illi volubiles transeunt ista stabiles permanserunt. ¶ Singule namque virtutes sunt singuli dies qui mentem illustrant de quibus

iustitie legitur quod filii Job facie-
bant convivia per singulos dies,
duo maxime necessaria sunt sacer-
doti scilicet splendor vite et splen-
dor sciencie. Isti sunt duo dies in
quibus beatus Silvester placuit deo
et inventus est iustus sicut in eius
historia manifeste testatur. Va-
nitati sustinuit ad meritum vite
militieque constituit ad detrimentum
sciencie. Et ipse in tempore mitudine
facta est reconciliacio reconcilians
peccatores ad veniam et discordates
ad patrem. Nam usque ad tempus
ipsius tanta paganorum contra xpi-
anos efferbuit malicia quod cum
quasi oves occisionis mactabantur
ubique enim lapidati sunt conciliati
sunt xpiani paganis quia bap-
tizato imperatore principe Constantino
tranquillitas et libertas est eccle-
sie data et omne cepit ecclesia di-
latari et impleri. Vaticinium Ysaye
dicit ad ecclesiam: Leva in circuitu oculos
tuos et vide omnes isti congregati
sunt venerunt tibi. Illius fuit vere
vicarius de quo dicit apostolus: Deus
erat in xpo mundum sibi reconci-
lians et posuit in nobis verbum
reconciliacionis. Obsecramus pro
reconciliacionem deo mediatores enim
sunt sacerdotes inter deum et homines
et ideo tales debent existere ut deo
sint grati et hominibus sint accep-
ti. Quales nos faciat meritis et
precibus beati Silvestri dominus ihesus
xpistus qui est super omnia deus bene-
dictus in secula seculorum.

In conversione sancti Pauli

Nolo mortem peccatoris sed ut magis con-
vertatur et vivat. Huius sen-
tencie manifestum exemplum
in conversione beati Pauli nobis deus
demonstravit que non solum ven-
ientem recepit sed etiam fugientem
attraxit. Attendamus ergo fratres
in eo morte qua deus voluit conversi-
onem quam facit vitam quam de-
dit mortem culpe commutatur
penitencie. Vitam ipse Paulus

Eze 18

ad huc spirans minarum et cedis
in discipulos domini et cetera.
Ecce mors culpe quam dominus
noluit. Et cum iter faceret subito
circumfulsit eum lux de celo et cetera.
Ecce conversio penitencie quam deus
facit. Ecce eum baptizatum fuisse in-
gressus in synagogam predicabat
ihesum et cetera. Ecce vita gratie
quam dominus tribuit. Verum
est ergo quod veritas ait. Deus
non vult mortem peccatoris sed ut
convertatur et vivat. Ideo morte
peccatoris non vult quia mortem non
fecit, quia quod factum est in ipso
vita erat. Et ideo vita quia ipse
est via veritas et vita. Ideo morte
peccatoris non vult quia mors peccato-
rum pessima. Ideo pessima quia mor-
tuo homine impio nulla spes erit
de eo. Ideo nulla quia in inferno
nulla est redempcio. Gratias
ergo tibi domine ihesu xpiste nos re-
ferimus quia mortem peccatoris non
vis sed ut convertatur et vivat. Dic
autem nobis que sit illa mors
peccatoris quam tu non vis. Nonne tu
mortificas et vivificas. Nonne
mors et vita in manu tua est.
Ergo dum eos quos nobis cernere
peccatores vis mori, sed eos quos vis
mori nobis cernere peccatores propter
culpam odis et penam infligis
cum distinguendum est inter mortem
et mortem utique distinguendum
est nobis. Nota quod triplex est mors.
Est enim mors corporalis spiritualis
et iehennalis. Mors corporalis
extinguit naturam. Mors spiri-
tualis adimit graciam. Mors ie-
hennalis impedit gloriam. Prima
ergo mors mala propter penam. Secunda
peior propter culpam. Tercia pessima
propter penam scilicet et culpam. Prima
quis est homo qui vivit et non
videbit mortem. Quasi dicat
nullus omnino qui morte corpor[ali]
non moriatur. Secunda est peccatum
ad mortem non pro eo dico ut
quis oret, quasi dicat. Est peccatum

Act · ps · Jo 1 · Jo 14 · ps · ps · Jo

mortale quoddam pro quo non est
orandum quia neque in hoc seculo
neque in futuro remittetur. Tercia
morte legitur sicut oves in infer-
no positi sunt mors depascet eos.
[illegible] dicit. Gregorius: omnes non
carpit herbam. Sed pascit ut her-
ba semper renascatur ad pastum
ita mors infernalis non consu-
mit hominem sed affligit ut homo sem-
per vivat ad mortem. Quam intelligo
plenius domine Ihesu Christe quia mor-
tem nominis culpe. Tu namque dixi-
sti: O mors ero mors tua. Corpo-
ralis mors contingit hoc ordine. Primus ho-
mo distemperatur. postea infirmatur.
deinde moritur. post hoc defertur.
ad ultimum tumulatur. Distemperatur
in cogitatione. infirmatur in delec-
tatione. moritur in consensu. effertur
in opere. tumulatur in consuetudine.
in qua putrescit et fetet. Unde
dicitur anima mortua in peccatis
quantis fetoribus fetet quam
detestabilis et abhominabilis appa-
ret. Sed nec sic desperandum est
tu domine tres mortuos suscitasti
una tamen de istis tribus mortibus
in qua nemo resurgit scilicet mors
singularis internam. de qua tu for-
te dixisti: Sinite mortuos se-
pelire mortuos suos. Gratias agi-
mus domine Ihesu Christe nos peccatores tibi
referimus quia non vis mortem
peccatoris sed ut convertatur et vivat.
Prima quacumque hora peccator con-
versus fuerit et ingemuerit et cetera.
Ubi [?] Quinimmo quam adducit
Iohannes: Induti sunt sacco et vidit
deus opera eorum quia conversi sunt
de via sua mala. Misericors est super
maliciam quia eis solum sileat.
Paciens enim est dominus et miseri-
cors et prestabilis super malicia.
Convertantur ergo peccatores ad dominum
quia statim convertetur ad eos. Non
enim venit vocare iustos sed peccatores
quia venit querere et salvare quod
perierat. Quantacumque est mea miseria
maior est sua misericordia. quantacumque mea

impietas maior est tamen sua
pietas. Absit. Non sit tamen Cayn de-
sperans dicentis: Maior est iniqui-
tas mea quam ut veniam merear.

gen. 4

Tertio triplici vita. porro triplex est
vita sicut triplex est mors scilicet
vita nature vita gracie et vita
glorie. Prima Iob: Memento mei
deus quia ventus est vita mea. Se-
cunda: Iustus ex fide vivit. Ter-
cia Salomon: Iusti autem in perpe-
tuum vivent. Prima bona secunda me-
lior tertia optima. Convertatur ergo
peccator a morte culpe ad vitam gracie
ut evadat a morte gehenne ad vi-
tam glorie. Deus enim semper tenet ma-
nus extensas ut recipiat peccatores
non vult mortem peccatoris. Certe
[illegible] cum divine voluntati nichil ob-
sistat. nam omnia quecumque voluit
dominus fecit. Si deus non vult
mortem peccatoris sed ut convertatur et
vivat. Unde est quod plurimi
peccatores non solummodo convertuntur
ut peccant. Nam multi sunt voca-
ti pauci vero electi. An forte quos
non vult mori convertuntur et vivunt
quos autem vult mori puniuntur
et premuntur. Nam ut dicit apostolus:
Cui vult miseretur et quem vult indu-
rat. Sed et ipse per prophetam testatur:

Ro. 9

Iacob dilexi Esau autem odio
habui. Quid autem est quod ali-
bi dicit apostolus: Quia deus vult
omnes homines salvos fieri. Et
propheta: Nichil odisti eorum que
fecisti. O altitudo divitiarum sapie[ntie]
et scientie dei et cetera. Voluntas
namque dei reperitur multipliciter
in scriptura. Beneplacitum scilicet et
[illegible]. Beneplacitum enim est
et signa diversa preceptum dicitur.
Magna opera domini exquisita in
omnes voluntates eius. Utrique
sunt consilium et preceptum. Vult ergo
deus id est consulit omnes homines
salvos fieri et vult id est precipit
ut peccator convertatur et vivat sed
consilium et preceptum eius non semper
impletur. Verum quam in [illegible] consilium

et preceptum eius custoditur vincit qui vero
non comitatur moritur. Verumtamen
sine gratia dei operante peccator conver-
ti non potest. Nam ut dicit apostolus
Non est volentis neque currentis sed
dei miserentis. Et gratia operante nemo
potest mereri eam. Unde idem apostolus ait
Si ex meritis est iam non est gratia
non videtur imputandum homini
si non convertatur. cum quidem deus
gratiam non operatur ut apparuit. Sed
aliud est promereri aliud demereri.
Promereri gratiam nemo potest sed
demereri gratiam quisque potest. et
ideo conversio non est imputandum
homini si gratiam non meretur. sed
est imputandum cum si gratiam demeretur.
Si ergo fratres et filii aliquis
vestrum preoccupatus est in aliquo de-
licto nullomodo desperet. sed interim
faciat quicquid bonum potest ut deus
illustret cor eius ad penitentiam
aperiat oculos ut solis luce aspi-
ciat mollificet cor ut cum cera
impressione sigilli recipiat. reddat
se humilem ut deus formam sue
similitudinis imprimat et gratia
sue virtutum apponat. Ihesus christus
qui est super omnia deus. De purifica-
cione sancte marie.

Ecce ego mitto angelum meum et
preparabit viam tuam ante
faciem tuam. Et statim veniet
ad templum sanctum suum dominator quem
vos queritis et angelus testamenti
quem vos vultis. Verba sunt
lectionis matutinalis hodierne.

Malach. 3. et ultimo

Rex regum dominus dominantium pro
salute populi sui venturus in carne. sed
quia eum sui recepturi non erant
ne de ignorancia sui adventus
excusationes in peccatis assumerent ad-
ventus sui signa premisit litteras
direxit et ante faciem suam
nuncios destinavit. Hiis enim tribus
scilicet litteris signis et nunciis
suum liquido declaravit adventum
non enim solus aut subito debuit
advenire. Sicut enim cum advenisset
binos et binos ante faciem suam
legitur destinasse premisit itaque
signa id est misteria figurarum.
direxit litteras id est testimonia
scripturarum. destinavit nuncios per-
sonas scilicet prophetas. Prefigura-
tus est et enim insignum ut ysaac
natus de sara. Prefigurant christum
nasciturum de virgine. Virga floruit
et attulit fructum. quia virgo
concepit et peperit christum florem
ignis in rubo. manna in vase
pluvia in vellere prefiguravit. Pre-
nunciatus est in scriptura. Unde Gen.
Non auferetur sceptrum de iuda
et dux de femore eius donec ve-
niat qui mittendus est. Et alibi
Veniet dominus sicut querens qui est
in templo tuum et ex femina orta fuit
indubitanter prius. Et in sacratus
Jeremie. Post hec in terris visus est
et cum hominibus conversatus est. An-
nunciatus est per prophetas. Unde pro-
pheta. Ecce virgo concipiet et
pariet filium et cetera. Et abacuk
Si moram fecerit expecta eum
quia veniens veniet et non tar-
dabit. Et Daniel. Septuagin-
ta ebdomade abreviate sunt
et consummetur prevaricatio et adducatur
iusticia sempiterna et ungatur
sanctus sanctorum. Sed tam ma-
nifesta signa synagoga mi-
sera non novit. tam apertas
litteras in de certa non intelle-
xit. tam veridicos nuncios ipsius
incredulus non accepit. Et ideo
cum venit in propria sui eum non
receperunt. Unde illud. Cognovit
bos possessorem suum et asinus
presepe domini sui et cetera. Hinc
est quod dicit in ewangelio. Si cre-
deretis moysi crederetis et michi
de me enim ille scripsit. scilicet prophetam
vobis suscitabit deus de fratribus
vestris et cetera. Ursum videbit
vitam viam precursorem ante

Luc. — Gen. — Num. — Exo. 3 — Exo. 4 — Judic. — c. 49 — Baru. — ys. 7 — c. 3 — c. 9 — Jo. 1 — ys. 1 — ultimo — Jo. 5 — Deut.

oculos vestros et non credidis Nos
autem nuncios ante longe premi-
sit nouissime autem tunc iam ven-
turus esset in propria tres egregi-
os et illustres nuncios destinauit.
Primus nuncius parauit viam in-
carnationis. secundus viam natiui-
tatis. tercius viam predicationis
Primum venit ad templum sa-
lutare. secundum ad templum ma-
teriale. tercium ad templum
spirituale. De primo nuncio legitur
in evangelio. Missus est gabriel ange-
lus ad mariam virginem. Descen-
dens ad virginem eam sic taliter
salutauit. Aue inquit gracia
plena et cetera. Aue quia preter-
mutabitur nomen eue. Illa fuit
plena peccato sed tu plena gracia
illa recessit a deo sed dominus tecum
Illa fuit maledicta in mulieribus
sed tu benedicta. Fructus ventris illius
fuit maledictus Cayn. Sed fructus
ventris tui est benedictus christus.
per illam mors intrauit in orbem
sed per te vita redit ad orbem.
Quia concipies et paries filium
et cetera. Salutacione premissa
statim domini sui nunciauit ad-
uentum Spiritus sanctus superueniet in
te. De triplici via virginis
hiis itaque peractis statim spiritus
sanctus aduenit et triplicem viam
ante faciem domini preparauit. Prima
fuit virginalis consensio. secunda
carnalis mundacio. tercia corporalis
formacio. Prima fuit consensus
mentis in virgine. secunda fuit mun-
dacio carnis in fomite. tercia fuit
formacio corporis ex purissimo san-
guine. Cum enim angelus ad-
nunciasset virgini modum concep-
cionis et ordinem indicasset Sta-
tim illa suum desiderium plagiis
ardore consensit et instinctu
spiritus sancti dixit Ecce ancilla
domini fiat michi secundum verbum tuum.
Et augustinus Beata que credidi-
sti et cetera. Non enim aliter filius
concipi potuit de immaculata idcirco
primam viam idest consensum vir-
ginis operuit spiritus. Statim
autem spiritus sanctus superuenit
in eam ut carnem eius a fomi-
te peccati mundaret. quatinus esset
sine culpa. et penitus sine ma-
cula. tamquam itaque carnis san-
guinis nature. Fomes peccati sit
omnino in ea fuit penitus ex-
tincta. Ideo secunda via idest car-
nis mundacio deletur spiritui. Ex
autem purissimo sanguine
gloriosissime virginis corpus
redemptor spirituali quadam opera-
cione formauit et sine tempore
interposicione nouam animam infun-
dendo creauit. quam una cum
corpore verbum assumpsit et factus
est homo ex anima racionali et
humana carne subsistens. Hac ergo
triplici via domino preparata sta-
tim filius altissimi descendit in
virginem et vniuit se corpori anima
mediante. accedat autem anima
non solum per unionem verum
eciam per naturam. Diuinitas enim
est omnino simplex. nam et caret
multiplicitate parcium. et habet
comparacione proporcionem. Anima
vero primum est simplex. quia ca-
ret multiplicitate parcium ut di-
uinitas partim composita quia
habet comparacionem proporcionem ut
corpus. Hinc est quod talis subtili-
tatis est diuina natura ut cor-
pori ex limo terre formato vniri
non congruerit nisi racionabili
essencia mediante. Statim
ergo venit ad templum sanctum suum
Templum salutis salutare dico
fuit uterus virginis. Soluite tem-
plum hoc et in tribus diebus
excitabo illud hoc autem dicebat
de templo corporis sui Hoc tem-
plum est sanctum idest sanctificatum
non sanctificatum idest a peccato
non emundatum eo quod peccatum non fe-
cit nec inuentus est dolus in ore
eius. Sed neque peccatum contraxit
quia quod non recepit et expoliuit

Luce 1

Elizabeth

Jo 2

Porro sicut non venit subitus tran-
solus. Venerunt autem cum eo
spiritus potestatis et spiritus caritatis.
De potestate valuit, ex caritate no-
luit incarnari. De potestate legitur: (Sap 8)
Omnipotens sermo tuus domine a rega-
libus sedibus venit. infinitum latitu-
dinis imprimum (?) et que maior
potentia quam quod eternus fieret
se temporalem, simplex compositum,
et immortalis mortalem. Certe non
est impossibile apud deum omne
verbum. Quare magis celebri[or]
nativitas quam conceptio cele-
bratur. Cum ergo maius fuerit
deum hominem fieri et de virgine nas-
ci quam deum hominem factum de vir-
gine nasci. quid est ergo quod
quod nativitas christi maiori so-
lempnitate recolitur quam eius
conceptio. An quia eius conceptio
occultus est, partus extitit manifestus. Vel
potius valde misterium, quia quod
virgo concepit Christum per carnem
visio significat quod fidelis anima
det parere Christum in opere. Fides vero
sine operibus mortua est, vivit at
fides cum per dilectionem operatur. Ideo
que partus quam conceptus solemp-
nius habet. Habet itaque Christus
initium, primam viam, primum ad-
ventum et primum templum. Ex primo
primum initium venit [illegible] (mati 2)
qui apparens pastoribus ait: Evan- (Luc 2)
gelizo vobis gaudium magnum etc.
Hic est triplicem viam ante faciem
domini preparavit. parando suum
locum in presepio. Secundum parando
locum in diversorio. Tertia parando
tabernaculum in presepio. Apparuit
enim angelus domini in somnis
Ioseph dicens: Ioseph fili David
noli timere accipere Mariam coniugem.

Quare mater sponsum habuit

Hanc disposuit celestis altitudo
consilii ut virgo sponsum haberet
non solum ut tolleret fornicationis
opprobrium et ut falleret fallacem
dyabolum ut esset virgini ad
solacium et ut parienti preberet
obsequium. Postmodum autem
inter frequentiam populorum quando
ad profitendum conveniebat locum
arctissimum parienti virgini preparavit.
Teste Luca ii. non erat ei locus (Luc)
in diversorio. Tandem vero parat
illi tabernaculum in presepio in quo
virgo puerum reclinavit. Ergo
propheta: In medio duorum animalium
innotesceris. Non enim [illegible]
quando hec ille per angelos parat
parat quia facit angelos suos spiritus
et cetera. Sed quid est quod ange-
lo congaudente pastoribus deus
homo nascitur in presepio bovis et
azini? Quid est inquam nisi quod
nobis triplicem pacem insinuat.
Ante enim redemptoris adventum
tres erant inimicicie pacis. Prima
inter deum et hominem. Homo na-
que per inobedientiam deum offenderat.
post suum casum restaurationem ange-
licam impediebat per vicios (?)
se ab homine separabat. Iudeus
namque ceremonias excolebat,
gentiles ydolatriam colebat, ne-
uter istius alteri placebat. Sed
veniens pax nostra fecit utraque
unum, destruxit inimicitiarum
discordias et convenientes parie-
tes in se angularis lapis copu-
lavit. ut deinceps esset unum ovile
et unus pastor. Abstulit ergo
peccatum et reconciliavit hominem
deo. reparavit casum, reconciliavit
hominem angelo. destruxit ritus
et conciliavit hominem homini.
Restauravit secundum apostolum que in
celis et que in terris sunt. Et ob
hoc illa celestis milicie multitudo
psallebat: Gloria in excelsis deo et
in terra pax hominibus bone volun-
tatis. est in iudeis et gentibus
hinc est etiam quod angelus bo-
[illegible] et congaudet pastoribus
quia pax est inter homines et
angelos reformata. Dignatur

deus homo quia pax est inter deum
et hominem restaurata. Nascitur in
presepe bovis et asini quia pax in
ter homines et homines reinventa
per bovem enim iudaicus per a
sinum gentilis populus signatur
unde illud Non arabis in bove
et asino idest iudeo pariter et gen
tili. Huius gestis venit dominator dominus
ad templum sanctum suum ad temp
lum scilicet materiale de quo legitur
Quadraginta et sex annis edifi
catum est templum hoc. Item psalmo
Suscepimus deus misericordiam tuam in
medio templi tui. Venit autem
per oblationem secundum quod hodie eccle
sia dicit sancti [illegible] in lecto decla
ravit Oblatus est quia ipse vo
luit et amatrix sunt oblatus in
templo quia patri obtulit se et
tertio In templo redemptus est quia
in templo redemit. Sed ipse semper
dedit redemptionem primo unde
autem par turturum aut duos
pullos columbarum dedit redemp
tionem pro eo. Legitur autem bis
fuisse redemptus semel sacerdotibus
per columba vel turture iterum in
ministris per dragma vel statera
Ipse tamen non fuit redemptus ex
debito sed tantum ex benivolentia
Nam secundum legem redimi non te
nebatur nisi primogenitum vulvam
aperiens sed ipse vulvam virginis
non aperuit. Unde secundum ezechielem
hec est porta domini clausa.
Tertio in hoc festo cereos portant
Causa est autem quod in hoc festo
cereos portamus ardentes hoc est
libro sapientie potest tamen
ubi legitur [illegible] obscura sa
tristia facientes Romani autem
februarium mensem infernis dedi
caverunt sed celebrabant eo quod sic
ipsi predicabatur in principio eius men
sis proserpina rapta fuerat a plu
tone cuius mater ceres cum
facibus ardentibus in monte ethna

tota nocte per siciliam quesisse
credebatur. Ipsi ad commemorationem
eius in principio mensis facibus
ardentibus urbem de nocte lustra
bant unde festum illud appella
batur amburbale. Cum autem
sancti patres consuetudinem istam
non possent penitus extirpare
constituerunt in honore beate ma
rie virginis cereos portare arden
tes. Et sic quod prius fiebat ad
laudem proserpine et plutonis
modo fit ad laudem marie et sine
omis. Ob hoc enim in hoc festo ce
reos portamus ardentes ut puri
ficati per gratiam cum ardentibus
lampadibus quasi prudentes vir
gines ad nuptias ingredi mere
amur. Debent sicut nec sibi ita
nec solus venit autem cum eo
spiritus humilitatis et spiritus paup
ertatis. humilitatis enim obtulit
et paupertatis illum in presepio recli
navit. Omnia pietatis divina
dignatio paupertas offertur et cum e
tia et plenitudo eius humiliatur
est qui erat excelsus. Habetur quod
secundum [illegible] secundum augustinum secundum
secundum [illegible] adventum et secundum
bedam secundum [illegible] et [illegible] secundum [illegible]
templum. Sed et postquam secundum [illegible]
venit et venit de quo dominus ait
Inter natos mulierum non surrexit
maior iohanne baptista. et an
gelus gabriel. Precedet ante
illum in spiritu et virtute helie.
Iohannes autem angelus appellatur
non nature proprietate sed officii gratia
[illegible] quemadmodum [illegible]
[illegible] subsequitur angelus appel
latur. Statim veniet ad tem
plum sanctum suum dominator quem
vos queritis et angelus testamenti
quem vos vultis. Venit ioh
annes viam tripliciter ante fa
ciem domini preparavit. Primum baptizando
secundum predicando tertium
moriendo. Baptizavit autem
corpus exterius sed non mentem

interius. Unde: Ego baptizo vos aqua
et cetera. Predicavit penitentiam sed
non contulit indulgentiam. Unde: Pe-
nitentiam agite, appropinquabit enim
regnum celorum. Mortuus est pro iusti-
cia, quia non ipse iustificavit, quia fe-
cit Herodes amputari caput Ioha-

Mt 3.

nnis in carcere. Statim ergo veniet
ad templum sanctum suum, ad templum
scilicet spirituale, de quo dicit Apostolus:
Templum dei sanctum est quod estis

1 Cor 3

vos. Post baptismum atque ieiunium
congregavit eos quos elegit de
mundo, quos templum spiritus sancti
constituit, genus electum, regale
sacerdotium. Et venit sicut non
venit subitus ita nec solus. Vene-
runt autem cum eo spiritus honestatis
et spiritus veritatis. Honestatem in dicto,
veritatem in facto instituit. Ipse namque
peccatum non fecit, ecce spiritus hone-
statis; nec inventus est dolus in ore
eius, ecce spiritus veritatis. Fecit enim
opera singularia ipsa in veritate, quod
ipse testatur: Si opera non fecissem

Jo 15

que nemo alius umquam fecit. Ver-
ba protulit salutaria, Petro attestante,

Jo 6

qui ait: Domine, verba vite eterne
habes. Veniet ergo ad templum suum
sanctum dominator dominus et cetera. Ut etha
plasimus (?) enim est prius enim loque-
batur pater ad filium: Ecce mitto
angelum meum et cetera. Sunt autem
commixti (?) Simeonem ad illos qui filii (?)
expectabant adventum dicentes:
Veni domine et noli tardare. Ista (?)
exagitamus (?) ergo fratres et nos de
quo fructus agere penitentie
ut talem templum nos sibi faciat
angelus testamenti dominus noster Ihesus
Christus qui est super omnia deus be-
nedictus in secula seculorum. Amen.

De sancto Gregorio papa

Statuit ei dominus testamentum sempiternum
et dedit illi sacerdotium ma-
gnum et glorificavit illum in gloria.
Tria nobis circa beatum pontificem et
egregium doctorem nostrum Gregorium

premissa verba commendant, scilicet
veritatis efficaciam, excellentiam digni-
tatis et gloriam sanctitatis. De primo
innuitur: Statuit illi testamentum
sempiternum. De secundo subinnuitur: De-
dit illi sacerdotium magnum. De tercio
subinfertur: Glorificavit illum in
gloria. Testamentum, ut asserit qui de
regulis iuris tractat, est iuste vo-
luntatis nostre sententia super eo quod
quisque de rebus suis vult fieri
post mortem. Exigitur autem in testa-
mento testes ydonei, coram quibus
testibus testator heredes instituat
et de rebus disponat. Exigitur et
tabellio qui testimonium conscribat,
ut sic demum post obitum testatoris
sit nobile testamentum. Hec omnia,
fratres, in testamento Christi possumus in-
venire, qui tanto perfectior est tanto
perfectiora volens condere testamentum
tamen mortuus esset, in primo non
solum duos testes sed omnes apostolos
testes adhibuit, quibus dixit: Vos
michi testes eritis in omni Iudea
et Samaria et cetera. Coram ipsis
non unum tantum heredem sed omnes
electos sibi heredes constituit, quia
secundum heredes sunt dei, coheredes autem
Christi. De quibus dixerat per prophetam:
Disposui testamentum electis meis.
His ergo regnum celorum dimisit et
disposuit secundum quod dixit: Beati
pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum
celorum. Hinc etiam apostolis ait: Dispo-
no vobis regnum sicut pater meus
michi disposuit et cetera. Omnia
vero testamenti conclusurus accepit
panem et fregit dedit discipulis
suis et cetera. Affuit et tabellio,
non unus tantum sed Matheus et
Iohannes, qui testamentum illud eo
viderunt eciam scripserunt. Inter
quos alter illorum scribens ait:
Hic discipulus scripsit hec. Hoc ergo
testamentum est sempiternum quod
testatoris sunt morte firmatum.
Nam vetus testamentum debuit cessare

secundum illud Novis supervenientibus
vetera abicietis. Et illud Ecce dies
venient et consummabo testamentum
novum et cetera. Licet hoc testamentum
electis omnibus conveniat principali-
ter tamen apostolis suis eorumque vicariis
quibus regni principatum committit
dicente psalmista Pro patribus tuis
nati sunt tibi filii. Quia ordina-
vit testamentum eius super sacri-
ficia Gregorius renovata testamen-
tum super sacrificia ordinamus quia
sicut universalis tenet ecclesia nor-
mam et regulam officiorum tam
super sacrificia quam ceteris ministeriis
providenter instituit qui vetus et no-
vum testamentum et utilius expo-
suit et subtilius instituit et intel-
ligit ut ei conveniant adaptatur
quod sponsa dicit in Canticis Poma
nova et vetera servavi tibi
dilecte mi quia nimirum novum
et vetus testamentum per alios ple-
rumque aliquatenus expositores fue-
rant postremum plene fructificavit. Hic
est scriba doctus in regno celorum
qui de thesauro suo profert nova
et vetera. Item hic est stabularius
qui ad curationem vulnerati pro-
tulit duos denarios quos a Samaritano
recepit. Hic de fonte septifor-
mis gratie quatuor expositionum rivos
deduxit quibus irrigavit paradi-
sum id est fecundavit ecclesiam. Ex-
tendit enim arcum suum et insuper
paravit vasa mortis adversus here-
ticos adversantes ut caperet vulpe-
culas que demoliantur vineas. Sa-
gittas suas ardentibus effecit [illegible]
catholicos et suos [illegible]
las reduxit et inimicus [illegible]
vasceret hiis vasis atque sagittis
[illegible] mortalium quasi [illegible]
na consistit. Sequitur illi. Et
dedit illi sacerdotium magnum. De
duplici sacerdotio. Duplex est sacerdo-
tium unum quod inseparabiliter datur
exterius in ordinatione alterius

quod inseparabiliter datur interius
in iustificatione. Unum est dignitatis
alterum sanctitatis. De primo autem
dominus ad Moysen Applica ad te
fratrem tuum Aaron et filios eius
ut sacerdotio mihi fungantur.
De secundo Petrus apostolus ait Vos estis
genus electum regale sacerdotium.
Utrumque contulit beato Gregorio
non solum magnum sed maximum
quem indumento virtutum orna-
vit ad apicem sedis apostolice sub-
limavit. Licet enim apostoli communiter
claves regni celorum acceperunt et
per hoc omnes episcopi ut quicquid
adhibitis clavibus ligaverint super
terram ligatum sit in celis principa-
liter tamen beatus Petrus claves
regni celorum accepit et propter hoc eius
successor aut ipse possit ligare ce-
teros et non possit ligari a ceteris.
Porro beatus Gregorius magis vo-
luit prodesse quam preesse et
ita potestas magis ei fuit oneri
quam honori. Unde de eo effectum
de quibus legitur Induti sunt
arietes ovium et cetera. Indutus
autem ornamento virtutum quam
per pontificalia indumenta signi-
ficantur ut esset omnibus eorum de
quibus legitur Sacerdotes tui
induantur iustitiam. Hiis omnibus
fuit indutus beatus Gregorius
ut esset sacerdos magnus qui in
diebus suis placuit deo et inventus
est iustus. Ideo illum dominus beati-
ficavit in gloria. Non tantum beatifica-
vit illum in anima sed beatificavit
illum in corpore. Ad hanc itaque glo-
riam meritis et precibus beati Gregorii
nos perducat dominus ihesus christus.

In annunciacione sancte marie

Nemo ascendit in celum
nisi qui descendit de celo
filius hominis qui est in celo. Cum
diligenter attendo qui sum qui loquor et de quo
loquor silendum arbitror potius
quam loquendum. Loquor enim minima

in annunciacione sancte marie

de vallo terra de celo peccator de salvatore
Cum tamen peccatori dicat deus quare
tu enarras iustitias meas et assu
mis testamentum meum per os tuum
Ergo quia creatura non debet obmutescere
in laudibus creatoris iuxta prophetiam
dum inutile. Hic quidam verba tam
ta subtiliori consideratione pensan
da sunt. Videtur enim quantum ad lit
tere superficiem quod solus christus
in celum ascenderit, cum tamen multa
tum ipso et multi post christum in celum
ascenderint multi quoque sunt ascen
suri ut quo precessit sublimitas
capitis illuc ipsa humilitas corporis
subsequatur illo dicente: Volo
pater ut ubi ego sum illic sit et
minister meus. Ascendens christus in al
tum captivam duxit captivitatem
dedit dona hominibus illis scilicet
qui ad ima barsone suspensi in
ferius tenebantur. Eduxit vinctos
suos de lacu in quo non erat aqua.
Porro si corticem littere volumus
attendere, nunc nucleus sub illo videtur
subtilis intelligentie. Celum enim
quod in sacra scriptura variis mo
dis accipitur in hoc loco divinitatis
celsitudinem signat et cum lucifer
dixit: Ascendam in celum et po
nam sedem meam et cetera. Cum
enim lucifer esset in empireo consti
tutus non erat celum supremus quo
posset ascendere sed celum divinitatis
celsitudinem intelligit in qua desi
derabat ascendere ut esset similis
altissimo. Ergo hic celum potest con
venienter intelligi ut tale illud
accipiatur. Nemo enim idest nullus
homo unquam quantumlibet sit sanctus
etiam ab utero sanctificatus ascen
dit in celum idest in sublimitatem
divinitatis ut esset deus nisi ille
qui de celo descendit idest de celsi
tudine divinitatis ut esset homo
filius hominis idest homo qui est
in celo manens deus. Non enim sic
descendit de celo ut non remaneret
in celo quia non sic factus est ho

ut desineret esse deus. sed simul in
unum dives et pauper. Deus de deo
ante secula genitus homo de homine
ante secla natus. similiter legitur
in psalmo: A summo celo egressio eius
et cetera. Hoc hodie fratres imple
tum est quando verbum caro factum est
et habitavit in nobis. Hodie novum
fecit dominus super terram quia mu
lier intacta mater sed virgo hoc
intacto ventre circumdedit virum sed virum
infantem sed deum. Generavit novum
quod hodie fecit deus super terram
quia stella solem creatura crea
torem filia patrem concepit. Ho
die factus eternus fit temporalis
simplex compositus et immortalis
fit mortalis. Hodie trinitatis miste
rium innovatur ut tres sint sub
stantie in unitate persone sicut tres
persone sunt in unitate substantie.
Hic nascitur de patre matre sine
patre qui de patre natus est sine
matre. Hodie simul descendit et
ascendit. Descendit pastor quia deus
factus est homo. Ascendit quia hoc
quia homo factus est deus. Ergo nos
fratres si volumus conregnare
oportet compati et si volumus
ascendere oportet ut descendamus.
Eterna qui se humiliat exalta
bitur. Dyabolus enim qui voluit
ascendere per superbiam non tantum
descendit sed cecidit iuxta illud: Quomodo
cecidisti lucifer qui mane orie
baris. Item videbam sathanam
sicut fulgur de celo cadentem. Des
cendamus ergo per humilitatem
et ipsi descensui gradus dominum
compto disponamus. Primo namque
deus descendit per subiectionem
secundo per compassionem tertio pa[illegible]
tionem. Subiectio vero tres gradus
continet. Primus est sub deo se ma
iori subdere secundus pari tertius minori. In
primum descendimus per debitam ne
cessitatem. In secundum per dilectam cari
tatem. In tertium per superhabundantem
humilitatem. In hunc gradum christus

descendit quando lavit pedes discipulorum suorum et quando capud tremendum angelicis manibus baptiste subposuit dicens Sic decet nos implere omnem iusticiam id est per habundantem humilitatem. Quinimmo quodammodo docet nos descendere dominus inquiens Qui maior est inter vos erit omnium minus et servus. Inde exemplum ponens quia filius hominis non venit ministrari sed ministrare. Hinc maxime est quod in ecclesia papa servum servorum se appellat. Compassio vero in duos gradus distinguitur quorum primus est compassio sui secundus compassio proximi. De primo loquitur miserere anime tue placens deo. In secundum descendit apostolus Quis infirmatur et ego non infirmor. Descendimus et nos flentes vitam miseriam et ad futuram gloriam suspirantes gementes pro peccatis propriis plorantes pro alienis. Abiectio quoque duos continet gradus primus abiectio mundi secundus abiectio sui. Ad primum ortatur nos Johannes Nolite diligere mundum neque ea que in mundo sunt omne enim quod in mundo est concupiscentia carnis est et concupiscentia oculorum et superbia vite. Concupiscentia carnis quantum ad irritamenta ciborum quantum ad divicias et possessiones. Difficile est divitem intrare in regnum celorum. Superbia vite quantum ad fastum honorum et dignitatum secundum illud Attollunt ut lapsu graviore ruant. Ad secundum quodammodo dominus invitat nos dicens Qui vult venire post me abneget se ipsum et cetera. Et in hiis omnibus debemus descendere corde ore et opere. Corde descendimus superbiam et ab ore iactanciam et ab opere vanam gloriam. Sic fit descendimus de malo ad bonum de bono in melius de meliori in optimum vitam possidebimus sempiternam [illegible]. Primus ascensus est ma[illegible] [illegible] secundus perfectionem virtutis per [illegible]. Primo descendit ad mystificationem secundo ad perfectionem tercio ad glorificationem. Primus ascensus tres habet gradus qui sunt contricio cordis confessio oris et satisfactio operis. Ad primum ascendimus per dolorem ad medium per pudorem in tercium per laborem. Secundus ascensus tres similiter habens gradus primus est vitatio prohibitorum secundus adimpletio preceptorum tercius supererogatio consiliorum. Tercius autem ascensus duplici gradu distinguitur. Primo ascenditur ad mystificationem anime secundo ad mystificationem glorificationem corporis. Ad quos nos faciat ascendere deus ihesus christus qui cetera.

De sancto Johanne Baptista

Inter natos mulierum non surrexit maior Johanne Baptista. Quem laudat et glorificat deum ipse laudatur et glorificatur a deo ipso testante Qui me confessus fuerit coram hominibus confitebor et ego eum coram patre meo. Petrus enim qui dicit ad ipsum Tu es christus filius dei vivi. Et christus ad eum Et ego dico tibi quia tu es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Sic et Johannes qui de eo dixit Ecce agnus dei et ceteri. Et christus inquit ad ipsum Inter natos mulierum non surrexit maior Johanne Baptista. Illi de christo confessi sunt veritatem et christus de ipsis confessus est dignitatem. Quia veritas confessionem dignitas per confessionem meretur. Quantam enim Johannes dignitatem contraxit quam prophetica [illegible] evangelica lectio testatur. De magnitudine precursoris. Fuit enim magnus in predestinatione in annunciatione et in conceptione in nativitate in persona in gratia in officio in merito in sacramento in dignitate in potestate in claritate in opinione in predicatione in passione. Fuit enim magnus in predestinatione divina unde quod ei deus loquitur per prophetam Prius quam te formarem in utero novi te et cetera. Novit enim dominus qui sunt eius id est predestinavit suos. Quem

Mt 10

Mt 16

Jo 1
Mt 11

per contrarium exemplis ait non nomi-
nabis. Et secundum quod dixit dominus na-
malech priusquam te philippus vo-
caret cum esses sub ficu vidi te. Et-
tum dominus novit omnia antequam
fiant quid est quod specialiter tibi
dicit de iohanne priusquam te for-
marem in utero novi te. Sed quod
pluribus convenit uni specialiter
attribuitur antonomasice debet
intelligi. Deus enim plenius novit
iohannem qui predestinavit ei ma-
iorem gratiam in presenti et ampliorem
gloriam in futuro. Fuit magnus in annun-
ciatione quam apparuit angelus
zacharie stans a dextris altaris
incensi. Ne timeas inquit zacha-
ria quoniam exaudita est oratio tua et
elizabeth uxor tua pariet tibi filium.
Idem enim angelus qui nunciavit [illegible]
nativitatem iohannis eidem annunci-
avit matri nativitatem christi videlicet
gabriel magnum annuncians utrobique
gaudium et miraculum et virginis et
sterilis partum. Iohanne autem
non conceptum predicat sed natum
christum vero predicat utrumque pariter et
conceptum. Nam et zacharie pre-
dicitur pariet tibi filium et vocabis
nomen eius iohannem. Sed marie
matri predicitur ecce concipies
in utero et paries filium. Quia io-
hannes fuit conceptus in culpa. so-
lus autem christus sine culpa con-
ceptus est. Uterque vero natus in
gratia. Ideoque utriusque nativitas
colitur sed solius christi conceptio ce-
lebratur. Fuit magnus in conceptio-
ne humana et quia conceptus est
non exigente natura sed gratia opera-
nte. Unde cum esset zacharias se-
nex et helizabeth sterilis et in dieb
suis ambo pariter processissent genu-
erunt iohannem. Ecce alter ysaac
natus de sene conceptus de sterili
promittitur ab angelo predicatur
a propheta. Fuit magnus in nativitate
quia de sacerdotali genere procreatus
fuit inquit in diebus herodis regis

iudee sacerdos vir cui nomen za-
charias de vice abia et uxor eius
de filiabus aaron et cetera. Nobi-
lis de nobilibus et de iustis iustus
quia erant ambo iusti ante deum
incedentes in omnibus mandatis et cetera.
Fuit magnus in persona quia ipse est
qui precessit ante eum in spiritu
et virtute helie. Propter quod dicit de
illo. Ipse helias est qui venturus
est. Iste namque prenunciavit primum
adventum ille secundum. Iste persecu-
tionem passus est ab herode propter
herodiadem suam uxorem. Ille per-
secutionem passus est ab achab re-
ge propter uxorem eius iezabeth.
Fuit magnus in gratia. Unde vocatum
est nomen eius iohannes quod
gratia dei interpretatur. quia reple-
tus est spiritu sancto adhuc ex utero
matris sue dicente sibi domino per
prophetam. Antequam exires de vulva
sanctificavi te. Quia omnibus fuit renatus
quam natus et quam regeneratus
quam generatus. Unde ut audivit sa-
lutationem marie elizabeth ex-
ultavit infans in utero eius.
Fuit magnus in officio. Inter quot
ipse in propheticis verbis dicit. Ego vox
clamantis in deserto et cetera. Ipse con-
vertit corda patrum in filios et incre-
dulos ad prudentiam iustorum. Ipse
vox ubi verbi precedit. paranimphus
sponsi. lucerna solis. finis legis.
initium evangelii. Fuit magnus in
merito quia vinum et siceram
non bibit et erat esca eius locu-
ste et mel silvestre. castus in con-
tinentia. quia vestimentum habebat
de pilis camelorum. et zonam pelli-
ceam circa lumbos suos ut essent
lumbi eius precincti et lucerne
ardentes in manibus suis. Mag-
nus in predicatione. quia lex et
prophete usque ad iohannem. et ex
eo regnum celorum evangelizatum
est. A diebus enim iohannis baptiste
regnum celorum vim patitur et cetera.
Ipse est qui ratione sacramenti

de ipso testatur. Qui habet sponsam
sponsus est et cetera. Magnus in dig-
nitate sicut deus pater inquit ad fi-
lium. Ecce ego mitto angelum me-
um et ipse preparabit viam ante faciem
tuam. Johannes dictus est angelus
non nature proprietate sed officii dignitate
Cuius excellentiam ipsa veritas extu-
lit dicens. Quid existis videre
prophetam etiam dico vobis plusquam
prophetam. Nam et Johannes eum
prophetis predixit futurum. Ecce venit
fortior me post me. Et eum apostolus
ostendit presentem. Ecce agnus dei
ecce qui tollit peccata mundi. Magnus
in potentia sicut in persona prophete
dominus inquit de illo. Ecce dedi verba
mea in ore tuo. Ecce constitui te
super gentes et regna ut evellas
et destruas et cetera. Nam manus domini
erat cum illo. Magnus in claritate
quia ipse erat lucerna ardens ante
dominum deo patre per prophetam te-
statur. Paravi lucernam Christo meo.
Fuit enim homo missus a deo cui
nomen erat Johannes. Hic venit in
testimonium et cetera. Magnus in opinio-
ne. Nam existimante populo et co-
gitantibus omnibus in cordibus suis
de Johanne forte ipse esset Christus
Respondit Johannes omnibus dicens
Ego baptizo vos aqua et cetera.
Plus existimabat alium sublimem
quam se et ipse se reddit humilem dicens. Ille
[illegible] minui illum ante crescere
Nam qui se humiliat exaltabitur.
Magnus in predicatione quia venit
Johannes in omnem regionem iorda-
nis predicans baptismum penitentie in
remissionem peccatorum. Facite inquit
dignos fructus penitentie. Penitentiam
inquit agite appropinquabit regnum
celorum. Magnus in passione quia
pro veritate autem passus est capite
est truncatus. Baptizatus in sanguine
et baptizavit in aqua. Inter natos
autem mulierum non surrexit maior
Johanne baptista. Sed ergo an non
maior est Christus qui fuit natus de
muliere iuxta quod ipse inquit ad
matrem mulier ecce filius tuus.
Sed Christus natus est de muliere iuxta
quos secundum communem sermonem non sunt
amplexum secundum speciem non sunt
mollicie vel subintelligatur cum dicitur
propheta non surrexit maior Joha-
nne baptista aliquis maior propheta
iuxta illud non solum prophetam sed plus
quam prophetam. Quid est quod sequitur
Nam et alicubi est Christus propheta dicitur
ecce venit propheta magnus. Item pro-
pheta magnus surrexit in nobis. Ipse
tamen dicendus est non tam propheta
sed dominus prophetarum. Quid est quod sequitur
Qui minor est in regno celorum ma-
ior est Johanne baptista. Ut au-
tem oppositiones obscuras et dubias di-
mittamus breviter simul et plene
dicamus quod in regno celorum idest in
patria soli angeli erant quando
Christus ista dicebat quia nundum
ascenderat in altum neque duxerat
captivitatem captivam. Angelos
autem maiores esse quam homines
propheta loquens de Christo testatur
minuisti eum paulominus ab ange-
lis gloria et cetera. Nam illi sunt immor-
tales sed isti mortales. illi impassi-
biles isti passibiles. illi triumphant
sed isti militant. Ergo qui minor
minor erat in regno celorum ma-
ior erat Johanne baptista. Vos
ergo fratres et filii qui convenistis
ad celebrandam nativitatem Christi
si digne eam cupimus celebrare
pro certo sperate deum quod quanto
maior est apud deum tanto magis
pro nobis intercedat apud Christum.
Sed est vobis summopere providendum
ut in nativitate eius non corpo-
ribus sed interius gaudeamus quia
religione cogitationum diem festum
agentibus non est imperium gaudii

Quocirca carissimi animarum ama
tores peccatorum ut tante sollemp
nitatis gaudium digne celebrare
possimus Quam qui inter exteriores
et sordes interius similis est ut dicit
dominus sepulcris dealbatis
intus plena ante et cetera. Ergo
fratres et filii carissimi omnes et
singuli sitis intercedente pro nobis
beato Johanne baptista de gaudio
sollempnitatis presentis misericorditer
nos perducat ad gaudium sollemp
nitatis eterne Ihesus christus dominus noster.

Dixit ihesus De sancto petro apostolo
Symoni petro
Symon iohannis diligis
me plus hiis. Dicit ei Etiam tu
scis domine quia amo te. Et dicit
Pasce oves meas et cetera. De fide [Jo 21 et ult°]
katholica licet apostoli apud deum val
de meruerint honorari propterea de
apostolis dicitur Nimis honorati sunt [ps 138]
amici tui deus. Precipue tamen
beatissimus petrus apostolus honorari
promeruit et hoc propter fidem et ca
ritatem que in eo principaliter cla
ruit. Quam propter meritum con
stantissime fidei dominus concessit
sibi claves et propter meritum fer
ventissime caritatis dominus commisit
sibi oves. Ante concessionem cla
vium dominus interrogavit de fide dicens
Vos autem quem me esse dici
tis? Respondens symon petrus dixit Tu
es christus filius dei vivi. Respon
dens ihesus beatus es symon bariona et cetera [Mt 16]
Tibi dabo claves regni celorum et cetera
Ante commissionem ovium interroga
vit de caritate dicens Symon Jo
hannis diligis me plus hiis et cetera
dicit ei petrus Domine tu scis quia
amo te Et dominus Pasce oves [Jo ult°]
meas. Dictis autem virtutibus specia
liter requisivit quia inter virtu
tes fides est prima et caritas est
precipua. Fides autem est fundamen
tum caritas est tectum illa incho

at ista consummat. De fide legitur
Fides est substantia sperandarum
rerum argumentum non apparentium. De caritate [Heb]
dicitur Caritas operit multitudinem
peccatorum. De illa Sine fide impossibile
est placere deo. De ista Si distri [Heb]
buero omnes facultates meas in ci
bos pauperum caritatem autem non
habuero nichil michi prodest. Illa [1 Cor]
magna ista maior quia maior
horum est caritas. In concessione cla
vium interrogavit de fide quia cla
ves nisi fidelibus committuntur de
quibus dicitur male sentiunt impii
[illegible] male sentiunt infideles quia qui
non credit iam iudicatus est. In com [Jo 3]
missione ovium interrogavit de
caritate quia mercenarius est et non
pastor qui oves pascit cupiditate
lucri non autem amore dei. De fide
interrogando de fide interrogavit se
mel quare quia unus est deus una
fides unum baptisma. Interrogando [Eph]
de caritate interrogavit ter quia tres
debet homo ex caritate diligere scilicet
deum seipsum et proximum Diliges
dominum deum tuum et cetera proximum sicut te
ipsum ecce secundum. Diliges proximum
ecce tertium. Vel quia dominus de se di
cebat Ego sum via veritas et [Jo 14]
vita. Certo querit a petro Sy
mon Johannis diligis me plus
hiis. ac si diceret Diligis me
viam veritatem et vitam. Ego quippe
sum via recte operantibus in exemplo.
Ego veritas sane predicantibus
in documento. Ego sum vita digne
sumentibus in sacramento. Itaque pre
cipio pasce agnos meos ut si di
ligis me viam pascas exemplo bone
[illegible] sancte predicationis quia hoc est
pabulum de quo dicit Non in so
lo pane vivit homo sed in omni
verbo quod procedit de ore dei. Si
diligis me veritatem pascas [illegible]
sancte operationis quia hoc est pabulum
de quo dicit Meus cibus est ut

faciam voluntatem eius qui misit
me. Si diligis me, vitam pascas
me sacramento communionis. Quia
hoc est pabulum de quo Christus dicit: Nisi
manducaveritis carnem filii hominis
et biberitis eius sanguinem non ha
bebitis vitam in vobis. Pasce ergo
oves meas, ut per dilectionem proximi
dei dilectio compleatur. Nam qui
proximum quem videt non diligit,
deum quem non videt quomodo potest diligere?
Tres autem sunt ordines omnium
quas pascere debes in caritate, scilicet
virgines, continentes et coniugatos.
Quo circa tertio precepto pasce a
gnos meos ut pascas omnes ordi
nes exemplo vite, verbo doctrine, et sacra
mento eucharistie. Quia non sunt
de ovibus meis qui a te pasti non
sunt, ut heretici, scismatici, pagani,
mali et [illegible]. Porro cum
semel et iterum dicit: Pasce agnos
meos, et tertio dicit oves, audi quare.
Quia per agnos qui non generant
significantur illi qui sunt carnalis
generationis expertes, tales ordines scilicet
fidelium in ecclesia, scilicet virgines et
continentes. Per oves autem que
generant significantur illi qui car
nali generationi deserviunt, talibus est
unus ordo fidelium, scilicet coniugati.

Quot modis pascere debemus

Contristatus est ergo Petrus quia
tertio: Diligis me, dixit ei, tamquam
super hoc dubitaret. Et ideo illi respon
dit: Domine, tu omnia nosti, tu scis
quia amo te. Quasi diceret: dubi
tare non potes cum scias omnia.
Verumtamen pascas exemplo, cave
prudenter inanem gloriam, ne facias
iustitiam tuam coram hominibus
ut videaris ab eis. Alioquin mercedem
non habebis apud patrem tuum
qui est in celis. Sed sic luceat lux
vestra coram hominibus ut videant
opera vestra bona et glorificent patrem vestrum
qui est in celis, ut cortina cortinam
trahat, et qui audit dicat: Veni.
Certe tot mortibus sunt digni

pastores quot perditionis exempla
transmittunt ad oves. Si enim cum
subditus videt peccare prelatum,
de facili eius exemplo corrumpitur
et in sua corruptione procedit dicens:
Sufficit discipulo si sit sicut magister
eius. Non enim potest filius facere
nisi quod patrem viderit facientem.
Et sic eodem uno et peccato prelatus
et seipsum condempnabit et alium perdit.
Nam sacerdos qui est unctus peccaverit si
fecerit, dampnabitur pro peccato. Cum pas
cis verbo, cave prudenter hereticam
pravitatem, ne forte aque vinum
commisceas, ne fel draconis primes
in aureo calice Babylonis. Altiora
te ne quesieris et fortiora te
ne scruteris, quia defecerunt scru
tantes scrutinio, et perscrutator
maiestatis opprimetur a gloria. Cave
prudenter ne sanctum des cani
bus et margaritas mittas an
te porcos. Sed neque parvulis solidum ci
bum tribuas, eius exemplo qui
ait: Non potui loqui vobis quasi
spiritualibus sed quasi carnalibus,
lac vobis potum dedi non escam.
Cum autem pascis sacramento, cave
prudenter quamlibet immunditiam.
Quicumque manducaverit panem
et biberit calicem domini indigne
reus erit corporis et sanguinis domini.
Probet autem seipsum homo et sic
de pane illo edat et de calice bibat.
Qui enim manducat indigne iudi
cium sibi manducat et bibit non
diiudicans corpus domini. Sic enim
ille qui bene suscipit mortem
vitam acquirit, sic ille qui male
accipit vitam mortem invenit.
Recordare de illo qui intravit ad nup
tias non habens vestem nuptialem,
qui ex precepto domini missus fuit in te
nebras exteriores. Tales debent vos
esse fratres qui estis pastores. Sed et
vos filii satagite diligenter ut sitis
pariter mansueti et innocentes,
nec reddentes malum pro malo neque
maledictum pro maledicto, cum exemplo

117
1049

quam maledicitur non maledixit
Et ecce aut sitis fructuosi reddentes
pastoribus vestris lac et lanam primi
tias et oblaciones quas certe non
potestis sine periculo retinere. Dignus
est enim mercenarius mercede sua
secundum apostolum. Si seminamus vobis
spiritualia non est magnum si carna
lia vestra metamus. Ergo dum
tempus habetis seminate in benedic
tionibus ut metatis vitam eternam
Ipso prestante qui est super omnia deus
in secula seculorum amen. De sancta maria magdalena

Ubi habundavit
delictum superhabundavit
et gratia. Ro. quinto. propositum
nobis verbum apostoli clarum est in maria
magdalena fuisse completum in
qua scilicet habundavit delictum
superhabundavit et gratia. Septem
modis peccavit. Septem autem
modis mortalitas humana delinquit
tribus gradibus et quatuor spe
ciebus scilicet in corde ore et opere. per
ignoranciam impotenciam negligenciam
et industriam. hec fortasse sunt
illa septem demonia que domi
na magdalena christus eiecit scilicet
peccatum cogitationis in corde locucionis
in ore operationis in opere delictum
simplicitatis per ignoranciam fra
gilitatis per impotenciam securitatis
per negligenciam malignitatis per
industriam. Ponere etiam credendum est
eam corporaliter a septem demoniis
sed spiritualiter a septem viciis fuisse li
beratam. Tripliciter enim demon
hominem vexat. Primo per culpam
auferendo graciam. secundo per penam
auferendo naturalia. tercio per iacturam
inferendo dispendia. Primo legitur
homo quidam descendebat ab ie
rusalem in iericho incidit in latrones
Secundo dicitur. erat ihesus eiciens
demonium et illud erat mutum ab
effectu scilicet quia mutum efficerat
Tercio dicitur. Quia sathan per
cussit Iob ablatis prius omnibus
bonis ulcere pessimo et cetera

Vexabant ergo septem demonia
mariam magdalenam per culpam
qui eam septem modis non solum
delinquendo sed et peccando subiece
rant. Delictum enim est in obmit
tendo peccatum in committendo. Unde dominus
in levitico distincte precepit ho
stias offerri pro delicto et pro peccato
Deliquit et peccavit in corde ore
et opere. Deliquit in corde cum de
votas cogitaciones abiciat
peccavit in corde cum indecentes
cogitaciones recepit. bone namque
cogitaciones descendunt a deo. unde
Iacobi primo. Omne datum optimum
et omne donum perfectum desursum
est et tales cogitaciones ascendunt
ab homine secundum quod dominus inquit
apostolis. Et quid ascendunt cogita
ciones in corda vestra. Deliquit in
ore cum tacuit veritatem. peccavit
in ore cum protulit falsitatem. Primo
dicit propheta. Ve michi quia tacui. Se
cundo psalmus. Perdes omnes qui lo
quuntur mendacium. Deliquit in
opere cum bonum obmisit. peccavit
in opere cum malum commisit. Et ita p
capitur in psalmo. Declina a ma
lo et fac bonum. Sunt autem eius
peccata magna. multa et notoria
Magna fuit quia christus septem
demonia de ea eiecit. Multa
quia dimissa sunt ei peccata multa
Notoria quia mulier erat in civitate
peccatrix. Omnibus ad eam patebat
accessus. Nec quis enim patiebatur
abeat repulsam. Sed ubi habunda
vit delictum superhabundavit et
gratia. Nam quia magna fuit eius
peccata satis fecit dolore. quia multa
fuit eius peccata multo satisfecit la
bore. Quia notoria notorie satis
fecit pudore. Hec tria sunt que
digna faciunt satisfactionem. scilicet
dolor in corde. pudor in ore. labor
in opere. ut mensa salomonis [illegible]
Utque quis peccat per ea tor
quetur. Primo qui peccavit ad
fontem ... abluenda magno

dolore turbata lacrimis pedes eius rigauit. Notabili pudore confusa stetit retro secus pedes eius et osculabatur eos. erubescens ante in faciem domini apparuit. Sed tacens ore clamabat corde. Domine tu scis insipientiam meam et delicta mea a te non sunt abscondita. Sicut que non erubescit convivas. dominum erubescit cum illi occurrens. Sed domina interius contemplatur. Attulit alabastrum unguenti et unxit pedes ipsius nec semel hoc tamen egit sed sepius. Primo enim in domo Symonis pharisei pedes domini unxit, secundo enim in domo Symonis leprosi super caput eius unguentum effudit tertio enim emit aromata ut veniens ungeret corpus Ihesu. Delictum quoque cordis purgauit lacrimis. delictum oris labiis. delictum operis unguentis. Hec est enim immutatio dextere excelsi. sicut enim exhibuit membra sua seruire immunditie ad iniquitatem. ita secundum exhortationem apostoli exhibuit ea seruire iustitie et sanctificatione. Quinque etenim sunt sensus corporis scilicet visus auditus gustus odoratus et tactus his quinque sensibus habundauit in magdalena delictum et superhabundauit et gratia. Deliquit oculis quia fornicatio mulieris in extollentia oculorum consistit. Sed oculis satisfecit quia maria stabat ad monumentum foris plorans. Deliquit auribus quia conuertit auditum ad fabulas vanitatis. Sed et auribus satisfecit quia sedebat secus pedes domini et audiebat verbum illius. Deliquit naribus quia odoribus unctis in naribus suis mulier pulcra et fatua. Sed et naribus satisfecit quia accepit libram unguenti nardi pistici preciosi et unxit pedes Ihesu et domus impleta est ex odore unguenti. Deliquit in labiis quia fauus distillans labia meretricis. Sed et labiis satisfecit quia stans retro secus pedes domini cepit rigare

pedes eius et osculabatur eos. Deliquit manibus quia multis impreciis domum constructa manibus destruxit et manibus satisfecit quia lauit pedes Ihesu. Secundum in sensibus deliquit et peccauit per ignoranciam et fragilitatem per negligentiam et malignitatem. Sed ubi habundauit delictum superhabundauit et gratia. Nam contra delictum ignorantie suscepit in se contemplatione scientiam. et contra peccatum fragilitatis assumpsit in passione constantiam. tertium contra delictum negligentie primum exercuit operationis ministerium. contra peccatum malignitatis benignum exhibuit dilectionis officium. De contemplationis scientia commendatur a domino quia optimam partem elegit que non auferetur ab ea. Sedebat enim secus pedes domini audiebat verbum illius. De mentis constantia commendatur ex eo quod cum discipuli relicto Christo fugissent maria usque ad crucem Christum secuta est. De operationis obsequio commendatur a domino qui inquit molesti estis huic mulieri opus enim bonum operata est in me. De dilectionis officio commendatur ex eo quod dimissa sunt ei peccata multa quoniam dilexit multum. Caritas enim operit multitudinem peccatorum. Diligebat maria dominum quia dominus diligebat mariam sicut Johannes xi°. Diligebat autem Ihesus martham et sororem eius mariam. Fleuit maria pro domino quia fleuit dominus pro maria. Unde illius Ihesus ut vidit mariam plorantem turbauit se met ipsum et lacrimatus est. Sed illa flebat querens viventem cum mortuis fleuit iste reuocans mortuum ad viventes. Habundauit igitur in maria magis delictum quia multis fuerat viciis irretita. Superhabundauit et gratia quia fuerat uniuersis virtutibus decorata. Nec enim vicia sibi inuicem aduersantur ut alia cum aliis haberi non possint sed virtutes sibi inuicem sufficia

gerentur ut alie sine aliis haberi
non valeant. De cetero fratres quia
quecumque scripta sunt ad nostram doc-
trinam scripta sunt. Exemplo beate
marie magdalene conuertamur
ad dominum qui pius et misericors est
et prestabilis super maliciam. Non
enim vult mortem peccatoris sed ut con-
uertatur et viuat. Sit nobis ergo
exemplo dolor contricionis in corde
pudor confessionis in ore labor
sanctificacionis in opere ut deleatur
peccatum cogitacionis ut puella susci-
tatur in domo ut abluatur tumor
locucionis ut adolescens suscitatur
in porta ut purgetur fetor operaci-
onis ut suscitatur lazarus de sepul-
chro. Illo misericorditer concede-
te qui primo marie magdalene
sue resurreccionis gaudium inti-
mauit dominus ihesus christus.

de sancto laurencio

Laurencii

Probasti cor meum
et visitasti igne nocte
igne me examinasti et
non est inuenta in me iniquitas.
Tria sunt que beatum laurentium
gloriose commendant scilicet opera
iusta miracula clara tormenta
crudelia. Propter hec tria propheticis
verbis clamabat ad dominum Pro-
basti cor meum operibus iustis
et visitasti me nocte miraculis
claris igne me examinasti tormen-
tis crudelibus. Operibus iustis
quia iam thezauros ecclesie dis-
persit dedit pauperibus. Miraculis
claris quia nox mea obscurum
non habet sed omnia in luce clare-
scunt qui per signum crucis cecos
illuminauit. Tormentis crudelibus
quia in craticula te dominum non nega-
ui et ad ignem appositus [illegible]
Probasti cor meum operibus iustis
quia arbor ex fructu cognoscitur. Non
enim potest arbor bona fructus ma-
los facere. Visitasti me nocte mi-
raculis claris quia mirabilis deus

Th. a.
ps.

in sanctis suis ipse dabit virtutem
et fortitudinem. Igne me examina-
sti tormentis crudelibus. Beatus
vir qui suffert temptacionem
quia cum probatus fuerit accipiet
coronam vite. Ergo probasti cor
meum et visitasti nocte igne
me examinasti. **Distinctio ignis**

Iac. 1

Triplex est ignis scilicet spiritualis
artificialis et naturalis quilibet
autem istorum est multiplex. Quia
naturalis alius celestis alius
terrestris alius infernalis. Artifi-
cialis ignis quidam elicitur quidam
educitur quidam conficitur. Spiritu-
alis ignis alius culpe alius pene
alius gracie. Culpe liuor inuidie
vel ardor auaricie. De quo legitur
Super eos cecidit ignis et non vide-
runt solem. Et alibi Ascendit i-
gnis et combussit speciosa deserti.
Ignis pene est dolor compunctio-
nis. De quo legitur. Hec faciens car-
bones ignis congeres super caput
eius. Item In meditacione mea ex-
ardescet ignis. Ignis gracie est feruor
caritatis vel splendor veritatis. De quo
scribitur Ignem veni mittere in
terram. Item De excelso misit
ignem in ossibus meis. Est et
ignis diabolicus et diuinus. De primo
Ignis de celo cecidit. Item Videbam
sathanam sicut fulgur de celo ca-
dentem. De secundo Qui facit angelos
suos spiritus et ministros suos flam-
mam ignis. De tercio Deus noster
ignis consumens est. Item Proba-
sti nos deus igne examinasti.
De secundo. Si quis succenderit ignem
et ignis deprehenderit segetes ille
reddet damnum qui ignem succenderit.
De tercio [illegible] Vniuscuiusque
opus quale sit ignis probabit. Est
et ignis [illegible] septiformis ignis cari-
tatis constancie et ignis [illegible]
ne [illegible] De primo venit
dominus de monte pharan et in manu

ps. / Ezech. / Ro. 12 / ps. / Luc. 12 / Tren. 1 / Iob 1 / Luc. 10 / ps. / Deut. 4 / ps. / Exo. 22 / 1 Cor.

cuius ignea lex. De secundo praedicatum igne
de medio tui qui comedit te Ezechielis
Ite maledicti in ignem eternum. [illegible]
fratres est ignis inflammationis pacifice de
quo dicitur Expandit nubem in pro-
tectionem eorum et ignem ut luceret
eis per noctem. Ignis divini iudi-
cii de quo scribitur Ignis in conspectu
eius semper ardebit quia vero iudi-
cia dei abyssus multa. Ignis divini
iudicii multiplex de causis emittitur ad ul-
cionem ut ibi pluit dominus super Sodo-
mam et Gomorram sulphur et ignem
ad significationem ut ibi descendens
ignis de sublimi devoravit holocau-
sta et ut legitur est et ignis bonus
de quo dicit Johannes Ipse baptiza-
bit vos spiritu sancto et igne. Et ignis
malus de quo dicit propheta Vermis
eorum non morietur et ignis non extin-
guetur. Cum ergo tot speciebus
ignis scriptura sacra distinguat quo
igne gloriosus martir et levita
Laurencius probatus [illegible] examinatum
se fuisse testatur. Profecto examinatus
est igne persecutionis in corpore, delecta-
tiones in corde idest in adustis et pro-
cessis imperatoris quia probavit eum
dominus inde et visitavit nocte.
Probavit impius et visitavit in adver-
sitate. Sunt humilis et misericors
in adversitate humilis et patiens in
neutro defecit. Sed in utroque profecit
quia diligentibus deum omnia coope-
rantur in bonum. Deus autem impro-
bitatem confundo gratiam et infundendo
benedictionem. De primo dicit Visitavit
nos oriens ex alto. De secundo dicitur
Visitavit in virga iniquitates eorum.
Secundum inter omnia prospera duo ma-
xime solent hominem corrumpere
scilicet opes et dignitates. Opes cupidum
faciunt sed dignitates superbum. Inter
adversa duo sunt maxime solent cor
humanum subvertere scilicet dampna
rerum et pericula personae. Illa pro-
timorem [illegible] ista propter
timorem humanum. Contra vero

contraria in ipso se posita clarius
elucescunt. Propendamus in medio
pharaonem qui defecit in prosperi-
tate et adversis ut de comparatione eo-
rum illius vitium istius virtutem
extollat. Ipse namque fuit rex in
terra Egypti iste archidiaconus eccle-
sie. Ille tyrannus corporis iste me-
dicus animarum. Ille temporalium rector
iste spiritualium dispensator. Ille be-
neficia Joseph penitus ignorabat iste
dona dei iugiter memorabat. Ille
populum dei detinebat in servitute iste
thezaurum ecclesie habuit in potestate.
Ille populum dei angariis affligebat
iste thezaurum largis manibus ero-
gabat. Ad illum venerunt Moyses
et Aaron ut populum liberaret. In istum
insurrexerunt Decius et Valerianus
ut ecclesie thezaurum diriperent.
Ministri dei contra ministrum dyaboli.
Ministri dyaboli contra servum dei. De-
cius et Valerianus minabatur [illegible]
Moyses et Aaron confortabat [illegible]
tibus. Ille promebant [illegible] perpetua
isti dabant [illegible] consilia. Pharao
tamen sanis consiliis noluit acqui-
escere. Laurencius seuis precibus
noluit obedire. Ille nomen domini
superbe contempsit iste nomen eius humi-
liter praedicavit. Ille graviter populum
affligebat iste thezaurum largiter ero-
gabat. Illum tandem Moyses et
Aaron decem plagis [illegible] percus-
serunt. Istum Decius et Valerianus
decem tormentis crudeliter cruciaverunt.
Primo namque beatus Laurencius fuit
[illegible] in carcerem secundo scorpionibus
caesus tercio [illegible] quarto laminis
[illegible] flagellatus quinto laminis
ignitis adustus sexto [illegible]
plumbatis septimo in craticula [illegible]
sus octavo [illegible] lapidibus no-
no [illegible] comprehensus decimo fla-
mis assatus. Decem ille plagis re-
vocari non potuit iste nullis
tormentis [illegible]. Ille magis
ac magis confortabat in bono

ceteri qui contrarium sunt in via con
traria erunt in morte. ita ille semp
[illegible] sunt aeque sinceri. iste
sup craticula sunt igne crematus
at ille de aquis minime transiuit
ad incendium. iste de igne transiuit
ad refrigerium. ille descendit in con
[illegible] demonum. iste ascendit in col
legium angelorum. Ceteris fratribus ha
bemus exemplum beati laurencii in eam
et humilitate in ipsius. fortitudine
et pacientia in adversis ut simus in se
[illegible] corde ore ope. Corde per
compassione. ore per correccionem
ope per subvencionem. ut simus humi
les ad minores ad pares et ad mio
res ad maiores per debita necessi
tate. ad pares per mutuam caritatem
ad minores per habundantem humilitate
ut simus fortes in corde. fortes in
ore. fortes in ope. ut simus pacientes
in [illegible] in opprobriis et flagellis
ne [illegible] dolorem ne [illegible]
[illegible] ne mutamus [illegible]
preceptum divinum diligamus inimicos
nostros et [illegible] qui oderunt
nos prestante domino.

In assumpcione sancte [Marie]

Intravit ihesus in quoddam
castellum et mulier quedam marta
nomine excepit illum in domum suam.
Castellum illud est virgo maria [illegible]
[illegible] quod intravit ihesus quando
verbum caro factum est sicut angelus
illi predixerat pariens filium de spiritu
sancto. Ad muniendum castelli duo
sunt necessaria scilicet murus exterior
et turris interior. Ad custodiam eius ca
stelli duo sunt oportuna scilicet specu
lator ut contempletur et pugnator
ut operetur. Sane in hoc spirituali ca
stello quod est [illegible] virgo maria
murus exterior est virginitas corporis
turris interior humilitas est cordis.
Nam omnis qui se exaltat humilia
bitur et qui se humiliat exaltabitur.

Unde eadem virgo. Deposuit poten
tes de sede et exaltavit humiles.
De virginitate [illegible] ad angelum
Quomodo fiet istud quoniam virum non cognos
co. [illegible] antequam [illegible]
est in utero habens de spiritu sancto. De
[illegible] humilitate ait ad angelum
Ecce ancilla domini fiat mihi secundum ver
bum tuum. quia respexit humilitatem
ancille sue. Luce primo. O felix vir
ginitas quam ornat humilitas. o
felix humilitas quam ornat virginitas.
humilitas ornat virginitatem ne sit
superba. virginitas humilitatem ne sit
despecta. Est ergo virginitas humilis
ne extollatur. et humilitas virginalis
ne contempnatur. Legimus enim et vir
gines prudentes et virgines fatuas.
prudentes sunt humiles fatue sunt
superbe. Habet castellum istud murum
virginitatis contra insultum luxurie
habet et turrim humilitatis contra
incursum superbie. Isti namque sunt hostes
qui miserum hominem frequenter
ac violenter infestant scilicet luxu
ria carnis exterius et superbia men
tis interius. Unde apostolus Non est
nobis colluctacio adversus carnem
et sanguinem etc. luxuriam sed adversus
spiritualia nequicie in celestibus etc.
superbia. Et hec [illegible] sunt tur
pia que non [illegible] decent. et illa
impia que non licent. contrarie
vana que non expediunt. Si quis
te luxuria carnis impugnat ad
hoc castellum per [illegible] virginitatis
adhere [illegible] mariam. Tunc in
qua [illegible] eam et non est exau
ditus ab ea. Si quando te superbia
mentis infestat ad hoc castellum
descende [illegible] enim mariam. hec
est enim mater pulcre dileccionis
et agnicionis et spei. que [illegible]
orat [illegible] supplicat pro peccatoribus
intercedit. In hoc castello duo [illegible]

Luc. 1

Luc. x

eph. 6

sup

in assumpcione

intrauit quoddam castellum. Istud castellum custodiunt martha scilicet que operatur et laborat. maria que quiescit et contemplatur. Illa laborat ne castellum capiatur per negligentiam. ista quiescit ne capiatur per ignorantiam. Ignorantia gignit errorem. negligentia parit torporem. per errorem cordis delinquimus in intendendis per torporem operis delinquimus in agendis. Porro sine fide impossibile est placere deo. quia fides sine operibus mortua est. Vigilet ergo contemplatiua ut deleat ignorantiam quia ignorans ignorabitur. laboret actiua ut perimat negligentiam quia maledictus homo qui opus dei agit negligenter. Audi virginem laborantem. Fili quid fecisti nobis sic etc. Audi virginem contemplantem. maria autem conseruabat omnia verba hec conferens in corde suo. Verum quando negligentia reddit pigrum immo ea martha age cum lya. Et quia ignorantia reddit obscurum appella mariam. vigila cum rachele. Sed non solum autem officia sed nomina conueniunt sacramento. Nam martha interpretatur amaritudo. maria quidem amaritudine sonat. maria vero stella maris interpretatur. Vnde et in contemplatione signatur illuminatio et in actu amaritudo. propter quod ei dicitur martha martha sollicita es et turbaris erga plurima. In contemplatiua est multa illuminatio sicut psalmus dicit. Lucerna pedibus meis verbum tuum domine et cetera. Intrauit ergo ihesus in quoddam castellum et cetera. Quia venit ihesus non ad quietem sed ad laborem non ad pacem sed ad agonem. postremo venit ad mortem. Audi laborem. Laboraui clamans rauce facte sunt fauces mee. Expandi tota die manus meas ad populum non credentem etc. Vnde fatigatus

[...]gitur continue. Audi dolorem. O vos omnes qui transitis per viam attendite et videte si est dolor sicut dolor meus. Tristis est anima mea usque ad mortem. Vnde pauere cepit et tedere. Audi agonem. Factus in agonia prolixius orabat. Nam proprio filio suo non pepercit deus sed pro nobis omnibus tradidit illum. Factus obediens usque ad mortem. Audi quomodo ihesus satagebat circa frequens ministerium et turbabatur erga plurima. Cibus meus inquit est ut faciam voluntatem eius qui misit me. Baptismo habeo baptizari etc. Excepit ergo eum martha in domum suam. Secundum carnem pro de rachel natus est de lya. maria autem sedebat secus pedes domini et audiebat verbum illius.

Aliud propter pedes. Duo pedes domini sunt duo mentis affectus scilicet timor sanctus et timor castus. Primus preparat initium quia initium sapientie timor domini est. Secundus preparat finem. Nam finis precepti caritas est. maria ergo optimam partem elegit que non auferetur ab ea quia caritas numquam excidit. et timor domini sanctus permanet in seculum seculi. Beatus hos pedes deosculatur qui verbum capit audire ut secundum mandatum diuinum per timorem declinet a malo et per amorem faciat bonum. quia non auditores legis sed factores iusti sunt apud deum. Frustra ergo intendunt contemplari qui per timorem et amorem legem non custodit. Martha autem stabat et satagebat. maria vero sedebat et audiebat. Illa satagebat ut pasceret dominum sed ista audiebat ut pasceretur a domino. Illa cibo carnali ista cibo spirituali. Sed quanto maior est anima corpore tanto dulcius sapit spiritualibus cibis inunctio quam carnalibus inunctio. Quam dulcia inquit faucibus meis eloquia tua

Illa dicebat ad dominum Domine non
est tibi cure quod soror mea et cetera
Preterea dominus videbat Martha
martha sollicita es et cetera Non
hoc martha dicebat quasi invideret
marie quod ipsa laboraret et illa
requiesceret. Sed quia activa tamen sola
non sufficit propter difficultates re
rum et ambiguitates causarum
auxilium contemplative requirit
ut quod ipsa laborando vel operando
nequid efficere. illa orando et sup
plicando valeat impetrare Quia
cum moyses orabat in monte io
sue vincebat in valle. Sed dominus
videtur illi tamquam reprehenderit mar
tham commendando mariam. sed
pretulit unum multis cum ait Unum
est necessarium. optimum bonis tamen
addidit optimam partem elegit.
preterea transitoriis cum submicet
que non auferetur ab ea. Martha
igitur id est activa quamvis solli
cita sit circa bona transitoria tamen
satagit ne circa unum sed circa multa
turbetur. Maria vero id est contempla
tiva circa unum intenta. et illud non
solum est optimum sed etiam et perpetuum
Ad activam enim pertinent opera pietatis
scilicet esurientem sitientem et cetera Ipse
quoque minime deus commendat eam defen
sio sepulture dicens Quid molesti
estis huic mulieri opus enim bonum
et cetera Bona sunt ista sed nec est ces
sandum ab illis quamdiu fuerint ne
cessaria Porro cum cessaverit defectus
omnine nunc quando cessabit effectus et
misericordia miseris exhibetur Unum ante
venerit quod perfectum est evacuabitur
quod ex parte est et ideo est optimum
quod in eternum manebit Maria ergo
optimam partem elegit que non aufe
retur ab ea quia hec est vita eterna
ut cognoscant te solum et verum
deum et quem misisti Ihesum Christum
Quod utique nunc incipit a contem

platione perficietur et consummabitur
tandem in glorificatione per speciem
Audi quo apostolus tamquam activus
sollicitus erat et circa plurima
turbabatur Quis inquit infirmatur
et ego non infirmor. instantia mea
cottidiana sollicitudo omnium ecclesiarum
Sed audi quod tamquam contemplativus
raptus est usque ad tercium celum
et audivit archana verba et cetera
Ad hoc tamquam ad bravium aspi
rabat cum diceret Cupio dissolvi
et esse cum Christo Hoc illud tamquam
necessarium sustinebat cum diceret
manere autem in carne necessarium est
propter vos Ergo illa sunt necessaria
que circa satagebat martha id est
utilia et illud est necessarium quod ele
git maria id est immutabile sicut in lo
gica facultate dicitur quod aliud
est verum necessarium contingens et
illud quod ita verum est quod non
potest non esse verum Nonne cum
virgo dixit ad filium fili quid fecisti
nobis sic ego et pater tuus do
lentes querebamus te quasi cum mar
tha dixisse videtur domine non est tibi
cure et cetera Et cum ille respondisset
ad matrem quid est quod me que
rebatis nesciebatis quia in hiis
que patris mei sunt oportet me
esse Nonne quasi dominus respondisse
videtur ad martham Martha mar
tha sollicita es et turbaris erga
plurima porro unum est necessarium
Hoc unum optabat et petebat propheta
cum diceret Unam petii a domino hanc
requiram et cetera Preponit unum
multis quia sicut omnia procedunt
ab uno sic omnia procedere debent ad
unum ad illum scilicet qui est alpha
et o primus et novissimus principi
um et finis Ihesus Christus dominus noster

De eodem sermo

Que est ista
que progreditur
quasi aurora con
surgens pulchra ut luna

Math 26 · 1 cor 13 · Jo 17 · 2 cor 11 · 2 cor 12 · Phil 1 · Luc 2 · Ps

electa ut sol terribilis ut castrorum
acies ordinata. Canticorum vi°. Cum
aurora sit finis noctis et origo diei
merito per auroram designatur virgo
maria que fuit finis dampnacio-
nis et origo salutis, finis viciorum
et origo virtutum. Oportebat enim
sicut per feminam mors intravit in
orbem ita per feminam vita rediret
in orbem. Et ideo quod dampnavit
eva salvavit maria. Et unde mors
oriebatur inde vita resurgeret. Illa
consensit dyabolo et vetitum pomum
comedit secundum illud tulit de fructu
et comedit dedit que viro suo. Ista credidit
angelo et filium promissum concepit secundum
illud Ecce concipies et paries filium.
Illa comedit pomum ad mortem unde
illud quacumque die comederitis morte
moriemini. Ista concepit filium ad salu-
tem unde illud Ipse faciet salvum popu-
lum suum a peccatis eorum. Illa peperit in dolore
iuxta illud multiplicabo erumpnas
tuas et conceptus tuos in dolore pa
generavit in gaudio iuxta illud
annuncio vobis gaudium magnum quod
erit omni populo quia natus est salva-
tor mundi. Illa fuit de solo viro pro-
ducta quia edificavit dominus costam
quam tulerat de adam in mulierem.
Ista produxit virum et feminam. Hec autem
producta fuit de viro et femina sed solum
virum produxit quia femina tamen
dabit virum utero gremii sui. Illa
fuit sine culpa producta sed produxit
in culpam. Hec autem fuit in culpa
producta sed sine culpa produxit. Illa
dicta est eva, hec autem dicitur ave
quia per hanc mutatum est nomen
eve. Ave inquit gratia plena. Illa
fuit plena peccato sed tu plena gratia.
Illa maledicta in mulieribus sed tu be-
nedicta in mulieribus. Fructus ventris
illius fuit maledictus cayn sed fruc-
tus ventris tui est benedictus ihesus.
Cayn invidiose fratrem suum occidit sed
ihesus invidiose est a fratribus occisus.

Aurora fugatis tenebris lumen mundo
ostendit. Tu vero destructis viciis sal-
vatorem protulisti quia per te populus
qui ambulabat in tenebris vidit
lucem magnam. Illa salus illuminatio
que illuminat omnem hominem venientem
in hunc mundum. Tu es igitur aurora
consurgens finis scilicet noctis et ori-
go diei. **Quod maria assimilatur lune.**
Pulcra ut luna sicut tracto[illegible]
bilo asserunt qui de rerum naturis
tractant luna frigida est et humida
quia frigida designat virginitatem
quia humida humilitatem. Ignis enim
de quo siccitas provenit quasi levis
naturaliter petit sublimia. Aqua
vero de qua procedit humiditas quasi
gravius naturaliter petit humiliora.
Frigiditas igitur et humiditas lune
virginitas est et humilitas marie
que frigida fuit contra estum luxu-
rie, humida vero contra fervorem super-
bie. Luna vero tunc est pulcra ple-
ne cum constat rotunda. Et maria tunc
constat plene formosa cum fuit ple-
ne fecunda. Felix virginitas que orna-
vit humilitatem et felix humilitas que
ornavit virginitatem. Hec ergo virgini-
tas maledictionem illam incidit. Unde
dicitur maledicta est sterilis que non
peperit. Committatur illam contrahens de qua
legitur Omnis qui sit facit mundum de im-
mundo conceptum semine. Quomodo illa
virginitas nec vero virginitas vel secum
virginitas sentenciam illam incurrit de qua
legitur Omnis qui se exaltat humili-
abitur et econtra. Utraque comitatur humi-
litas. Hec tria simul coniuncta invenio
stat et confirmat in maria. Cum esset
inquit desponsata mater ihesu maria
ioseph antequam convenirent inventa
est in utero habens de spiritu sancto. Ma-
gna humilitas quia mater ihesu ma-
ria desponsata erat ioseph. Fecunda
fecunditas quia inventa est in utero
habens de spiritu sancto. Pura virginitas
quia antequam convenirent inventa
est in utero. Non quod post umquam
carnali copulacione convenerit

Job

quia virgo fuit ante partum et virgo post partum quia hec est porta in domo domini clausa et cetera hec est ortus conclusus fons signatus hec est rubus ardens et non consumens. De fecunditate dicit angelus Ecce concipies et paries filium. Ista vero de virginitate respondit Quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco. Unde ante audivit quod virginitas impediret fecunditatem vel fecunditas virginitatem Spiritus inquit sanctus superveniet in te et cetera. statim de humilitate subiunxit Ecce ancilla domini fiat michi. Fuit ergo maria pulcra ut luna virgo scilicet humilis et fecunda et electa ut sol. Duo proprie inveniuntur in sole scilicet splendor et calor. Quia splendor significat sapienciam sapienciam quia calor significat caritatem. De sapiencia legitur quia ipsa est candor lucis eterne et speculum sine macula dei maiestatis et ymago bonitatis illius. De caritate dicitur Cuius ignis est in syon et caminus in ierusalem. aque multe non possunt extinguere caritatem. Electa est ergo maria quatenus caleret et splenderet ut sol splenderet per sapienciam caleret per caritatem quia spiritus sanctus supervenit in eam. Spiritus sanctus est caritas de quo dicitur Deus caritas est. Sapiencia est de qua legitur Christus est dei virtus et dei sapiencia. Mariam audi interrogantem ex sapiencia Quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco. Audi respondentem ex caritate Ecce ancilla domini fiat michi secundum verbum tuum. Audi sapienciam in maria audiens verba hec conferens in corde suo. Audi caritatem Magnificat anima mea dominum. Supervenit ergo spiritus sanctus in eam ut ad concipiendum in corpore daret ei caritatis affectum aptatus legitur quia christus natus est de spiritu sancto ex maria virgine

et virtus altissimi obumbravit ei ut ad concipiendum in corde daret ei sapientie intellectum propter quod sequitur Beata que credidisti quoniam completa sunt omnia que dicta sunt tibi a domino. Concepit in corde verbum quod caro factum est et habitavit in ea concepit in corde verbum quod erat in principio apud deum. Electa est igitur ut sol unde in sole posuit tabernaculum suum. Tercio. Terribilis ut castrorum acies ordinata. Septimum est eo quia sapiencia vincit maliciam inter quas in hac vita mortali grandis et gravius exercetur conflictus. Pro sapiencia namque propugnat chorus virtutum pro malicia vero expugnat exercitus viciorum quia non est conventio lucis ad tenebras neque christi ad belial. Castra viciorum quasi ducem sequuntur superbiam de qua dicitur quia initium omnis peccati est superbia. Castra vero virtutum quasi ducem sequuntur humilitatem de qua dicit maria Respexit humilitatem ancille sue. Acies ergo castrorum id est plenitudo virtutum ita fuit in virgine ordinata quod de se vere dicere posset Introduxit me rex in cellam vinariam et ordinavit in me caritatem. Et postquam in ea plenitudo divinitatis corporaliter habitavit vicerat totam maliciam quia ut vehementer opinor fomes peccati languor nature feminis calcatus in ea fuit non solum sopitus sed prorsus extinctus ut deinceps caro non concupisceret adversus spiritum sed plena gratia ornatus 2 demoniis terribilis appareret. Ipsa ergo est aurora consurgens quia lucet in diluculo pulcra ut luna quia lucet in nocte electa ut sol quia lucet in die. Nox autem est culpa diluculum penitentia dies gratia. Qui ergo iacet in nocte culpe respiciat lunam deprecetur mariam

ut ipsa per filium cor eius ad com-
punctionem illustret. quibus enim
deuote inuocauit eam et non est
pandetis abeat. Tercii enim peruenie-
rat in diluculo penitencie respiciat
auroram. respicitur mariam ut ipsa
per filium cor eius ad satisfactionem
illustret. quia beata milicia est vita
hominis super terram. nam mundus est
positus in maligno. quia caro con-
cupiscit adversus spiritum et spiri-
tus adversus carnem. oculus autem
respicitur mors ingrediens per fene-
stras. quia non est nobis colluctatio
adversus carnem et sanguinem. Nam
adversarius noster dyabolus tamquam
leo rugiens circuit etc. Quicumque
sentit impugnationem ab hostibus
deest amicorum admonere vel auxi-
liare respiciat castrorum aciem
ordinatam. respicitur mariam ut ipsa
per filium mittat auxilium de sancto
et de syon tueatur ipso prestante
qui est super omnia deus. In nativitate
marie sancte marie

Job 40

In oculis eius quasi hamo
capiet behemoth. Verba que
locutus sum vobis karissimi verba sunt
domini loquentis ad iob. pauca secundo
multa. parua et magna. brevia
et prolixa. pauca litteris sed multa
sententiis. parua sillabis sed magna
figuris. brevia dictionibus sed prolixa
significationibus. plena sunt ora-
culis misteriis. In instrumento
... in piscatoris quatuor no-
tantur scilicet virga et linea et ha-
mus et esca. Unde sit hec vir-
ga propheta determinat dicens Egre-
dietur virga de radice iesse. hec est
virgula fumi ex aromatibus mirre
et turis. virga floruit et attulit
fructum. quia virgo concepit et
peperit christum. hanc ergo virgam dixe-
rimus esse mariam. Virga tenuitudinem
habet ne sit dura. rectitudinem ne sit
curua. longitudinem ne sit curta.
Maria beata virginitatem habet
sine concupiscentia. humilitatem sine
superbia. caritatem sine malicia. De
virginitate dicitur ecce virgo conci-
piet. de humilitate respexit humili-
tatem ancille sue. De caritate sti-
pate me malis ornate me flo-
ribus quia amore langueo. Huic
virge linea colligatur quam
matheus ewangelista describit liber
generationis ihesu christi filii dauid
filii abraham. hanc autem lineam
dixerim esse genealogiam. Nam
sicut linea piscatoris de diversis
filis connectitur. sic genealogia sal-
vatoris de diversis personis contexitur
scilicet de viris et mulieribus. de
iudeis et gentibus. de iustis et pec-
catoribus. Nam omnes peccaverunt
et omnes egent gloria dei. Unde in
ewangelio. Non veni vocare iustos
sed peccatores. Huic linee subnectit
hamum. Unde Jacob genuit ioseph
virum marie de qua natus est ihesus
qui vocatur christus. Hunc igitur
hamum dixerimus esse christum ferreum
acutum et unctum. ferreum per po-
tenciam. acutum per sapientiam. unctum
per dilectionem. Quia per potenciam
enim domat et superat. per sapientiam
penetrat et indagat. per diligenciam
retinet et conservat. De primo
psalmus. reges eos in virga ferrea.
De secundo apostolus vivus est sermo
dei et efficax et cetera. De tercio dominus
hec est voluntas patris mei ut
omnes quos dedit michi non perdam
ex eo etc. Huic hamo esca imposita
fuit. esca enim verbum caro factum
est et habitavit in nobis. hamus enim
esca celatus est. deus carne velatus.
hanc igitur escam dixerim esse
carnem. secundum quam christus se ap-
paruit. vermis sum et non homo.
Dicitur autem vermis propter vilitatem
abiectionis et propter puritatem generationis

Ys 11

Mt 1

Rō 3
Mt 9

Heb 4
Jo 6

ys 53

conceptionis. Nos inquit propheta pu tavimus eum quasi leprosum percussum a deo et humiliatum. Sicut enim vermis nascitur sine semine, ita Christus natus est sine [viro] virgine. Hunc hamum misit piscator in mari ut caperet piscem. Tunc dominus misit Christum in mundum ut caperet behemoth id est diabolum. Diabolus enim tunc cepit escam humanitatis, captus est hamo divinitatis. Unde propheta:

ys 27

In die illa visitabit dominus in gladio suo grandi et forti super leviathan serpentem vetem et tortuosum et occidet cetum qui est in mari. Propheta dicit in psalmo: Veni in altitudinem maris et tempestas demersit me. Quoniam quia diabolus Christum suggerit occidi tunc a Christo incurrit captivandi inferni illius.

Ozee 13

O mors ero mors tua et cetera. Diabolus enim paradisum intravit et colonos eiecit. Christus ad inferum descendit et captivos eduxit. Nam quia diabolus misit manum in illum in quo nichil iuris habebat, iuste amisit illos in quibus aliquid iuris videbatur habere. Ne vero diabolus videretur fraude deceptus, cum hamo dicitur captus, premisit in oculis suis quasi hamo capiet behemoth. Nam scienti et volenti dolus non infertur. Diabolus enim Christum et cognoscendo timuit et timendo cognovit.

Mr 1

Quid inquit tibi et nobis Ihesu Nazarene? Scio quia sanctus dei es. Et iterum: Quid michi et tibi Ihesu fili altissimi et cetera. Consueta tamen audacitas eum traxit et temeritas impulit ut sanguinem eius sitiret et carnem appeteret. Behemoth nomine interpretatione significat beluam. Diabolus enim per diversas proprietates diversis animalium nominibus appellatur. Nominibus volucrum per superbiam et elationem, nominibus bestiarum per violentiam et impressionem, nominibus reptilium per astuciam et deceptionem. Hiis enim quatuor modis maxime temptat et superat. Dicitur avis, unde: Nunquam illudes ei quasi avi. Et specificato vocabulo dicitur perdix, congregavit quos non peperit. Demones ergo volucres appellantur. Unde aves celi comederunt illud. Dicitur behemoth id est bestia. Unde ecce behemoth quem feci tecum. Et specificato vocabulo dicitur leo. Unde tanquam leo rugiens circuit. Dicitur lupus. Unde lupus rapit et mercennarius fugit. Demones ergo bestie nuncupantur. Unde: Ne tradas bestiis animas confitentes tibi. Dicitur serpens. Unde visitabit dominus in die illa super leviathan serpentem veterem. Leviathan enim interpretatur additamentum eorum, quia primis parentibus gloriam promisit. Eritis inquit sicut dii scientes bonum et malum. Et specificato vocabulo dicitur coluber. Unde obstetricante manu eius eductus est coluber tortuosus. Dicitur draco. Unde draco iste quem formasti ad illudendum nobis. Demones ergo quia diversis modis seducunt diversis nominibus reptilium appellantur. Unde super aspidem et basiliscum ambulabis et conculcabis leonem et draconem. Item caput aspidum suget et occidet eum lingua vipere. Dicitur piscis, in cuius figura piscis immanis venit ut devoraret Thobiam. Et specificato vocabulo dicitur cetus. Unde occidit dominus cetum qui est in mari. In omnibus hiis appellatur sathan id est diabolus vel adversarius. Unde sathan stabat a dextris eius ut adversaretur ei. Dicitur belial id est apostata prevaricator absque iugo. Unde que conventio Christi ad belial. Dicitur diabolus id est criminator sive deorsum fluens. Unde diabolus stet a dextris eius et oratio eius fiat in peccatum. Forte est

ergo diabolus et astutus sed fortior et
astutior superveniens quia vasa eius
disrumpit et captivos educit dux
tribus certis *In sollempnitate trinitatis sermo*

Duo seraphim clamabant alter ad alterum et di-
cebant Sanctus sanctus sanctus
dominus deus exercituum plena est
omnis terra gloria tua. Duo seraphim
quorum alter ad alterum clamabat
duo sunt testamenta quorum alterum
convenit alteri. nam rota rota
netur in medio rote et duo cheru
bin sese respiciunt versis vultibus in
propiciatorium. Unde utrumque testamentum
consimiliter incipit illud sic In princi-
pio deus creavit celum et terram istud
sic In principio erat verbum et
verbum erat et cetera. Quod enim
in illo minus aperte dicitur et scribitur
in isto magis aperte narratur
Tres sunt qui testimonium dant in
celo pater verbum et spiritus sanctus
et hii tres unum sunt. hoc dicitur
aperte in novo. quia dicitur obscure
in veteri Sanctus sanctus sanctus domi-
nus deus exercituum propter trinitatem quam contine-
at misterium quod cuidam et co-
tollentes hec verba que invadant circa
hodierne sollempnitati plene sibi
et plane conveniunt. Deus enim
trinus et unus in tribus locis hic
exercitus unum qui triumphat in celis.
alterum qui pugnat in mundo.
tercium qui iacet in purgatorio
de hiis tribus exercitibus inquit apostolus
In nomine domini ihesu omne genu
flectitur celestium terrestrium et infernorum
hii tres exercitus distincte clamant
cum seraphim sanctus sanctus sanctus. ergo
quia sanctus pater. sanctus filius sanctus
spiritus sanctus. Patri namque attribuitur
potencia que convenit exercitui qui
pugnat in via. filio sapiencia que
convenit exercitui qui triumphat in
patria. spiritui sancto misericordia que convenit
exercitui qui iacet in pena. Primus
exercitus in laude. secundus in agone
tercius in igne. De primo Beati qui
habitant in domo tua domine in
secula seculorum laudabunt te. De secundo
milicia est vita hominis super terram
De tercio uniuscuiusque opus quale
sit ignis probabit. *De locis in qui-
bus humani spiritus morantur*

Sane quinque sunt loca in quibus
humani spiritus commorantur scilicet
supremus qui est summe bonorum
infimus qui est summe malorum. medius
qui est bonorum et malorum. et inter
supremum et medium qui est unus me-
diocriter bonorum. et inter medium et
infimum alter. qui est mediocriter
malorum. Primus est celum in quo sunt
beati. secundus infernus in quo sunt dam-
pnati. tercius mundus in quo sunt iusti
et peccatores. quartus paradisus in quo
sunt enoch et helias viri quidam
sed adhuc mortui. quintus purga-
torium in quo puniuntur qui peni-
tenciam non egerunt in vita vel
aliquam maculam portaverunt venia-
lem in morte qui proprie mali di-
cuntur. partim a malo penitencie
partim a malo culpe. licet autem
quinque sint loca in tribus tamen
exercitibus dei commorantur. Nam
qui sunt in inferno non pertinent ad exer-
citum dei sed zabuli quibus tamen
dicetur ite maledicti in ignem eternum
Qui vero sunt in paradiso licet per-
tineant ad exercitum dei propter hoc
exercitum non perficiunt cum sint duo
Ecclesia autem exercitum hodie reddit
laudes pro exercitu qui triumphat in
celo. et alia fundit preces pro exercitu
qui iacet in purgatorio pro illo
reddit laudes qui regnat in gloria
pro isto fundit preces ut evadat
ex pena. Quam venerabilis ergo quam
salubris est huius observancie insti-
tucio. Quis enim non reddat laudes
individue trinitati pro sanctis ...

pabus et meritis nos eciam magnificari ut ubi sunt illi simus et nos
Eius enim non libenter fundat preces
indiuidue trinitati quorum tam
xpi sumus mortui ut aliqui fiant
in ac beati quod sibi vult fieri post
hanc vitam. Plena est igitur omnis
terra gloria tua quia sollempnitas ista
per qua deus glorificatur in sanctis
in omne tempus omnium sanctorum
que sub una sollempnitate omnium sanctorum
merito recolitur ad laudem et gloriam
indiuidue trinitatis qui viuit et regnat
in unitate per omnia secula seculorum

Nimis honorati sunt amici tui deus nimis confortatus est principatus eorum. Sermo plurimorum apostolorum

Unusquisque poss
sit quispiam plus honorari quam
ut vir sancti dei beatus appellatur
amicus. Si enim honorificum reputatur
inter amicos terreni regis ascribi quanto
plus debet honorabile reputari
celestis esse regis amicos. Inter
familiares autem amicos debet esse
communitas euentuum et communitas
secretorum et voluptatum conquibus fi
des ut amicitia comprobatur. Hec e
primum amicorum nichil esse commune
illos. Christus enim tam insolubili cari
tate sibi coniunxit apostolos ut eorum
euentus reputet esse suos. Sicut illis
dicebat qui vos spernit me spernit
et qui vos recipit me recipit. Propter
quod Paulo dicebat Paule Paule
quid me persequeris. Durum est tibi
contra stimulum calcitrare. Item petro querenti Domine
quo vadis. Respondit vado romam
iterum crucifigi. Ipse quidem impas
sibilis regnabat in celis et tamen
passibilem se dicebat in terris quia
sua reputat esse suorum et suorum repu
tat esse sua. Nonenim dispar est euentus
quorum est par affectus. Una est enim
fortuna quorum est anima una. Unde
dicebat volo pater ut ubi ego sum
illic sit et minister meus. Item pater
quos dedisti michi volo ubi ego
sum illi sint mecum et dilectio tua
qua dilexisti me in ipsis sit et ego
in ipsis ut sint unum sicut et nos
unum sumus. Ideo etiam apostolos suos
tam sincera sibi amicitia copula
uerat quod suorum eos fecit consortes
secretorum Johannis xv Iam non equidem
non dicam vos seruos. Seruus enim
nescit quid faciat dominus eius.
Vos autem dixi amicos quia omnia
quecumque audiui a patre meo
nota feci vobis. Et iterum Luce viii
vobis datum est nosse misterium re
gni dei ceteris autem in parabolis.
Propterea ipse dicebat Mathei xi Con
fiteor tibi pater celi et terre quia
abscondisti hec a sapientibus et re
uelasti ea paruulis. Et quo verum
est quod omnia quecumque audiuit a patre
suo nota fecit illis. Cum dicat
multa habeo vobis dicere que non
potestis portare modo. Respondeam
dum est igitur tunc hec dixerit ille
pro facto qui dixit et facta sunt
qui cuncta fecit antequam fierent.
tunc sunt futura preterita ut postquam tam
sunt omnia futura tamquam preterita
quia futura. Vel aliter qui viuit
mediator clarauit omnia sunt quecumque
ergo quo ad ipsum notificauit spiritus
apostolis que clarauit ad illos notifi
canda clarauit. Cum venerit
inquit ille spiritus veritatis docebit
vos omnem veritatem qui nos docebit
in mediatoribus et clarius omnes
docibiles dei. Tertius vero tamquam
verus amicus apostolis suis reuelauit
occulte ipsi vero tamquam veri
amici dei sua beneplacita perfecerunt
sicut illis dicebat Johannis xiiii
Vos amici mei estis si feceritis
que ego precipio vobis. Item si quis
diligit me sermonem meum seruabit
et cetera. Et qui facit voluntatem patris
mei qui in celis est et cetera. Unde super
manum extendens in discipulos suos
dixit hec est mater mea et hii sunt
fratres mei. Nimirum ipse pro illis animam
suam posuit et illi pro illo animam
posuerunt pellem quippe pro pelle et

Ostenditur ad amicitiam Beatorum

1

Luce
Mt

Johannes

2

Johannes xv

Lucas viii

Mathei xi

Jo

3

Johannes xiiii

Mt 12

Job

amicitie que habet homo debet pro
anima sua. Maiorem ante caritatem
nemo habet. Profecto sedebant apostoli
ad divitis mensam amici et ideo
talia paravit illi qualia preparavit
bibebat enim ille preciosus et ideo bibere
illi pro illo calicem passionis ...
dederunt domini dicentes in psalmo. Quid
retribuam domino pro omnibus que
retribuit mihi calicem salutaris
accipiam et nomen domini invocabo. Ibant
igitur apostoli gaudentes a conspectu con-
cilii Actuum v. Memores enim erant apostoli
eius quod audierant a magistro dicente
Qui me confessus fuerit coram hominibus
et cetera. Item corde creditur ad iustitiam
ore autem fit confessio ad salutem.
Et qui me erubuerit coram hominibus
hunc filius hominis erubescet cum
venerit in maiestate sua et patris
et sanctorum angelorum. Ideoque dicebat
apostolus ad Galatas vi. Absit gloriari nisi in
cruce domini nostri Ihesu Christi. Licet omnes
sancti sint honorabiles apud deum
apostoli tamen principaliter ac precipue
sunt honorandi ac venerandi qui
salvatorem dei videre meruerunt familia-
riter ut ipse testatur Luce x. Beati
qui vident que vos videtis. Item
habent familiaris prerogative gratiam
singularem. Dominus eos amicos et fratres
appellat. Fratres tamquam coheredes re-
gnorum, amicos tamquam consocios secre-
torum. Narrabo inquit nomen tuum fra-
tribus meis. Item dico vobis amicis
meis ne terreamini et cetera. Illos igitur
principatum principibus propheta predicit
in psalmo. Nimis honorati sunt amici
tui deus. De dignitate apostolorum.
Multa sunt sane que beatorum apostolorum
commendant honorabilem principatum.
Videlicet tria sunt principalia tria
scilicet dignitas auctoritas et potestas.
De dignitate vero apostolis ait Luce xxii.
Vos estis qui permansistis mecum in tempta-
tionibus meis et ego dispono vobis
regnum et cetera. Quanta dignatio
domini, quanta dignitas hominis ... dico

choeris constituatur in regno. Edatque
panem vite qui de celo descendit et bi-
bat vinum quod de latere Christi profluxit
super mensam altaris in eccle-
sie imitatur. De hoc etiam
et ad sponsam dicitur per
psalmistam. Pro patribus tuis
nati sunt tibi filii constitues
eos principes super omnem terram.
Duodecim enim apostoli nati sunt ecclesie
pro duodecim patriarchis ve-
teribusque prophetis quos ipse
principes super omnem terram
constituit. Qui ipsi sunt principes
populorum qui fuere cum deo Abraham
congregati. Porro principatus iste non
confert dominium sed tribuit ministe-
rium quia meditatur dilatio et intitio
dicatur ministratio. Iuxta illud domini
inquit apostolus Math. xx. Principes
gentium dominantur eorum et cetera. Vos
autem non sic. Sed qui maior est in
vobis erit sicut minister et cetera. Et
ideo princeps apostolorum dicebat Non quasi
dominantes in clero sed forma facti
gregi ex animo. Quia qui se exaltat
humiliabitur et qui se humiliat ex-
altabitur. Excelsus dominus humilia
respicit Ecclesiastici iiio. Iterum quanto
maior es humilia te in omnibus.
Iterum Ecclesiastici. Principem te constitue-
runt noli extolli sed esto in illis quasi
unus ex ipsis. Quanto enim humilior
est sublimitas tanto sublimior est
sublimitas. Ideoque sunt humiles qui
volunt esse sublimes. De auctori-
tate apostolorum. Auctoritatem vero
dominus commendat et commendat
apostolis dicens Io. xx. Quorum re-
miseritis peccata remittuntur eis et cetera.
Facti non tam principes corporum quam
iudices animarum. Cum in regeneratione
enim sederit filius hominis in sede ma-
iestatis sue sedebunt et ipsi super
sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel Math.
xix. Quis enim tenuerit cum scribis
... sui nobilissimi imperii ...

2

quando sederit cum senatoribus terre
Proverbiorum ultimo. Duodenarius enim
numerus est sacratus inscriptus in duode
cim apostolis in xii prophetis in xii pa
triarchis in xii exploratoribus in xii
principibus in xii tribubus in xii
fontibus in xii lapidibus in xii
fratribus in xii horis in xii panibus
in xii stellis in xii gemmis in
xii portis in xii angelis
in xii fundamentis in xii
virgis in xii cubitis in
xii cophinis in xii phialis
in xii acceptabulis in xii morta
riolis in xii bobus in xii leuncu
lis in xii signis in xii arietibus.
Est autem numerus superhabundans con
stans ex duobus senariis significans
perfectionem cognitionis cogitationis
et operis sive mentis et corporis in
ex binario multiplicato per quaterna
rium et quaternario per ternarium sig
nificans fidem individue trinitatis
et quatuor evangeliorum doctrinam sive
tres virtutes catholicas et quatuor
virtutes politicas ex quinario sen
suum que spectant ad corpus et sep
tenario donorum que spectant ad spiritum.
Unde Christus primo refecit v panibus
ordinatos propter vitam activam cui
deserviunt sensus corporis et postea de sep
tem panibus turbatos propter vitam
contemplativam cui deserviunt dona spiritus.
Numerus apostolorum multitudinem popu
li saciavit hic numerus compositus partibus ag
gregatis excrescit in se denarium
qui constat ex senario et denario
mandatorum ex quinario significat
quia decem sunt legis mandata
que sex diebus operantur operan
tes in caritate perfectionem que sunt
apostolorum sedium perfectionis habere
designantur. Caritas inquit Paulus
enim est benigna et non emulatur
non agit perperam non est ambiciosa
non irritatur non querit que sua
sunt non inflatur non cogitat ma
lum non gaudet super iniquitatem
congaudet autem veritati omnia
suffert omnia credit omnia sperat
omnia sustinet caritas nunquam exci
dit. De potestate. Potestas vero
commendatur cum dicitur convoca
tis duodecim discipulis dedit illis po
testatem spirituum immundorum ut eicerent
eos et curarent omnem languorem et
omnem infirmitatem. Hinc illis dicebat
si habueritis fidem sicut granum
sinapis dicetis montibus et cetera
et nichil impossibile erit vobis qui omnia
possibilia sunt credenti. Unde rever
si sunt discipuli cum gaudio dicentes
domine etiam demonia subiciuntur
nobis in nomine tuo. Sancti enim
per fidem vicerunt regna et cetera.
Quia hec est victoria que vincit mundum
fides nostra. Isti sunt enim ad quorum
clamorem muri Iericho corruerunt
qui sua predicatione contriverunt mundi
aberrore adversitatem. Fratres inquit
in mundum universum predicate evangelium
omni creature docentes omnes gentes ser
vare omnia quecumque mandavit
eis dominus. Unde profecti predicaverunt ubique
domino cooperante et cetera. Unde in omnem
terram exivit sonus eorum et cetera
enarraverunt opera dei et cetera. Isti sunt vigi
les de quibus sponsa dicit in can
ticis canticorum. Invenerunt vigiles me
qui custodierunt civitatem. De quibus
etiam ait dominus per prophetam. Super muros
tuos Ierusalem posui custodes. Isti sunt
testes de quibus legitur. Et virtute magna reddebant apostoli testi
monium Ihesu Christi quemadmodum illis
preceperat. Manete in civitate donec
i. u. s. e. a. et eritis michi testes
in Ierusalem et in omni Iudea et cetera. Unde
cum prohiberentur apostoli ne in
nomine Ihesu predicarent responderunt
dicentes oportet deo magis quam

3

76

1 cor 13

hominibus ostenditur non est aliud nomen
sub celo in quo oporteat homines
salvos fieri Isti sunt celi de quibus
dicitur per prophetam Celi enarrant
gloriam dei (scilicet) verbo domini celi fir-
mati sunt quia spiritus domini celos
ornavit et ceperunt loqui prout spiritus
sanctus dabat eloqui illis Sane
licet sit christo primum et principium funda-
mentum de quo dicit apostolus fundamentum
aliud positum est preter id aliud
poni non potest quod est ihesus christus.
Ipsa tamen sunt secunda et secundaria funda-
menta de quibus canit psalmista
fundamenta eius in montibus sanctis
Et apostolus Superedificati super funda-
mentum apostolorum et prophetarum Quia vero
laudes prophetarum non sufficimus di-
gnis preconiis explicare communiter
ad predictos suppliciter implorantes ut
qui tanta dignitate auctoritate et
potestatem a domino susceperunt qui
optime noverit quod quisque postulat in
nomine salvatoris christi pro nobis suis
precibus et meritis interveniat apud
dominum qui est benedictus In [illegible] omnium apostolorum

Nisi dominus
custodierit civitatem in vanum
vigilant qui custodiunt eam
De quadruplici civitate dei Re-
gum [illegible] altissimi dum sua habet
in diversis regionibus civitates celeste
scilicet et terrestrem spiritualem et corpo-
ralem Celestis civitas est ecclesia trium-
phans terrestris ecclesia militantium
spiritualis est fidelis anima corporalis
materialis ierosolima De prima ierusalem
que edificatur ut civitas De secunda
psalmista mons syon latera aquilonis civi-
tas regis magni De tercia psalmista
Fluminis impetus letificat civitatem
dei De quarta luce xix Videns ihesus
civitatem flevit super illam Sed nunc
super eam magis flere libet quia
aliquid dicitur Ierosolima Cuius
pectus tam ferreum vel cuius cor tam
lapideum ut gemitus non promat la-

crimas non effunderet cum dilige-
ter attenderet calamitosum eius statum
miseriam et miserabilem statum sanc-
tuarii calamitate ut dici valeat
cum propheta Trenorum Vie syon lugent
eo quod non sint qui veniant ad con-
solandum eam O infelix civitas
veniens infelicitas Deus venerunt
gentes in hereditatem tuam coinqui-
naverunt templum sanctum tuum Insul-
tant in nobis adversarii nostri
dicentes confidebat in ligno
Se autem ipsum salvum non
potuit facere. Ubi nunc est gloria
tua vera perijt omnis spes vita
stulti redite ad cor et inspiratos
aliquando sapite Sed tu domine respon-
debis pro nobis immo respondeas prote-
ne confundat adversarios nostros et dicant
manus nostra excelsa et non dominus fe-
cit hec omnia quia nisi dominus custo-
dierit civitatem eorum Sine me
nichil potestis facere Iohannis xv
Porro celestis civitas non indiget
custodibus quia non impugnatur
ab hostibus Est enim in ea securitas
sine timore Quam magna multi-
tudo dulcedinis tue domine quam
abscondisti timentibus te quia oculus
non vidit nec auris audivit nec
in cor hominis ascendit Felix ani-
ma cui datum est civitatem istam non
solum inhabitare perpetuam vero cui
tendere per gratiam non tantum inve-
nire per spem sed magnam possidere
Civitas vero super montem constructa
fundamentum habet et muros turres
et portas custodes et hostes Mons
autem super quem civitas ista consi-
stit christus est qui de lapide parvo
crevit in montem magnum Quem in
tertium monem adeptus consumit
omnes gentes de quo promet dicit
non potest civitas abscondi super mon-
tem posita Hic est primum et principium
fundamentum super hoc fundamentum
quasi secundaria fundamenta surgunt
apostoli et prophete Unde primum fundamentum

terrestris est
De terrestri
Mons
Dan 2 elevatus
. ys 2 .
Math
. fundatum

De celesti
. ps .

ps
1 Iosaphat corporali
ps

eius in montibus sanctis. Muri civita-
tis sunt omnes fideles superedificati
supra firmam petram et fundamen-
tum apostolorum et prophetarum, de quibus propheta:
Super muros tuos Jerusalem posui cu-
stodes. Sed et Christus est murus murorum,
de quo legitur: Urbs fortitudinis
nostre Syon salvator ponetur in ea
murus. Item super muros quasi
turres elevantur perfecte eminentes,
scilicet excellentia meritorum,
de quibus inquit psalmus: Fiat
pax in virtute tua et habun-
dantia in turribus tuis. Sed et
Christus est turris turrium. Unde factus
est spes mea turris fortitudinis a
facie inimici. Porte civitatis sunt
doctores ecclesie qui gentes introdu-
cunt ad fidem, de quibus psalmus: Di-
ligit dominus portas Syon. Sed et
Christus est hostium hostiorum, qui de se ait:
Ego sum hostium etc. Custodes civi-
tatis sunt rectores ecclesie, scilicet apostoli
et apostolici viri, de quibus sponsa dicit
in canticis canticorum iii°: Invene-
runt me custodes qui custodiebant
civitatem. Sed et Christus est custos cu-
stodum, de quo legitur Ysaie: Ad
me clamat ex Seyr: custos, quid de
nocte. De spirituali. Ad hunc mo-
dum dilectissimi fratres spiritualis
civitas fundamentum habet et mu-
ros, turres et portas, custodes et ho-
stes. Fundamentum eius fides est.
Unde apostolus Hebreorum xi: Fides est
substantia sperandarum rerum ar-
gumentum non apparentium. Sine ipsa
est enim Christi civitas non permanebit.
Quatuor anime muri sunt quatuor
principales virtutes, scilicet iusticia, for-
titudo, prudentia, temperantia. Murus
iusticie respicit orientem, per quem
cunctis lumen oritur sol iusticie.
Murus fortitudinis respicit aqui-
lonem, per quem adversis resistimus,
quia secundum prophetam ab aquilone
pandetur omne malum. Murus
temperantie respicit ad meridiem,

per quem ardoribus vehementibus quibus
concupiscentie fervor ardescit. Murus
prudentie respicit ad occidentem, per quem
occidua fugimus ne cum ipsis
infeliciter occidamus. Turres anime
sunt dona spiritus septiformis,
septiformis sicut breviter tractatum.
Anime porta est caritas. Janue vero
sensus. Ceterae virtutes sunt propugnacula.
Custodes autem sunt angeli, de quibus
veritas ait Mathei xviii°: Angeli eorum
semper vident faciem patris. Utraque
civitas multiplices habet hostes, scilicet
superiores et inferiores, interiores et
exteriores. Superiores sunt demones
malignantes. Inferiores homines ad-
versantes. Interiores concupiscentie car-
nales. Exteriores illecebre seculares. De
superioribus apostolus: Non est nobis collucta-
tio adversus carnem et sanguinem,
sed adversus spiritualia nequicie in celestibus.
De inferioribus psalmus: Supra dorsum
meum fabricaverunt peccatores etc.
De interioribus Paulus: Caro concupis-
cit adversus spiritum et spiritus adversus
carnem. De exterioribus Johannes: No-
lite diligere mundum neque ea que in mundo
sunt. Infelix homo cui tot inimici cir-
cumstant, quem tot hostes impugnant.
Unde exclamabat apostolus: Infelix ego
homo, quis me liberabit de corpore
mortis huius. Certe nisi dominus custo-
dierit civitatem etc., quia non est
fortitudinis neque turris sed divine miseratio-
nis. Adversus hos quatuor hostes
rectores ecclesie quatuor noctis vigi-
lias debent sollicite custodire. Nam pa-
stores custodiebant vigilias noctis
super gregem suum, scilicet conticinium,
gallicinium, intempestum et antelucanum,
in quibus custodes civitatis obsesse
vigilant alternatim. Primam quoque vi-
giliam noctis custodire debent ad-
versus hostes superiores contra falla-
cias demonum. Secundam adversus hostes
inferiores, id est homines adversantes. Ter-
tiam carnales concupiscentias. ~~Quartam~~ Tertiam
adversus hostes interiores. Quartam ad
i. seculares concupiscentias.

De quadruplici vigilia

Marginalia: Ysaie · ps. 61 · turres · porte · Jo. 10 · custodes · ys. 21 · De spirituali · fundamentum · ps. 1 · muri · Mal. 3 · Jer. 1 · turres · porte · De hostibus · eph. · gal. · 1 Jo. · Ro. · Ro. · Custodes · Luc.

ipsius hostes exteriores. Idest contra spiritualia nequitie in celestibus. Primus enim hostis tamquam serpens callidus eum seducit. Secundus hostis tamquam vulpis dolosa vineam depascit. Tertius hostis tamquam dalida sampsone dormiente tondet. Quartus hostis tamquam syrena mulcens nautas abducit. Hinc forte nocturnum officium in quatuor partes distinctum est scilicet in tres nocturnos et matutinas laudes. Quia ut tradunt libri per quatuor noctis vigilias contra quatuor hostium persecutiones antiquitus decantabat ecclesia. Primus hostis persequitur per diabolicas suggestiones. Secundus per hereticas subversiones. Tertius per vanas delectationes. Quartus per mundanas ambitiones. Sed ut ceteros pretermittam corporis dominus duos habet hostes scilicet impios et scismaticos perfidos et hereticos. Nondum enim cessant defectus scismatici qui mittunt manus in caput dominicum et patrem a filiis pastorem ab ovibus. Sed nisi desistent cum dathan et abiron portionem accipient quos terra vivos absorbuit. Heretici autem tanta deferunt heretica quorum error serpit ut cancer quia venenum aspidum et fel draconum in aureo calice babylonis propinant qui veris falsa imponunt sub pretextu religionis virus nequitie effundunt in simplices. Veniunt autem in vestimentis ovium cum sint lupi rapaces. Insistamus igitur solliciti cum sponsa attenti ut capiamus vulpes parvulas que demoliuntur vineas. Vera quidem dentes habentes diversa sed caudas ad invicem colligatas quia de vanitate conveniunt in idipsum. Sed videtur custodiunt divitias temporales quarto diligunt divitias spirituales qui fidem subripiunt et vitam spiritualem quia iustus ex fide vivit qui caritatem tollunt et deum adimunt quia deus caritas est ab hiis

ergo hostibus beati apostoli meritis intercedentibus nos custodiat dominus Ihesus Christus qui cum deo

De evangelistis

Flumen egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradisum qui dividitur in quatuor capita scilicet gyon physon tygris et eufratem.

De quadruplici paradiso

Quadruplex in sacra scriptura dicitur paradisus scilicet superior et inferior interior et exterior. Superior est celestis in patria. Inferior terrestris in via. Interior spiritualis in mente. Exterior corporalis in oriente. De superiori dicitur ad lucam. Tu signaculum similitudinis plenus sapientia et perfectus decore in deliciis paradisi. De inferiori dicitur ad angelum ephesi. Vincenti dabo edere de ligno vite quod est in paradiso dei mei. De spirituali dicitur ad latronem in evangelio. Hodie mecum eris in paradiso dei mei. De corporali dicitur in Genesi. Plantaverat autem dominus deus paradisum voluptatis a principio. Secundum hanc quadripartitam acceptionem nominis paradisi quatuor modis proposita verba possunt exponi hystorialiter et allegorice moraliter et anagogice. Hystorialiter enim fons quidam erupit de medio paradisi ad irrigandum herbas et arbores paradisi qui de paradiso egrediens in quatuor capita dividitur que sunt quatuor flumina paradisi. Allegorice flumen quod de loco voluptatis egreditur est evangelica predicatio que de domino Ihesu Christo processit qui est fons vite in cuius lumine videbimus lumen. A quo generaliter omnis vera voluptas emanat. Venite inquit ad me omnes qui laboratis et honerati estis et ego vos reficiam. Iugum enim meum suave est et onus meum leve. Gustate et videte quoniam suavis est dominus. Hoc

predicatio recte flumini comparatur non
solum quia reficit et abluit et fecundat
Sed quia flumine dicitur aqua fluens
et ut ait salomon Aqua profunda
verba ex ore viri et torrens inundans
est fons sapientie que tam longe
lateque defluit ut mundum repleue
rit Communissime [illegible] quod dominus
ihesus precepit apostolis Euntes in mundum
universum et cetera Qua ipse In
omnem terram exiuit sonus eorum
et cetera Hoc irrigat paradisum
id est fecundat ecclesiam unde
quod dicit apostolus Ego plantaui
apollo rigauit et cetera Hic est
fons ortorum puteus aquarum vi
uentium que fluunt impetu de libano
Flumen iste in quatuor capita di
uiditur quia predicatio ihesu christi
in quatuor evangelia diuiditur
Notare quatuor evangelia recte
ponuntur ab ecclesia Licet enim multi
scripserint evangelia ut lucas testatur
tamen non nisi quatuor recipit
ecclesia scilicet mathei marci lu
ce et Iohannis quod utique factum
est multiplici ratione Primo
ad ostendendum duorum testamentorum con
cordantiam Sicut in veteri testamento
unus fuit legislator scilicet moyses
Ieremias ezechiel Daniel [illegible]
xii minores prophete ac multi alii
sapientes ut Iob david Salomon
et [illegible] sicut [illegible] et in nouo te
stamento unus fuit legislator
scilicet christus et quatuor evangeliste
scilicet marcus matheus lucas et
Iohannes et duodecim apostoli et alii
multi doctores ut Ieronimus augu
stinus ambrosius et gregorius
Ut ipse ostenditur quia rota conti
netur in medio rote et duo che
rubin sese respiciunt uultibus versis
in propitiatorium Secundo ministerio qua
drige Aminadab Quia sponsa
dicit in Canticis Anima mea contur
bata est propter aminadab quadrigas

Aminadab enim interpretatur spon
taneus domini Hic est christus qui fuit
est spontaneus [illegible] usque ad
mortem oblatus est enim quia
ipse voluit Hec quadriga evan
gelica doctrina propter quam [illegible] [illegible]
[illegible] per mundum vehitur uniuersi
[illegible] quatuor evangelia Sunt qua
tuor rote Per hanc quadrigam
sponsa id est ecclesia salubri dolore
turbatur ad penitentiam [illegible] ad
significandum liberationem humani
in genere a morte quadruplici id est
a transgressione multiplici Prima
namque fuit transgressio mandati
in paradiso secunda transgressio legis
naturalis tercia transgressio legis
scripture quarta transgressio evangelii
uel potius peccatum fragilitatis per
impotentiam peccatum simplicitatis per
ignorantiam peccatum [illegible] per
negligentiam et peccatum malignitatis
per inuidiam Hiis enim quatuor
modis peccandi anima moritur
id est separatur a deo Quarto prop
ter [illegible] forme quadrate [illegible] enim
[illegible] doctrinas evangelium
solidius et stabilius [illegible]
nam illud undique constat et illud
propter stabilitatem vocatur [illegible]
per [illegible] homo quadratus
in moribus id est in virtutibus soli
datur Istorum [illegible] quia aliorum
evangelia sunt recepta quia di
ligentius et apertius hystoriam
evangelii perscripserunt Cum licet
aliquando varia [illegible] tamen con
traria licet [illegible] diuersa [illegible]
tamen aduersa scripserunt Et quia illos
quatuor per figuram quatuor a
nimalium in figura iohannis et
ezechiel presignati fuerunt matheus
per hominem eo quod eius materia
[illegible] circa [illegible] christi nati
uitatem [illegible] Unde ab humana
christi natiuitate liber eius finit [illegible]

Liber generationis ihesu christi filii david filii abraham et cetera. Matheus per hominem eo quod eius intentio precipue circa descriptionem eius resurrectionem consistit. Unde omne evangelium inde resurrectionis antonomastice legitur. Dicitur enim quod leo rugitu maximo tercia die suos excitat catulos. Ita deus pater trina elementa filium suum die tercia suscitavit. Unde marcus ab exclamatione precepit incipit dicens Vox clamantis in deserto parate viam domini et cetera. Hic est leo fortissimus bestiarum qui ad nullius occursum expavescit qui quante sanctitatis extiterit ipsi collo... qui in hac sua summa cetera patent. Unde lucas per vitulum eo quod eius intentio precipue circa descriptionem dominicam christi passionem versatur in qua christus se hostiam obtulit deo patri idest ipse sacerdos et hostia vitulus enim erat hostia sacerdotalis. Unde et a sacerdotio incipit dicens Fuit in diebus herodis regis iudee sacerdos quidam nomine zacharias. Johannes per aquilam quia ceteris in terra gradientibus ipse celum ad descendendum volavit cum ait In principio erat verbum et cetera. Hee quatuor principales intentiones designate sunt prefiguratum illorum quatuor animalium quorum quodlibet secundum visionem ezechielis quatuor habent facies quia omnes de singulis agunt licet quidam principalius de quibusdam. Christum cum omnes agunt de christo cui quatuor ille figure conveniunt. Fuit enim homo nascendo vitulus moriendo leo resurgendo aquila ascendendo. Hii sunt phison geon tygris et eufrates. Phison interpretatur oris mutatio per quod significatur iohannes qui mutat os cum de divinitate ad humanitatem descendit. Unde cum dixisset In principio erat verbum consequenter ad humanitatem descendit dicens et verbum caro factum est et habitavit in nobis. Geon interpretatur hyatus terre per quod significatur matheus qui humanam christi generationem descripsit de qua dicitur veritas de terra orta est et iustitia de celo prospexit quia christus natus est de maria. Tygris interpretatur velox significans marcum qui ceteris velocius idest brevius perscripsit hystoriam evangelicam cui figura quoque leonis aptatur quod est animal velocissimum. Eufrates interpretatur frugifer significans lucam qui secundum visionem evangelicam figura vituli comparatur qui frugibus collectis inservit et ipse fructum ventris benedictum describit. Quatuor evangeliste fuerunt prefigurati hii quatuor significata sunt per quatuor anulos aurei qui rotundi erant et aurea. Nam in eis claritas in rotunditate eternitas signatur quia rotunditas eternitatis caret fine. Designantur enim per anulos aureos designantur qui eternam christi claritatem et claram eternitatem describunt. Per duos anulos a sinistris significantur duo evangeliste qui doctrinam evangelii non acceperunt a christo saliter marcus et alter a paulo scilicet lucas. Per duos a dextris significantur duo illi qui ab ipso christo fuerunt edocti scilicet matheus et iohannes. Quidam tamen per duos anulos a sinistris matheum et iohannem intelligunt qui adheserunt domino adhuc passibili et mortali. Per duos a dextris marcum et lucam qui post ascensionem adheserunt christo iam facto immortali et impassibili. Per sinistram enim mortalitas per dextram immortalitas designatur. Unde illud leva eius sub capite meo et dextera eius amplexabitur me. Inter hanc tantam imperium ceterarum paulo ad dextram et petrus ad sinistram salutatur designatur. Moraliter autem plurimi qui de loco le...

voluptatis egreditur est infusio gratie
que de spiritu sancto procedit que est
dilectio patris et filii amor et conne
xio utriusque. De quo dicit propheta Tor
rente voluptatis tue potabis eos.
Hec irrigat paradisum id est mentem
inebriat. Unde illud inebriabuntur
ab ubertate domus tue. Dividitur
autem in quatuor capita id est in
quatuor principales virtutes scilicet
iusticiam fortitudinem prudenciam
et temperanciam. Hec sunt moraliter
illa flumina de quibus veritas ait
Qui credit in me flumina de ventre
eius fluent aque vive. ¶ Expositio
secundum anagogen. Anagoge flumen
quod de loco voluptatis egreditur est
beatitudinis affluentia que de divina
perfruitione procedit. Hec irrigat
paradisum id est letificat patriam
secundum illud fluminis impetus letifi
cat civitatem dei. Dividitur autem
in quatuor species duas pertinentes
ad stolam corporis et totidem ad sto
lam anime. Stolam continet claritas
et impassibilitas ad stolam cognicio
et delectacio. De claritate legitur
Fulgebunt iusti sicut sol et cetera.
De impassibilitate corporis dicitur
Absterget deus omnem lacrimam ab
oculis eorum et iam non erit am
plius neque luctus neque clamor
et cetera. De incentiva cognitione ve
ritas ait. Hec est vita eterna ut
cognoscant te solum deum verum.
Ibi cognoscemus sicut et cogniti sumus
non videntes per speculum in enigmate
sed facie ad faciem. De cordis delec
tatione dicit propheta Exultabunt sancti
in gloria letabuntur in cubilibus suis.
Ibi gaudium nostrum implebitur quod
nemo [illegible] et quod
mentis corporibus beati [illegible]
nos faciat pervenire dominus no
ster Ihesus Christus. Sermo militaris

Qui vult venire post me ab
neget semetipsum tollat
crucem suam et sequatur
me. Volentibus ire post Christum
duo principaliter indicantur scilicet
abnegare seipsum et tollere crucem.
Post Christum hoc est declinare a ma
lo et facere bonum ut quo pre
cedit sublimitas capitis illuc
et corporis humilitas subsequatur.
Quatuor gradibus abnegatio
nis. Abnegationis autem quatuor sunt
gradus quia debet christianus abne
gare non tantum sua sed et aliena
nec sua tantum sed se nec tantum
se sed seipsum sed nec tantum seipsum
sed semetipsum. Abnegat aliena
qui nec aliena retinet nec con
cupiscit auferre. Unde Zacheus
Si quid aliquem defraudavi reddo
quadruplum. Abnegat sua qui
nec acquisitis inhiet nec inhiat
acquirendis. Unde Petrus Ecce
nos qui reliquimus omnia et secuti
sumus te. Abnegat se qui concu
piscentias carnis castigat. Unde Paulus
Castigo corpus meum et in servitutem
redigo. Abnegat seipsum qui cu
piditates mentis evacuat. Unde
David Domine non est exaltatum
cor meum neque elati sunt oculi mei
et cetera. Abnegat semetipsum qui
propriam abdicat voluntatem. Unde
Ihesus Non quod ego volo sed quod tu vis.
Cum ergo gulosus fit sobrius
luxuriosus castus avarus largus
superbus humilis iracundus man
suetus et ut generaliter dicam cri
minosus fit virtuosus tunc abne
gat semetipsum cum dicere valeat
cum apostolo Vivo ego iam non ego
vivit autem in me Christus. Cum
enim impius ab impietate convertitur
confidenter dicere potest non sum qui
fueram quia scilicet non est talis qualis

malicia licet idem sit in natura secundum
illud beate impios et non erunt
Qui ergo vult ire post christum abne-
get semetipsum Porro si in extra
testimonium veritatis in hominis
voluntate consistat ut abnegando
se ipsum possit ire post christum quod e-
quod dicit apostolus quia non est
currentis neque volentis sed dei mi-
serentis verum id dicitur quod
bonum opus spectat principaliter
ad dei gratiam quam ad hominis
voluntatem quia divina misericor-
dia non solum prevenit sed preparat
verum eciam subsequitur et pro-
sequitur humanam voluntatem pre-
venit inspirando subsequitur ad-
iuvando Prevenit ut incipiat
preparat ut perficiat Primo ergo
dicitur in psalmo Misericordia eius
preveniat me Et subsequente
dicitur in alio misericordia tua
subsequatur me Gratia namque
principaliter operatur cui secundario
operatur arbitrium Propterea quod dicit
apostolus Gratia dei sum id quod sum
et veritas ait Qui vult venire post
me abneget semetipsum et tollat
crucem suam Quam dicit id est
voluntariam non coactam sponta-
neam non invitam per patientie
virtutem non per angarie servitu-
tem quia non placent deo coac-
ta servicia qui potius exigit
cor quam manum voluntatem quam
actum Spontanee enim tulit cru-
cem ihesus Regno legitur Et baiu-
lans sibi crucem et cetera Invitus
autem tulit crucem Symon cireneus
Regno legitur Et angariaverunt
eum ut tolleret crucem ihesu O
quam profundum est crucis myste-
rium quod eciam sacramentum
legitur quod moyses ad mandatum
domini serpentem eneum erexit pro
signo hii aspicientes qui percussi
erant a serpentibus sanabant sana-
bantur quod ipse christus exponens
in evangelio sicut moyses exaltavit
serpentem in deserto ita exaltari
oportet filium hominis legitur
quod cum ioseph applicuisset ma-
iorem manassen et effraym et
Iacob statuens maiorem ad dex-
teram et minorem ad sinistram
ut eos secundum ordinem benediceret
iacob manum mutans id est in mo-
dum crucis cancellans dexteram
posuit super caput effraym minoris
et sinistram super caput maioris
manasses Ezechiel ante audi-
vit dominum dicentem ad virum vesti-
tum lineis habentem atramentum
scriptoris ad renes transi per
mediam civitatem et signa thau
in frontibus virorum dolencium
et gemencium post hec dicit sep-
tem viris transite per mediam civitatem
et percutite omnes super quos non
videritis thau neminem parcat
oculus vester Iohannes et vidit
angelum ascendentem ab ortu
solis habentem signum dei vivi et
exclamavit voce magna qua-
tuor angelis quibus datum est
nocere terre et mari dicens no-
lite nocere terre et mari neque ar-
boribus et cetera Hinc est ergo
quod cum deus egyptiorum per-
cuteret primogenita domos he-
brorum absque lesione tran-
sendit eo quod sanguinem in super-
liminari et in utroque poste inveniss
Dum enim manus moysi leva-
bat extensas Israel pugnabat
et amalech superabatur lignum
immissum in mare aquas dulco-
ravit amaras et ad lignum
immissum in iordanem ferrum
quod inciderat enatavit hoc
est lignum vite in medio pa-
radisi Regno sapiens preparatum

Benedictum lignum per quod fit iusticia quoniam regnavit deus a ligno quem dixerunt morte turpissima condempnemus eum. Nesciunt sacramenta dei neque comprehenderunt que sit longitudo latitudo sublimitas et profundum. Crux ergo sanitatem restituit et benedictionem impendit destruit a perfidis et liberat amatores. hostes expellit et victores constituit misterium fidei firmamentum spei. clavis sapientie forma iusticie. magnificencia regni gloria sacerdotum. inopum substentacio pauperum consolacio. cecorum dux claudorum baculus. spes desperatorum resurreccio mortuorum. Quot modis tollitur christi crux. Crux ante et spiritualiter et materialiter tollitur. Spiritualiter ante tollitur duobus modis scilicet per mentis compassionem et per carnis afflictionem. Propter quod dicit dominus apostolus Crucifixerunt membra sua cum viciis et concupiscenciis. Item michi crucifixus est et ego mundo. Cum enim quis carnaliter in corde subvenit proximo tunc utique crucem tollit. Exemplum in apostolo qui dicebat Quis infirmatur et ego non infirmor et cetera. Cum vero cruciatur in corpore affligendo seipsum tunc etiam crucem tollit. Exemplum in apostolo qui ait Castigo corpus meum et in servitutem redigo illud. Materialiter ante crux tollitur duobus modis scilicet in signum religionis et in supplicium passionis. In signum religionis ut ostendat se principaliter mancipatum ad obsequium crucifixi. In supplicium boni quidem et mali quorum promissa vel offensa suspenduntur in cruce quemadmodum nota christus cum duo latrones suspensi fuerunt. Que fuerunt in cruce ligna. Fuerunt autem in cruce domini ligna quatuor scilicet stipes erectus et lignum transversum truncus suppositus et tytulus suppositus. Fuerunt et clavi quatuor quibus manus crucifixe sunt et pedes affixi sunt et lancea qua latus apertum est. Sunt et corona spinea capiti supposita. Hec omnia sanitas in spirituali cruce possimus invenire. Nam quatuor crucis ligna sunt quatuor mentis virtutes scilicet fides spes perseverancia et sapiencia. Unde illud Ut comprehendatis cum omnibus sanctis que sit longitudo latitudo sublimitas et profundum. Longitudo crucis est perseverancia de qua dominus ait Qui perseveraverit usque in finem hic salvus erit. Latitudo est paciencia de qua veritas ait In paciencia vestra possidebitis animas vestras. Profundum est fides de qua apostolus Fides est substancia rerum sperandarum argumentum non apparencium. Sublimitas est spes de qua psalmographus In illo in tuo sancto speraverunt. Habent enim crux christi unum lignum rectum in longitudine et alterum transversum in latitudine. per illa duo ligna misterie designata que paupercula mulier in Sarepta collegit. Sed et cruce stipes habent truncum suppositum et tytulum suppositum quod intelligens Iob ait Scio quod redemptor meus vivit et in novissimo die de terra. Nisi enim crux habeat fundamentum fidei et tytulum spei perfecto suppletum est et non meritum. Quod autem paciencia spectet ad crucem per se satis apparet eo quod paciens in adversis tribulacionibus sustinet cruciatum. Unde Iacobus Tribulacio pacienciam operatur. De perseverancia quod legitur Esto fidelis usque ad mortem et dabo tibi coronam vite. quia non coronabitur nisi qui legittime certavit. Habet quoque perseverancia que coronat et ipsa tamen

ut meritum spectet ad crucem. Christus
ergo duobus lignis duos pedes et
duas manus quatuor clavibus
debet christianus infigere. De quatu-
or clavibus. Quatuor clavi sunt
quatuor principales virtutes. Pedes
sunt mentis affectus de quibus spon-
sa dicit in canticis lavi pedes meos
quomodo inquinabo illos. Et dominus
inquit apostolis. Qui lotus est non
indiget nisi ut pedes lavet exterius.
Item excutite pulverem de pedibus
vestris. Sunt ergo duo pedes duo
mentis affectus aut est in fugiendo
quod metuit aut in eligendo quod
appetit. Pes timoris clavo forti-
tudinis debet configi ne timidius
post adversa succumbat. Petrus enim
dum nondum infixo clavo fortitudinis
confixus non extitit ad vocem
ancille negavit dominum. Paulus autem clavo
fortitudinis confixus extitit ante
reges et presides nomen domini
predicavit. Hinc et timor eius est quasi
clavus. Unde dicit psalmista. Confi-
ge timore tuo carnes meas ut
clavus clavo configatur cum ti-
mor fortitudine roboratur. Pes
appetitus clavo iustitie debet con-
figi ne cupidius vagetur ad illi-
cita et prohibita. Appetitus enim si fuerit
confixus tunc spiritus concupiscit ad-
versus carnem. si confixus non fue-
rit tunc caro concupiscit adversus
spiritum. Sic ergo christianus debet affi-
gere clavos suos cruci ne vel
timidius succumbat vel cupidius
evagetur. Lancea enim qua latus
est eius vulneratum est caritas de qua
sponsa dicit in canticis vulnerata
sum caritate. Latus enim est cordi con-
tiguum beneficio cuius diligimus
quod ideo vulneratum est ut affec-
tus non extendatur solum ad amicos
sed et ad inimicos iuxta illud
Diligite inimicos vestros etc.
De corona. Corona spinea est pe-
nitentia quidem est pena. tamen ponenda
est peccati remedio menti. Psalmista
Conversus sum in erumpna mea
dum configitur spina. Hec coro-
na de tribus spinis completur
scilicet contritione confessione et
satisfactione. Prima compungit
cor per vanam cogitationem. se-
cunda pungit os propter vanam locutio-
nem. tertia pungit manum propter
iniquam operationem. Prima pungit
per dolorem. secunda per pudorem. ter-
tia per laborem. Manus autem
sunt bona opera de quibus dicit
psalmista. Benedictus dominus deus
meus qui docet manus meas
ad prelium. Et Salomon. Dedit
ei linum et lanam et operatus est
consilio manuum suarum. Sunt
due manus duo genera operum
scilicet opus voluntatis et necessi-
tatis. Est enim opus et volun-
tarium et necessarium. Manus operis
voluntaria configi debet clavo
prudentie ne cursus faciat opera
tenebrarum. Ante enim in Paulo cla-
vo prudentie confixa non fuit
persequebatur ecclesiam dei. Cum
autem in Paulo clavus prudentie
confixus fuit passus est pro ea.
Manus operis necessaria configi
debet clavo temperantie ne lapsa
nimis ad superflua extendatur.
Opera necessaria sunt dormire co-
medere et similia que tamen modera-
tia temperare debemus. Sic somnum
temperemus orationibus et vigiliis
cibum elemosinis et ieiuniis. Hiis
enim quasi fortibus armis expu-
gnare prevalebimus inimicos.
Legimus enim quod cum pugnaret
Israel adversus Amalech in excelso
moyse orante vincebat. quo
deficiente Israel vincebatur. Legimus
enim quod cum ceteris tribus pu-
gnarent adversus Beniamin pro
uxore levite sub succubuerunt

in prelio devicit indicto ieiunio et similiter celebrato tribum illam penitus deleverunt. Ceterum non sufficit abnegare se ipsum et tollere crucem suam nisi Christum sequatur. Fuerunt enim quidam philosophi et quidam heretici qui abnegaverunt se metipsos et tam graves sustinent cruciatus. Sed hoc nec profuit nec proficit ad salutem, quia non sequuntur eum qui est via veritatis et vite scilicet Ihesum Christum qui passus est pro nobis. Nos ergo abnegatis impietatibus et secularibus desideriis crucifigamus membra nostra cum viciis et concupiscentiis sequendo Christum ad bravium [illegible].

Sermo martiris

Posuisti domine super caput eius coronam de lapide precioso. **Duplex corona.** Duplex est corona scilicet una que coronatur in via, altera que coronatur in patria. Una que datur ad meritum et altera que datur ad premium. Una virtutis et gracie, altera salutis et glorie. Una militancium et altera triumphancium. Corona virtutis est argentea quam innocencie candor illustrat. Corona salutis est aurea quam sapiencie splendor veritatis irradiat. **Prima probatur.** Benedices corone anni benignitatis tue, quia multiplicabis virtutes in tempore gracie. **Unde subiungitur:** Et campi tui replebuntur ubertate. **De secunda apostolus:** De reliquo reposita est michi corona iusticie, quia premium quod redditur pro meritis. **Unde subiungitur:** quam reddet michi dominus in illa die iustus iudex. Sunt et **gemme sicut lapides et quasi sicut flores in corona.** Sunt autem tam in gyro quam in summo corone quatuor lapides et pulcerrimi flores cum margaritis argenteis varietate mira supposita. Similiter lapides collaterales [illegible] gemmas flores inter quos minores gemme consistunt qui margaritis optimis circumdantur. Habet enim corona virtutis in gyro quatuor principales lapides, idest quatuor virtutes cardinales scilicet iusticiam, fortitudinem, prudenciam et temperanciam. Ab anteriori parte iusticia, a posteriori prudencia, temperancia a dextris, fortitudo a sinistris. Congruunt loca bene lapidibus. Ita qui sunt ante sunt certa, qui sunt retro sunt dubia, qui sunt a dextris sunt prospera, qui sunt a sinistris sunt adversa. Necessaria autem est in secundis iusticia, in dubiis autem cohibenda prudencia, in prosperis autem opus est temperancia, in adversis est necessaria fortitudo. Isti sunt digiti quatuor quibus iubetur in Exodo facere coronam interrasilem altam quatuor digitis et super illam coronam aureolam. Iusticia habet duas coherentes virtutes scilicet districtionem et rectitudinem, prudencia vigilanciam et cautelam, temperancia continenciam et abstinenciam, fortitudo constanciam et magnanimitatem. Inter hos flores minores gemme consistunt scilicet dolor et gaudium, timor et spes, de quibus legitur: Hec metuunt, cupiunt, gaudentque, dolentque. Iusticia namque dirigit spem, prudencia mitigat dolorem, temperancia format gaudium, fortitudo moderatur timorem. Circa gemmas in gyro septem margarite resplendent idest septem dona spiritus septiformis. Ceterum in summo corone tres preciosi lapides sunt dispositi idest tres virtutes theologice scilicet fides spes et caritas super quas timor domini constituitur, scriptura dicente: Qui creditis dominum credite illi et non evacuabitur merces vestra. Qui timetis dominum sperate in illum et in oblectacione veniet vobis misericordia. Qui timetis dominum

diligite illum et illuminabimini corda
vestra habent et flores isti lapides
condignos scilicet fidem sinceritatis
et veritatem, spem et patientiam
perseverantiam, caritatem benig-
nitatem et largitatem, timorem obe-
dientiam et reverentiam. Inter hos
flores tres minores gemme con-
sistunt videlicet tres vires anime na-
turales scilicet vis rationalis
vis irascibilis et vis concupisci-
bilis. Prima discernit inter bonum
et malum. Secunda abicit malum.
Tertia eligit bonum. Fides ante ratio-
nabilitatem corroborat. Caritas con-
cupiscibilitatem informat. Item et
circa gemmas has septem margarite
refulgent videlicet septem petitiones
que continentur in oratione domini-
ca tres pertinentes ad vitam presentem
et tres pertinentes ad vitam futuram
media vero pertinens ad utramque.
Modo corona salutis multo
preciosior est et dignior quatuor
habens in medio lapides principa-
les et in summo quatuor principales
lapides sunt in medio quatuor dotes
corporis glorificati scilicet claritas
et subtilitas agilitas et impassi-
bilitas de quibus veritas ait men-
suram bonam et confertam et co-
agitatam et superfertam in sinum
vestrum. Has proprietates glorificati cor-
poris habebunt in augmentum
future glorificationis. Etiam in carne
mortali Christus ostendit claritatem
quando se clarificavit et transfi-
guravit in monte et resplenduit
facies eius sicut sol. Subtili-
tatem quando clauso signaculo
virginali tamquam sponsus pro-
cessit de thalamo suo. Agilitatem
quando super aquam sicco vestigio
pertransivit. Impassibilitatem quando
corpus et sanguinem suum in cena

discipulis tribuit. Quatuor lapides
qui sunt in summo sunt proprietates
tres anime glorificate scilicet
cognitio dilectio et delectatio. De
quibus cum sapiens premisisset
fulgebunt iusti statim subiunxit
Qui confidunt in illum intelligent
veritatem et fideles in dilectione
acquiescent illi quoniam donum
et pax est electis dei. Est enim in
sanctis comprehensiva cognitio
qua deum cognoscunt sicut et co-
gniti sunt trinitatem in unitate
et unitatem in trinitate. Legentes in
libro vite in quo omnes thesauri
sapientie sunt absconditi. De co-
gnitione veritatis ait: Hec est
vita eterna ut cognoscant te so-
lum verum deum et quem misisti ihesum christum.
Ex hac comprehensiva cognitione
procedit summa delectatio perquam
sancti diligunt deum ex toto corde
et ex tota anima et ex tota mente.
Adeo namque divine voluntati per
caritatem inherent ut nichil omnino
velint nisi quod deum velle cognos-
cunt. Ex hac summa delectatione
nascitur ineffabilis dilectio quam
oculus non vidit nec auris au-
divit et in cor hominis non ascendit
etcetera. Propterea tamen dicit psalmista
Exultabunt sancti in gloria. Et
illud: Ingrediar in locum ta-
bernaculi admirabilis usque ad
domum dei. Ad quam gloriam me-
ritis et precibus martirum in-
tercessione nos perducat deus.

Isti sunt qui **plurimorum martirum**
venerunt ex
magna tribulatione et lave-
runt stolas suas et dealbaverunt
eas in sanguine agni. De du-
plici tribulatione. Duplex tri-
bulatio sanctos bonos legitur in
scripturis. Una culparum et tribulationum

alteram penarum et tormentorum adversi
tas vna prosperitas altera. Decima
legitur. Pauci facti sunt et vexati
sunt. De secunda scriptum est Clamauit
ad dominum cum tribularetur. Quia
grauis est tribulacio peccatorum qui
semper intra se deferunt vermem con
sciencie qui non moritur et ignem
lacionis qui numquam extinguitur
Non est igitur impiis gaudere quia
cum impiis vermem impossibile inferi
ni consumitur per omnia que pec
cat homo per hec et torquetur
Hanc superbia inflat avaricia sti
mulat invidia rodit vanitas ven
dit augit gula dissoluit luxuria
ligat mendacium maculat ho
micidium. Hec et cetera vicia por
tenta que hominum sunt delec
tamenta peccandi ideo sunt instru
menta puniendi. Tercius hostilis
Tribulacionem eciam tres hostes infe
runt scilicet mundus caro dyabolus
De primo dicitur Si mundus vos odit
scitote quia me priorem odio ha
buit. De secundo dicit apostolus Caro
concupiscit adversus spiritum et
cetera. De tercio idem Paulus Non
est colluctacio adversus carnem et
sanguinem. Sed adversus spirituales
nequicias et cetera. Iste sunt tres
fallaces sophiste qui mirabiliter
argumentant incautos. ponit mun
dus assumit caro concludit dyabolus
Ostendit ligna ministrat caro scin
tillam supponit dyabolus ignem
accendit. Primus est contempnendus
Secundus comprimendus Tercius
expugnandus. Contra primum Nolite
diligere mundum neque et cetera.
Contra secundum dicitur Fornicacionem
fugite. Contra tercium dicitur
Assumite scutum fidei ut possitis
expugnare igne a tela nequicie
De hac tribulacione venerunt glo
riosissimi martires V et N per
vicerunt tamen dicentes ut facti sumus in

delictis. Via prime diei est vitacio
prohibitorum. Via secunde diei est exe
cucio preceptorum. Via tercie diei
est super erogacio consiliorum. Per
primam viam pervertitur illud
mandatum Quod tibi non vis
fieri alii non facias. Per secundam
illud preceptum Omnia queque vult
is ut faciant vobis homines et vos
facite illis. Per terciam illud con
silium Si vis perfectus esse vade
et vende omnia que habes et da
pauperibus. Sed multi vias illas
et magnas tribulaciones passi sunt
Hanc tribulati sunt corde per
tristicias et dolores. Tribulati sunt
ore per contumelias et terrores tri
bulati sunt opere per angustias
et dolores persecucionum
et contumelias iniurionis per labo
res afflictionis et angustias pas
sionis. De tribulacionibus cordis di
cit psalmista Sacrificate sacrificium
iusticie et illud Quis infirmatur
et ego non infirmor. De tribula
cionibus cordis ut dominus per
prophetam Contumelias et terrores
passus sum ab eis et cetera
Et illud Omnes qui videbant me
aspernabantur me. De tribulacionibus
operum in persona martirum dicit
Psalmus Propter te mortificamur tota
die. Et illud Transivimus per ignem
et aquam et cetera. Hanc vero namque
dum in hac valle lacrimarum perag
rinantur a domino multis modis
et diversis personis pluribus locis
et variis temptacionibus tribulantur
scilicet diversitate modorum et locorum
Quod expresse designat apostolus
Quidam ludibria et verbera sunt ex
perti lapidati sunt secti sunt temp
tati sunt in occisione gladii mor
tui sunt et cetera. Idem dicit Tot et
tantis et tam diversis modis afflicti
sunt non tantum in campis sed
eciam in speluncis vel solum in

custodiis sed etiam in carceribus. Ipsi
sunt tribulationes hominum a bestiis
ab hominibus a demonibus tribu
lati sunt. A bestiis dicente propheta
Carnes sanctorum tuorum bestiis terre.
Tribulati sunt ab hominibus. Unde
illud. Cum insurgerent homines
in nos. Tribulati sunt a demoni
bus Paulo testante. Non est no
bis colluctatio adversus carnem et
sanguinem sed adversus spirituales
nequitias in celestibus. Tribu
lantur non solum ab alienis
sed etiam a parentibus non solum ab
extraneis sed etiam a demoniis non
solum ab inimicis sed etiam ab amicis
probat hoc veritas. Tradimini a pa
rentibus cognatis et amicis. Porro
tribulati sunt ante legem ut patriar
che sub lege ut prophete post legem ut
apostoli et martires. Unde etiam veritas
ait. Ecce ego mitto ad vos prophetas
et sapientes et scribas et ex illis oc
cidetis et crucifigetis et flagella
bitis ut veniat super vos omnis san
guis iustus a sanguine Abel iusti
usque ad sanguinem Zacharie et cetera.
Ante legem Abel sub lege Zacha
riam post legem sacerdotes et scribas.
Unde lamentatur ecclesia dicens. Q
ui appropinquaverunt me circumeunte ma
lignitas. Animadvertite ergo fratres
illos virtutibus suis mentis cor
dis et operis et descendimus in nobis
singularitatem mentis corporis. Illi
toleraverunt pro Christo plagas et iniurias
nos autem vestimur duplicibus
et induimur preciosis. Illi toleraverunt
pro Christo famem et sitim nos autem
ad mensas ferculis pascimur et deli
catis ciboriis epulamur. Illi tolle
raverunt pro Christo angustias et dolores
nos autem gaudiis mundi perfrui
mur et carnis illecebris delectamur.
Heu me quid dicam ego miser
aut quid faciam cum venerit

ille districtissimus iudex qui reddet
unicuique secundum opera sua terribilis est
locus iste. Nam iustus vix salva
bitur impius et peccator ubi pare
bunt. Multe sunt ergo tribulationes
iustorum. Sequitur de triplici
stola. Laverunt stolas suas. Sic
enim triplex est lavacrum ita triplex
est stola. Prima innocentie secunda
gratie tertia vero glorie. De prima dicit
pater familias ad servos suos. Cito
proferte stolam primam et induite
illum et cetera. Cum dixit primam signi
ficavit secundam. Nam primus dicitur
respectu secundi. Tertia vero loquitur
Amavit eum dominus et ornavit eum
stolam glorie induit eum. Hec triplex
stola lavatur in illo triplici lava
cro sed potius ille lavatur qui stolis
induitur innocentie. Per aquam
baptismi lavatur a pena et a culpa
gratia equaliter tamen stola lavatur
in sanguine agni. Sed est sanguis
culpe sanguis pene et sanguis
venie. De triplici sanguine.
Primo legitur. Sanguis sanguinem
non tegat. De hoc sanguine petit li
berari propheta cum ait. Libera me de
sanguinibus deus deus meus et cetera.
De secundo dicitur. Effuderunt sanguinem
sanctorum tuorum. Pro sanguine isto
postulant animae vindictam martirum
dicens. Vindica sanguinem sanctorum
tuorum qui effusus est. Tertio in
venitur. Hic est sanguis novi
testamenti. Per hunc sanguinem
redemptum est genus humanum.
Unde redempti sumus precioso san
guine Christi. Primum sanguinem
instillat draco malignus prava
suggestione. Secundum elicit canis
impius per suam afflictionem. Tertium
effudit agnus purissimus propter in
mensam dilectionem. Sic enim dile
xit nos ut sanguinem suum pro
nobis effunderet. Maiorem enim

caritatem nemo habet et cetera. Quid
ergo retribuam domino pro omnibus
que retribuit michi? calicem saluta-
ris accipiam. Hec retribuerunt
martires nostri qui venerunt
de magna tribulacione et lave-
runt stolas suas et dealbaverunt
eas in sanguine agni. Iste a-
gni gregis vel legis et agni qui
tollit peccata mundi. De quo dicitur
Emitte agnum domnatorem terre.
Agnum gregis immolavit samu-
el in masphat petens deo et dedit
fulgora [illegible] et tonitrua et li-
beravit dominus in die illa israel de
manu philistim. Agnum legis im-
molaverunt filii israel in finibus ramas-
se linientes sanguine postes et li-
beravit dominus ab exterminatore
primogenita eorum in nocte illa. Agnus
insuis immolatur ascendentibus ma-
ne et vespere in odorem suavissimum
domino. Isti sunt ergo qui venerunt
de magna tribulacione et cetera.
Omnia vero quecumque scripta sunt
ad nostram doctrinam scripta sunt
de exemplo sanctorum martirum. Ut
et nos stolas nostras lavantes
id est opera nostra in sanguine a-
gni id est in passione christi christo me-
reamur dulciter collocari qui vivit

Tamquam aurum in fornace probavit dominus electos. **Plurimorum martirum.**

De fornace. Invitat nos
fratres carissimi fornaces scriptura
sancta describere. Una est iustorum
sive bonorum qua iusti purgantur
et altera malorum in qua reprobi cru-
ciantur. De prima paulus. Vasa
figuli probat fornax. De secunda
apokalipsis. Ascendit fumus putei
sicut fumus fornacis magne. Prima
utraque fornax est duplex. Una
interior et altera vero exterior

est afflictio penitencie per quam peni-
tentes ab iniquitate purgantur. Cor-
poris fornax exterior est tribulacio
paciencie per quam pacientes in cari-
tate probantur. In ista purgatur
aurum in illa argentum. Reproborum
autem fornax interior est vermis
consciencie per quem impii spirituali-
ter torquentur ex culpa. Corporis for-
nax exterior est ignis gehenne
per quem reprobi corporaliter cruciantur
in penis. **Que sunt in fornace.**
In ista ferrum comburitur in illa
plumbum. Sunt autem
in materiali fornace follis
ignis carbo forcipes et aspersorium
que sunt in spirituali fornace spiritualiter
assignanda. In fornace siquidem pe-
nitencie follis spirans est timor
consideracionis ignis ardens est
dolor compunctionis. carbo vilis
est pudor confessionis. forcipes a-
stringens est dolor et labor satisfac-
tionis. aspersorium stillans est amor
iustificacionis. Consideracio enim
peccati in timore compungit. In do-
lore confitetur. cum rubore satisfa-
cit cum labore iustificatur est per
amorem. Est autem ordo iustificacio-
nis hic. Precedit timor et inducit
amorem. succedit amor et inducit
dolorem. accendit dolor et inducit
pudorem. procedit pudor et adducit
laborem. **De folli.** Timet enim
peccator ex consideracione divini iudicii
sciens iudicem potentissimum sapi-
entissimum et iustissimum. Poten-
tissimum quidem quia ipse dixit et
facta sunt et cetera. Qui vocat
stellas et dicunt adsumus. Qui fa-
cit angelos suos spiritus et cetera.
Cuius voluntati nichil omnino resistit.
Cui nullum in [illegible] et immutatur. Cui
venti et mare obediunt. Cui flectitur
omne genu. Sapientissimum autem
quia oculis eius omnia nuda sunt
et aperta qui scrutatur renes et corda.

qui plurime guttas et maris harenas dinumerat. Deus scrutans et dominus iudicans enim consilium sentiorum occultorum omnium explorator. Justissimum vero quia modo iustus et metuendus super omnes deos regimine sua usque ad nouissimum finem quadrante. qui nec prece nec pretio nec amore nec hodio declinat a semita rectitudinis. Sed via regia incedens nullum malum preterit impunitum nullum bonum irremuneratum relinquit. Iudicabit enim orbem terre in equitate. et quis stabit ad videndum eum. Beati qui in illo iudicio non sunt iudicandi et presentabuntur non iudicati. Verendum enim incidere in manum dei viventis. Propterea clamat propheta Ne intres in iudicium cum servo tuo domine quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens etc. Nam si iustus vix salvabitur impius et peccator ubi parebit. Hec et his similia peccator considerans quanto timore conturbatur quanto tremore concutitur. Sciens iudicem potentissimum quem nemo potest effugere dicente psalmista Si ascendero in celum tu illic es si descendero ad infernum ades etc. Sapientissimum quem nemo potest latere dicente propheta Sedit [illegible] iudicium et libri aperti coram eo erunt. Iustissimum quem nemo potest corrumpere dicente propheta Reddet unicuique secundum opera sua. Quis autem non timeat ad illud examen in quo eius ipse erit accusator et testis adnotatus et iudex. Dicet autem Christus hiis qui a sinistris eius erunt Esurivi et non dedistis michi manducare. sitivi et non dedistis michi bibere etc. Ite ergo maledicti in ignem eternum. Spirat ad hoc scilicet timoris informacionem penitentis aliquem doloris attendit secundum illud psalmiste A timore tuo domine conturbatus sum

et peperit salutis secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo. Debet enim penitens suspirare et ingemiscere et suspirare. Non solum quia malum commisit verum etiam quia bonum omisit non solum quia dampnationem promeruit. verum etiam quia gloriam retributionis amiserit. offendens autem in uno factus est omnium reus. Summus preceptum caritas est de corde puro et conscientia pura et bona et fide non ficta. Qui ergo contra caritatem offendit nullum preceptum adimplet. Fiat autem culpabiliter dominum et inde culpabiliter qui corporalem amici sui mortem deflet et spiritualem anime sue mortem non deplorat. Doleat igitur ingemiscat et defleat quia sacrificium deo spiritus contribulatus cor contritum et cetera. Clamet et frequenter dicat Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam. Domine propitius esto michi peccatori. Peccavi super numerum arene maris sed secundum magnam misericordiam tuam memor esto mei deus quoniam ego ad flagella paratus sum. Tercio

Decimo igitur doloris informate penitentie ardentibus carbonibus confessionis inflammat. Fervor carbonis est pudor confessionis de quo dicitur Lavant delicta lacrime. quod omne pudor est confiteri tantum quanto prius latius rubore coram altero confiteri quod quis absque magno pudore nec intra se meditatur. Sed cum plures debent erubescere coram deo cuncta cernente nephandas turpitudines committere quam coram homine quodam audiente peccatis turpitudines revelare. Verendum tamen atque cavendum ne pudoris confessio integritatem confessionis impediat. Debet enim peccator omnia omnino peccata circumstantias confiteri secundum quod magis peccavit in loco in numero in persona secundum etatem secundum scientiam secundum gradum secundum ordinem si facile

si frequenter si manifeste si perseverant
hec omnia autem congererunt ad gla
in deo devote fideliter confiteri ne
vel delictum allevient vel peccatum excu
sent pudor enim confessionis pars
est non modica satisfactionis quam
inimicus optabat propheta enim dicit
Erubescant et conturbentur inimici
mei avertantur retrorsum et erubes
cant vehementer Erubescant in confes
sione conturbentur in contritione
convertantur in satisfactione De
carbone Ex informace penitencie
confessionis carbonibus inflamatis
ardentissimum amoris instillat quo ve
hementiusque ignis ardoris accenditur
et argentum celestis ymaginis quod
fuerat corruptum peccato dilectionibus
bene probatur iuxta quod veritas
ait Dimissa sunt ei peccata multa
quoniam dilexit multum. caritas enim
operit multitudinem peccatorum. amor
mundi peccatum immittit. sed amor
dei peccatum dimittit. cupiditas in
flamat ad culpam. sed caritas accen
dit ad veniam. Hoc aspersio depre
cabat aspergi propheta enim dicit
Asperges me domine ysopo et mundabor
De forcipe. Tandem in forcipe satis
factionis est adhibendus quam defor
nace penitentie confractam peccatorum
emundat. Forceps duobus brachiis
coniungitur et satisfactio duobus par
tibus continetur Una qua culpam
vitamus et altera qua penam pro
ficimus Prima veritas ait Va
de et amplius noli peccare Irrisor
est et non penitens qui adhuc agit
quos penitet carnis per veniis ad
si dimittit et penitens ad peccatum
De secunda Johannes Facite dignos fruc
tus dignos penitentie que perpe
sunt oratio ieiunium et elemosina
Unde in fornace dominus martires
suos sicut argentum purgabit
secundum quod ipsi clamant in psalmo

Probasti nos deus igne nos examinasti
sicut examinatur argentum Exposi
cio de fornace Certum in fornace
follis spirans est timor comminationis
ignis ardens fervor persecutionis
carbo urens terror passionis for
ceps astringens horror afflictionis
asperrimum sufflans vexatio per
secutionis Comminabatur enim
crudeles tyranni sanctis martiribus
omnia genera tormentorum nisi christum
deserentes et ydolis adhererent
promittentes eos per tormenta terrere
quos non poterant per blandimen
ta mollire Set ipsi precepta christi
servantes minas principum contemp
serunt. iuxta quod de beatis apostolis
legitur Quoniam verbum dei fiduci
aliter predicaverunt comminantes prin
cipes sacerdotum ne deinceps in hoc
nomine loquerentur respondentes vir
tute spiritus ex alto fiducialiter dixe
runt Oportet deo magis quam
hominibus obedire. Vehementer enim
follis comminationis spirabat sed
comminatione contempta persecutionis
ignem vehementiusque accendebant de
quo martires glorantur Transivimus
per ignem et aquam et eduxisti
nos in refrigerium Sancti namque
ludibria et verbera super corpori crema
bro flama persecutionis ignem
caritatis non poterat in martiribus
superare fortis enim est ut mors di
lectio nec aque multe possunt
extinguere caritatem ipsam Persecutio
vehementis inardescens carbones in
flamavit sanctorum ex terrorem suppliciis
tormentis effudit sanguinem quod dei
effinxit ut sanguine sanctorum tincti
hii sunt qui laverunt stolas suas
in sanguine agni Et ante passio
fieret gloriosa necessarium erat for
ceps astringens idest horror af
flictionis qui martirum efficit
gloriosum Sensus enim carnis

non apparat nisi quod carnis appeti-
tus delectat· inconiungit inde contigit
eos mortem mereri quia non de-
lectabat mentes mori Spiritus
autem est promptus caro autem
infirma Probat hoc veritas
apostolis suis circa passionem Tristis
est anima mea usque ad mortem
Cepit ihesus pavere et tedere contri-
stari et mestus esse· hec etiam post
passionem suam apostolo petro dixit
Cum autem senueris extendes ma-
nus tuas Nec vero metues passi-
onis horrore defecerunt iamnunc pro-
tectionis eius approximi stillant
protegens atque confortans secundum
quod scriptum est Protexisti me
deus a conventu malignantium
Succumberet enim humana fragi-
litas nisi divina eam protegeret pi-
etas· hinc enim vox clamabat ad
dominum Custodi me domine ut pupillam
oculi In hac secunda fornace mar-
tires suos dominus patitur animum
probavit ut probatio fidei multo
preciosior sit auro· auro quod per
ignem probatur Immemor autem
in laudem gloriam et honorem Quam
magna multitudo dulcedinis tue
domine quam nec oculus vidit nec
auris audivit nisi ante in spe-
tum veniunt et deo acceperunt regnum
decoris et diadematis Reprobi vero mit-
tuntur in caminum ignis ardentis ut
infernali conscientie incorporentur
interius et infernali gehenne exterius
cruciantur Possunt autem ac ista
novi fornace singula fornacis mi-
seria describi ut follis spirans c-
ontinebatis memoria ignis circui-
tus conscientia carbo sustinens
pena forceps torquens angustia ex-
primens obtenebratis ignorancia
Condolebit enim reprobos memoria
preteritorum iuxta quod legitur· Veniet enim

in cogitatione peccatorum suorum timidi
et traducent illos ex adverso Et cum
maxima tribulatione recogitent quan-
tum minima delectatione suggesserunt
Cruciabit impios conscientia dolo-
ris iuxta quod scriptum est vermis
eorum non moritur et ignis eorum
non extinguetur Ut stimulus qui stabat
pungat ad penam quos aculeus
nequicie stimulavit ad culpam
Dicent dampnati secundum iniqui littere
legentes erravimus in via veritatis
et iusticie lumen non illuxit nobis
Tunc enim eis sua displicebit iniquitas
ut nulla placeat nunquam eis equitas
Torquebuntur peccatores angustia
iuxta quod scriptum est videntes
turbabuntur timore horribili geme-
tes pre angustia spiritus et dicentes
hi sunt quos aliquando habuimus
in derisum etcetera Obtenebrabunt
impios ignorancia secundum quod le-
gitur Tollatur impius ne vi-
deat gloriam dei vix enim aut raro
aut nunquam dampnati erigunt
animum ad cogitandum de deo sed
illuc dirigunt impetum cogitationis
ubi sentiunt vim doloris In hac
fornace plumbum convertitur illud
scilicet super quem talentum sedet in-
pietatis Zacharie ... ante suppli-
cia tria sunt proprie comprehendenda
scilicet obscuritas tenebrarum et vi-
tas penarum diuturnitas miseriarum
De primis veritas dicit in ewangelio
ligatis manibus et pedibus proici-
te eum in tenebras exteriores· ubi
erit vermis qui non moritur· et
ignis qui non extinguitur Dimittite
inquit ut plangam paululum
dolorem meum Timidis autem dubiis
et incredulis execratis et homi-
cidis fornicatoribus et veneficiis
ydolatris et mendacibus erit in igne
et in pars illorum erit in stagno
ardenti igne et sulphure in quo

cruciabimur in secula seculorum. Mortuo
igitur homine impio nulla spes erit
Ideo tunc vivent mortui qui male
sunt mortui querent mortem et non
invenient quia vitam habuerunt
et contempserunt. Ab hiis ergo ma
lorum suppliciis nos eripiat et ad
illa sanctorum gaudia nos perducat
meritis et precibus sanctorum martirum
M et M dominus ihesus cristus. In

Vigilate sollempnitate confessorum
quia nescitis
quando dominus veniat se
ro an media nocte an galli cantu
an mane ne cum venerit repente i
neniat nos dormientes. Anima
duobus modis dormit et vigilat
Duobus modis anima dormit in vi
ciis et duobus modis vigilat in vir
tutibus. Dormit per errorem et igno
ranciam vigilat per torporem et ne
gligenciam. Contra primum modum
orat psalmista Illumina oculos meos
ne umquam obdormiam in morte.
Contra secundum modum innuit Sa
lomon Usque piger dormies quando
surges et cetera. Utique sompnus est
dampnabilis et mortalis. nam igno
rans ignorabitur et negligens ne
gligetur. Dum culpa negatur pe
nitencia non agitur et ideo vicium
donatur. Dum culpa negligitur me
dicina non requiritur et ideo sanitas
desperatur. Legitur enim in libro regum
quod duo viri principes latronum Re
chab et Banaa venientes ingressi
sunt domum Isboseth qui dormiebat
super stratum suum meridie et hostiaria
domus purgans triticum obdormi
vit qui percusserunt eum in inguine
et sublato capite abierunt. Ista
nequaquam scripta sunt ad nostram
doctrinam scripta sunt. Nam omnia
in figura contingebant illis et cetera
Isboseth quando hostiaria dormiebat
hostiaria que triticum purgabat
a foliis frumentum avicius ipsa est
oracio que distinguit bonum a malo vir
tutem a vicio. Que si per ignoranciam
obdormierit ut hostiaria domus idest
sensus corporis non custodiat. Duo la
trones principales idest spiritus cupi
ditatis et spiritus superbie que sunt duo
vicia principalia nam radix omnium
malorum est cupiditas ad quam pertinet
omnis illicitus appetitus. Et inicium omnis
peccati est superbia ad quam spectat
omnis iniqua presumpcio. Ingressi
domum statim Isboseth dormientem
idest animum negligentem in inguine
feriunt idest per carnis delectacionem
occidit. Nichil enim est magis ani
mum voluptati quam otium quod
etiam confirmat poeta. Queritur
egistus quare sit factus adulter
In promptu causa est desidiosus erat. Bene
igitur Isboseth vir confessionis
interpretatur quia dignus est confu
sione qui negligit vigilare semper
ut aliquid operis facere ut dyabolus
nos inveniat occupatos. Propterea dominus
precipit vigilare quia nescitis qua
hora fur venturus sit. Et petrus So
brii estote et vigilate quia adversa
rius vester dyabolus. Porro vigila
re debemus per fidem cordis adversus
errorem et ignoranciam per solli
citudinem operis contra torporem et
negligenciam. Nam sine fide impos
sibile est placere deo et fides sine
operibus mortua est. Ergo dum lu
cem habetis credite in lucem. et dum
tempus habemus operemur bo
num ad omnes. Veniet enim tempus
quando nec agere poteritis nec videre
ligatis inquit manibus et pedibus
eius proicite eum in tenebras ex
teriores. ligati manus non possunt a
gere proiecti in tenebras non possunt
videre. Vigilate ergo quia nescitis
quando dominus veniat mane et cetera
Nichil enim est morte certius et ni
chil incercius hora mortis que semper
est nobis incerta ut semper si

nobis suspecta ut ita semper nobis vi
vere liceat tamquam mori semper
oporteat. Vespertinis igitur quando do-
minus venit sero an media nocte an gal-
li cantu an mane. Per quatuor
horas intelliguntur quatuor eta-
tes scilicet pueritia adolescentia
iuventus atque senectus. In quibus
dormit qui negligit et ignorat,
vigilat qui ardet et operatur. Porro
qui dormit in una vigilat saltem
in alia quia quacumque hora peccator
conversus fuerit et ingemuerit. Vitam
si venerit in prima vigilia et in secunda
et sic longanimitatis eius patientia
divitiis abutatur quia quanto ma-
gis sustinet impunitum tanto gravius
puniet in futuro. Hinc etiam apostolus
ait Ignoras quia benignitas dei ad
penitentiam te adducit secundum duri-
tiam tuam et cor impenitens thesau-
rizas tibi iram in die ire et revela-
tionis iusti iudicii dei. Porro cum
mane hominis pueritia, galli cantu
adolescentia, media iuventus et
sero senectus intelligi videatur.
Quare dominus ordinem commutat et
invertat. Dominus autem necessarium
ordinem servat secundum quod quisque plus
vigilare tenetur. Plus enim vigi-
lare tenetur senex quam iuvenis,
potius adolescens quam puer. Ita
cum homo nascitur ad miseriam
tunc incipit ei nox, cum autem
moritur ad salutem tunc incipit
ei dies. Recte per sero quod est noctis
initium intelligitur pueritia, per
mane vero quod est finis noctis
senectus accipitur. Et ideo deus prius
commemorat sero quam mane ut
de nocte transeamus ad diem, id est
de miseria vite presentis ad gloriam
vite future. Hinc enim psalmus
dicit Dormierunt somnum suum
et nichil invenerunt. Questio
Querendum est autem cum sint
hominis sex etates scilicet infan-

tia pueritia adolescentia iuventus
senectus et senium, quare dominus
primam et ultimam pretermisit, medias
tamen commemorat. Ex tantum
occulta necessaria tantum prima
est ratio. Duo namque primi etat
vigilare scilicet et nescitis quando
dominus veniet. Tamen non habet
opus vigilandi qui solet infantis
etate peccare. In ultima vero licet
opus habeat vigilare, scit tamen
decrepitum quia in ea etate dominus
venit tandem quando etas illa mor-
te finitur. Licet autem omnibus pre-
ceptum sit vigilare secundum illud
Quod vobis dico omnibus dico vi-
gilate. Specialiter tamen prelatis
ecclesie secundum illud Ianitori precepit
ut vigilaret. Ianitor enim est
cui claves ecclesie committuntur, qui
tamen pro se quam pro populo vigi-
lare tenetur ne si forte cecus ce-
cum duxerit ambo in foveam
cadant. Cui etiam dicitur a domino
per prophetam Si non annuntiave-
ris iniquo iniquitatem suam san-
guinem de manu tua requiram.
Pastores enim custodiebant vigilias
noctis super gregem suum. Vigilate
ergo quia beati sunt servi illi quos
cum venerit dominus invenerit
vigilantes. Cui cum patre et
spiritu sancto vivit. Item sermo
sequitur

Beati mundo
corde quoniam ipsi deum
videbunt. Plana satis plena
sunt verba que protulit dominus
hic pariter et secunda si autem
diligentem habeant inspectorem
qui norit granum a palea et eli-
cere mel de favo. Umbrosa autem
questionibus pulsant animum
ut pleniorem accipiant intellec-
tum. Salomon dicit Quis potest
dicere mundum est cor meum etiam
purus sum a peccato. Item si di-
xerimus quia peccatum non habemus

Mth 5

·90·

1o 1

Ps.

nos ipsos seducimus et veritas in nobis non est. Quoniam
in multis offendimus omnes. Quomodo
ergo beati sunt mundo corde si ergo
nemo potest dicere mundum habere
cor et purum a se a peccato. Verum
aliud est habere quam dicere et di-
cere quam habere. Cor siquidem mundum habent
viri sancti et homines iusti qui mun-
dati sunt a peccatis mortalibus et
a viciis secularibus expurgati. Qua-
les illi quibus veritas illa dicebat

Jo 13

Qui lotus est non indiget nisi ut
pedes lavet et est mundus totus.
Vos autem mundi estis sed non omnes.
Alioquin frustra oraret psalmista
qui diceret Cor mundum crea in
me deus. Licet enim fragilis ho-
mo non possit omnino a venialibus ca-
pis cavere quia luna non est pe-
nitus sine macula et septies cadit

Pu. 29

in die vir iustus et totiens resur-
git. Per gratiam tamen dei que
principaliter operatur et libertatem
arbitrii quod secundario operatur
eadem potest ab offensis crimina-
libus abstinere. Mundus quidem
sed magis magisque mundatus.
Quia nullus adeo mundus est in
hac vita quin mundior possit in

Jo 15

ea esse. Omnem inquit palmitem
qui fert fructum purgabit eum

Ro. 1

ut fructum plus afferat. Nemo
tamen dicere debet quasi gloriando
se cor mundum habere. Quia qui

1 Co 10

stat videat ne cadat. Militia est

Job a

vita hominis super terram et ideo ante
faciem pugne non est tempus victo-
rie gloriandum. Nam adversarius

1 Pe

noster dyabolus tamquam leo ru-
giens circuit. Beatus ergo qui
semper pavidus est quia timor
domini peccatum expellit. Unde ti-

Ecc 1

mendum est potius quam cave-
dum et gaudendum cum formidine.
Sed qui gloriatur in domino glo-
rietur non in sublimitate sed in
humilitate sicut gloriabatur apostolus
dicens Libenter gloriabor in infir-
mitatibus meis. Hec est contra-
rium quod alibi dicit Gloria nostra
hec est testimonium conscientie no-
stre. Quia gloria illa non erat
sibi de se sed de deo secundum testimonium
libere conscientie ne saltem fin-
cta glorietur de eo qui presumitur
contra testimonium recte conscientie
gloriari sicut frustra gloriantur
ypocrite similes sepulcris dealba-
tis intus autem plena omni
spurcicia et ossibus mortuorum.
Quia spiritus sanctus discipline
effugit fictum. Aliquis potest dicere

2

mundum habeo cor et purus sum
a peccato quasi nimis quia multi
sunt vocati pauci vero electi.
pauci namque sunt boni respectu

Ec 1

malorum quia stultorum infinitus
est numerus et perversi difficile corri-
guntur. Sed et delicta quis intelligit.

1 Co

Unde enim dixisset apostolus Nichil mi-
chi conscius sum statim adiecit
Non tamen in hoc iustificatus sum
et ideo psalmista dicebat Ab oc-
cultis meis munda me domine
et cetera. Nam alibi legitur Ecclesiastes ix.
Nemo tamen scit utrum sit dignus
odio vel amore. Potuit intelligi
sicut dominus loquitur per prophetam
Jacob dilexi Esau autem odio
habui. Quia dominus prescivit
iacob et esau reprobavit. Er-
go beati mundo corde quoniam ipsi deum
videbunt. Sed quomodo sunt
beati qui adhuc sunt in pugna
et in miseria. Quis mundior erat

Ro

paulo qui tamen dicebat Infe-
lix ego homo quis me liberabit
de corpore mortis huius. Cui psalmus
concordat Educ de carcere ani-
mam meam. Si ergo erat infelix quo modo
beatus. Nichil est quippe sub sole
nisi vanitas et afflictio spiritus

Disseram enim verum plus ex-
primi contigit quam experiri
posset. De duplici beatitudine.
Verum duplex est beatitudo, una
vie et altera patrie. Illa in spe,
ista in re. Ista consistit in meri-
to, illa in premio. Ista in gratia, illa
in gloria. De hac beatitudine le-
gitur: Beati immaculati in via.
De illa beatitudine dicitur: Beati
qui habitant in domo tua domine.
Isti et illi ambulant, sed isti ha-
bitant, quia illi laborant, sed
isti quiescunt. Isti exercentur in
lege, sed illi delectantur in laude.
Beati sunt ergo mundo corde
modo presenti tandem primo modo
presidem tandem perfectum modo
principium tantum per premium
modo per gratiam tandem per gloriam.
Quoniam ipsi deum videbunt.
Contrarium dixisse videtur Iohan-
nes in evangelio: Deum nemo
vidit unquam. Et deus inquit in
lege: Non videbit me homo et vivet.
Omnibus tamen Isayas videtur
contradicere dicens: Vidi dominum seden-
tem super solium excelsum. Et Iacob:
Vidi dominum facie ad faciem. Forsi-
tan responderet aliquis et diceret
quod deus videri non posset secundum
naturam divinam, visus tamen
secundum humanam, quemadmodum in-
minuit Ieremias: hic est inquit deus
noster et non estimabitur alius
adversus eum. Post hec in terris visus
est et cum hominibus conversatus est.
Verum est ergo quod deum nemo
vidit unquam secundum puritatem
et simplicitatem nature divine, quia
deus est spiritus invisibilis. Sed et
verum est quod visus est secundum
imaginem et similitudinem huma-
ne nature qua factus est visibilis
homo. Verum ista visionis distinctio

ad huius sententie non pertinet intel-
lectum, quia multi viderunt et vi-
debunt in deum naturam ~~spiritualem~~
humanam qui tamen beati non fuerunt
nec erunt, ut Herodes et Pilatus,
Iudei et Caiphas. Illi quoque de quibus
dicitur: Videbunt in quem transfixe-
runt, qui non ad salutem sed ad dampnationem
videbunt, quia tolletur
impius ne videat gloriam dei. Et beati
qui non viderunt et credide-
runt. De visione triplici. Sit
ergo est distinguendum quod vi-
sionum alia corporea, alia enigma-
tica, alia comprehensiva. Corporea
consistit in sensu, enigmatica in
imagine, comprehensiva in intel-
lectu. Viderunt oculi mei salutare
tuum. De secunda: videmus nunc per
speculum in enigmate. De tertia:
Tunc autem videbimus facie ad faciem.
Visione corporea nullus unquam
videre potuit aut poterit deitatem,
quia deus non est corpus sed spiritus
quem secundum apostolum nemo hominum
vidit aut videre potest. Visione
enigmatica deus impiis videtur
ut quantumcumque non prospecie sed per
fidem, nec plene sed imperfecte. Visio-
ne vero comprehensiva potest videri
ab angelis sanctis et animabus
beatis qui cognoscunt sicut et cogniti
sunt, sicut ait Iohannes: Cum autem
apparuerit similes ei erimus,
quoniam videbimus eum sicuti est. Verum
est ergo quod dicitur: Deum nemo
vidit unquam, sed intelligendum est
corporea visione. Verum est quod
ait: Non videbit me homo et vivet,
id est in hac vita mortali, quod
bene signatum est in Moyse qui stans
in foramine petre vidit posteriora
domini sed faciem non respexit,
quia sicut homo visus et cognitus
creditur utique quod sit homo, sed
non quis homo. Ista ut deus

Margin: Io 1 · Ex 33 · Is 6 · Gen 32 · Baruch 3 · De prima · Luc 2 · 1 cor 13 · 1 Tho 6 · 1 Jo 3

sit homo scimus sed quis sit ipse
nescimus. scimus equidem quod
sit sed nescimus quis sit. Deum ergo
patres antiqui viderunt sed enig-
matice per quandam talem visionis
similitudinem visionis humane que
vel sensui vel ymagini apparebat.
Sed beati mundo corde quoniam ipsi
deum videbunt. Non autem de presenti
viderent sed de futuro videbunt quia
plenius et perfectius videbitur in futuro.

Qualiter deus cupienti videtur

Videtur autem menti perspicaci
tonis contemplationis ordinibus lec-
tionis et predicationis effectum qui-
bus ad videndum deum anima sub-
levatur. Oportet autem mundari cor
~~criminibus~~ a criminalibus culpis et
secularibus curis ut deum valeat
libere intueri. quia qui criminalibus
culpis involvitur cecus est et qui
curis secularibus irretitur est lippus
et ideo iste minus et ille minime
lumen intuetur eternum. Nam qui
male agit odit lucem et in tene-
bris ambulat. lux autem in tenebris
lucet sed eam tenebre non compre-
henderunt. Obscuratum est inquit
apostolus insipiens cor eorum. et quan-
to magis quis peccat eo magis
obtenebratur donec de tenebris in
terroribus precipitetur in tenebris
terroris. ~~Dicat~~ Recedat igitur de
egipto qui vult sacrificare domino
in deserto purgetur a tenebris vi-
ciorum quia deus lux est et
in eo tenebre non sunt ulle. Heu
si quis videret animam peccatricem
quam sit feda quam sordida quam
obscura quam tenebrosa profecto
magis abhominabilis appareret
et detestabilis quam caro leprosa.
Oportet etiam ut qui deum vult
libere contemplari mundet cor
a secularibus curis quia quadam
densitate fiunt per actiones munda-
nas et occupationes terrenas. qui
prostratus ad solem suspicere ne-
quit ad plenum. quod bene signi-

est in zacheo qui cum esset prin-
ceps publicanorum et ipse dives
ihesum videre quis esset sed pre turba
non poterat quia statura pu-
sillus erat. Princeps erat publi-
canorum et ideo negociis secula-
ribus occupatus. Statura pu-
sillus quia terrenis intentus
prostratus erat ad terram non erec-
tus ad celum et ideo pre turba sol-
licitudinum secularium non poterat
videre ihesum quis esset donec tur-
ba preteriens idest occupationes
mundanas relinquens ascendit
in arborem sicomorum idest ad fide
beneficie caritatis accepit et qua
comprehendit cum omnibus sanctis
que sit longitudo et latitudo que
sublimitas et profundum. Abiciat
ergo mens ista molestias que pariunt
curiositate vagari. Hic est excludat
importune cogitationes que con-
templationis dulcedinem tollunt
et quasi allidantur ad petram i-
psum motus compescantur adeo ut
anima de virtute in virtutem as-
cendens deum deorum videat in
syon. Subsistet itaque sibi
mens universa terrena in quibus
non est nisi vanitas et afflictio
et transcendat ad inmensa gaudia
celestia in quibus est lux felicitas
et beatitudo perfecta quoniam hec est
vita eterna ut cognoscamus te solum
et verum deum et cetera. Perfecte
namque beatus est cui omnia
optata succedunt et cetera. Qui deum
videt conspicit et intuetur in illa
superna patria ordines angelorum
patriarcharum cetus prophetarum choros
apostolorum coronas martyrum palmas
confessorum manipulos virginum se-
nectus quiescentes in pace. gaudentes
in laude fulgentes in luce sine ti-
more securos sine labore quie-
tos sine dolore iocundos. quanta
sit in illis cognitio dilectio et
dilectio quanta sit fortitudo pul-
critudo et rectitudo quanta sic

impassibilitas incorruptibilitas
et immortalitas. Cum ipse deus omnia
sit in omnibus meritis et premium
iustorum. Et si ad hec investiga
da mens rapitur cum quodam
dulcedinis gustu tunc utique con
templatur et quam dulce sit ta
liter contemplari novit ille ple
nius qui gustavit. Adhuc tamen
dulcior est quedam contemplacio
nis gustus talis investigare co
plexum patris et filii et spiritus
sancti qui est amor et dilectio
utriusque ab utroque procedens nec
minor utroque tamen quamvis sub
stancialis et eternus quia sicut
in Christo tres sunt substancie in una
persona sic e contra tres sunt persone in
una substancia. Inter hiis substan
tiis est aliud et aliud sed non alius. Inter
personis est alius et alius sed non aliud quia
tres unum sunt quod est eternum
et simplex quia nec principium
habet nec finem sed est principium
sine principio et est finis sine fine
quamvis principium sit ad finem
et principium sit ad finem et finis sit
ad principium. Nec habet multitudinem
partium nec habet concretionem
proprietatum quia nichil habet in se
nisi se. Nec aliud est habitus ab
habito nec aliud habitum ab ha
bente licet habentis nullus sit
habitus nec alicuius habitum ipsum
sit habens quecumque. Non est in ipso
prius et posterius maius aut
minus licet in ipso substancialiter uno
sit alter et alius scilicet pater et
filius et spiritus sanctus nullo tamen
personali uno quia et alterum est
et aliud invenit prius et posterius
maius et minus scilicet eternum no
vum et vetus eternum deus
novum anima vetus caro. Nec
hec dulce unum et iocunditatem in
hoc vero et summo et vero deo nunc

fugari potentiam qui cuncta fe
cit sapientiam que cuncta dispo
suit benignitatem que cuncta
gubernat equa pagina et inequa
utrique constituit magna pulcra
et utilia ut per magnitudinem investi
ges potentiam per pulcritudinem sapientiam
~~[struck]~~ per utilitatem benignitatem unius
tamen et eius est qui creavit dis
posuit et gubernat in quo aliud
potencia quam sapiencialis benignitas
ut sit unitas in natura et distinctio
in personis. Sed quamvis scrutati
scrutinium. Beati ergo sunt mundo
corde quoniam ipsi deum videbunt
comprehensiva scientia deum visio
est animi beatitudo perfecta quoniam
hec est vita eterna ut cognoscant
te solum et verum deum. Per
fecte namque beatus est cui omnia
opera succumbunt et certe qui de
um videt quicquid desiderat ha
bet. Qui videt deum habet quod cu
pit. Delectaris in sapientia quia
deum vides habes quod cupis quia
deus est perfectissima sapiencia
qui attingens a fine usque ad finem
fortiter et cetera. In quo omnes
thesauri sapiencie et sciencie
sunt absconditi. Delectaris in pulcritu
dine si deum vides habes quod
cupis quia deus est perfectissima pul
critudo in quam desiderant angeli
prospicere cuius pulcritudinem sol et
luna mirantur. Delectaris in pa
ce si deum vides habes quod cupis
quia deus perfectissima est lux que
illuminat omnem hominem venientem
in hunc mundum et ipse habitat
lucem inaccessibilem. Delectaris
in fortitudine si deum vides habes
quod cupis quia deus est perfectissima
fortitudo cui nichil est impossibile
cuius voluntati nichil resistit qui
est fortis et potens super omnes
deos. Si delectaris forsitan in dul
cedine deum ipse est summa dulcedo

Jo 17

Sap

dicente scriptura Quam magna
multitudo dulcedinis tue domine
Gustate inquirit et videte quam sua-
vis est dominus. dulcis et tractus be-
nignus et pius. Primi ante mora-
mur in singulis quibusque boni desi-
deratis si deus videtur habens in eo
qui tamen sit summum bonum in ipso
est omnis plenitudo bonorum. quam
si vides etiam comprehendis si comp-
rehendis et habes propter hoc summum
bonum adipiscendum et optinendum
despexisti seculum et heremum elegisti
Non quamlibet quidem sed illam
solam quam pater et patronus tuus
benedictus elegit in qua monasti-
cam vitam instituit et monaste-
rium ordinavit cum vero regulam
non solummodo pronotavit sed etiam pot-
lorum tenentium custodit. Renova-
tiones invadit corda vestra ut deum
videre possitis. Cor autem innovatum
est scopis illius quibus mundatam
est illa domus de qua spiritus im-
mundus exivit qui scopa scopis
mundatam et ornatam invenit.
Bona scopa est penitentia ele-
mosina ieiunium et oratio his
itaque scopis domum cordis in hac vi-
ta ut deum videre possitis deo
prestante qui vivit. In sollemp-
Simile nitate sanctarum
est regnum celorum virginum
homini negotiatori querenti
bonas margaritas inventa autem
una preciosa margarita dedit omnia
sua et comparavit eam. Regnum
intelligitur ecclesia militantium
et triumphantium. fides recta et lux
divina. Prout accipitur ecclesia
militantium dicitur in ewangelio Si-
mile est regnum celorum homini ne-
gociatori recta. Set est negoci-
ator iniquus et pravus et est ne-
gociator iustus et sanctus. De ne-
gociatione prava que reprobatur
dicit psalmista Quia non cognovi
negociationes tuas introibo
in potentias tuas domine. De ne-
gotiatione honesta que commendatur
dominus ait Negotiamini dum ve-
nio. Hinc est quod homo ille qui
peregre est profectus bona servis re-
digens commendavit. Qui vero
in sudario abscondit est merito
reprobatus dicens Serve nequam
oportuit te pecuniam meam tradere
nummulariis ad usuram ut et
ego veniens cum usuris exigerem
eam. Hoc est feneratio ista
usura perfecta cum principali ca-
pitali sempiterna pro temporalia [illegible]
[illegible] Querenti bonas mar-
garitas. Multiplex est margaritarum
sive lapidum distinctio. Ut enim
propheta. Omnis lapis preciosus
operimentum tuum et enumerat sta-
tim novem genera lapidum propter
novem ordines angelorum. Moyses
autem duodecim species lapidum
posuit in rationali iudicii propter
duodecim apostolorum doctrinam. Pau-
lus etiam in epistola dicit Alius
edificat fenum lignum stipulam
alius aurum argentum et lapi-
des preciosos. Item apokalipsis
lapidibus preciosis omnes muri ci-
vitatis et turres ierusalem gemmis edifica-
buntur. Sufficiat autem ad edificationem
nostram distinguere duas species.
De duplici margarita. Marga-
rita gratie est in ecclesia. margari-
ta glorie est in patria. Prima compa-
ratio contritionis et confessionis
fide his de quo legitur. In lege
domini sunt voluntas eius. Ita
primam comparat adque dicitur Di-
c tu iniquitates tuas ut iustificeris.
Secundum comparatur ille cui dicitur
facite vobis amicos de mammona iniqui-
tatis. Tamen videtur ut peccatum
deleatur ad veniam quam per
veniam deleatur ad gratiam teste
veritate dimissa sunt ei peccata
multa quia dilexit multum. porro
quelibet margaritarum istarum et male

acquisitam et bene ab aliis requirit. Nam margaritam sapientie male querit hereticus, bene querit catholicus. Ille querit ut veritatem impugnet, iste ut veritatem defendat. ille querit ut fidem evacuet, iste ut fidem confirmet. ille ut aquam vino misceat et in amaro calice fel draconis propinet, iste ut capiat vulpes parvulas que demoliuntur vineas. Sunt tamen et aliqui christiani sicut ipsi heretici auditionis et intellectus qui margaritam sapientie non ad veritatis defensionem sed ad falsitatis assertionem allegant ut pre margaritam maritam accipiat de quibus inquit propheta: Narraverunt iniqui fabulationes sed non ita ut lex tua domine. Margaritam quoque gratie male querit ambitiosus, bene querit devotus. ille per symoniacam pravitatem, iste per catholicam veritatem. ille ut sandem obtineat, iste ut laudem perficiat. ille audivit cum Symone: Pecunia tua sit tecum in perditione, iste audivit a domino: Gratis accepistis gratis date. Dominus enim vendentes et ementes eiecit de templo nobis relinquens exemplum ut gerras et symoniacos expellamus quia non habent partem in regno Christi et dei. Ille margaritam male querit malus, bene christianus. ille querit per illicita et ideo numquam invenit, iste querit per viam et ideo ad illam pertingit. Ille tamquam cecus vultu velato, iste tamquam videns facie revelata. Una est enim et unica via per quam pervenitur ad patriam. Ille salvus qui dicit de se: Ego sum via veritas et vita. Multe sunt ergo margarite sed una est preciosa quam cum invenit homo vendidit universa que habet et emit eam. Dat temporalia ut acquirat celestia, dat universa non solum secundum se ipsum non solum secundum facultatem sed propriam voluntatem. Unde Petrus dicebat: Nos reliquimus omnia et secuti sumus te. Omnia vero venduntur ut unum solummodo comparetur. Hanc unicam margaritam petit propheta: Unam petii a domino. Quam preciosa sit margarita cogitare non possumus nec dicere, etiam explicare, quia nec oculus vidit nec auris audivit et in cor hominis non ascendit. Sed ne penitus taceamus dicamus hanc margaritam esse visionem dei qui est omnia in omnibus, cunctorum premium et remuneratio singulorum. Et bene dicitur margarita propter cogitationis splendorem in qua vita consistit eterna ut cognoscant te solum et verum deum. Nemo propter paupertatem desperet cum audit preciosam margaritam que de facili comparatur. emit eam vidua duobus minutis que misit in gazophylacium. emit alius potu calicis aque frigide quam dedit in nomine prophete. emit eam latro de cruce uno verbo. Nemo ergo desperet quia sufficit bona voluntas ubi deest facultas. Omnes ergo quos possumus terrena pre celestibus, transitoria pro eternis ut preciosam illam margaritam comparare a domino valeamus ipso prestante.

De dedicatione ecclesie

Introibo domine in domum tuam, adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo. Universorum dominus et creator cuius est immensa maiestas, incircumscripta sublimitas et inestimata potestas, multas et varias diversas habet plurimas et diversas in domibus suis mansiones scilicet universalem et particularem, spiritualem et singularem, superiorem et inferiorem, interiorem et exteriorem. Universalis dei domus est tota mundialis machina. Unde Salomon dominus dicit quia fabricasti tibi domum perpetuam celum et terram simul.

De triplici domo dei

varias

et mater. Materialis dei domus est
sancta mater ecclesia unde psalmista: Do-
mum tuam decet sanctitudo domine.
Specialis domus dei est gloriosa vir-
go maria unde propheta dicit: Et ecce
gloria dei implevit domum dei. Sin-
gularis domus dei est humanitas re-
demptoris assumpta unde legitur:
Sapientia edificavit sibi domum.
Superior domus dei est celestis beatitudo
de qua dicitur: Ingrediar in locum ta-
bernaculi admirabilis usque ad domum
dei. Inferior domus dei est orationis
basilica de qua dominus ait: Domus
mea domus orationis vocabitur. Inte-
rior domus est pura consciencia de
qua dicitur: Perambulabam in in-
nocentia cordis mei in medio domus
mee. Exterior domus dei est sacra
scriptura de qua legitur: Ambulavimus
in domo domini cum consensu. Cetera
igitur exceptis similibus et variis
domus dei viri fideles intrabunt
ut ad templum sanctum adorent.

Quid sit orandum. Consideranda
ergo fratres nobis occurrit quid vel
qualiter et quare sit adorandum.
Hinc adorandus est pater adoran-
dus est filius et adorandus est
spiritus sanctus quoniam et omnes
singuli singulariter unus solus et verus
deus spiritus increatus immensus im-
mutabilis summe potens summe sa-
piens summe bonus. Spiritus quia
non constat ex partibus. increatus
quia non incepit ex tempore. immensus
quia non circumscribitur loco. incommuta-
bilis quia non variatur affectu. Sum-
me potens ~~cui~~ cui nichil est im-
possibile. Summe sapiens quia ni-
chil est ignorabile. summe bonus quia
nichil est immunde. Ex quo omnia per
quem omnia in quo omnia. a quo omnia
sunt patente creata per que omnia sunt
sapiente formata in quo omnia sunt
diligente conservata. Creata per
potentiam formata per sapientiam
conservata per diligentiam. Per pote-
nciam premium causa efficientem per
sapientiam filium causam effi-
cientem per diligentiam spiritum sanctum
causam perficientem. Tres namque
sunt qui testimonium dant in celo
pater verbum et spiritus sanctus. et
hii tres unum sunt. Tres personalita-
te quamque ratio distinctus pater
generationem verbum filiationem
spiritus sanctus processionem. Unum
essencialiter totum deus quod sin-
guli natura potencia et voluntas
omnino quoquomodo secundum substantiam
predicatur. Licet enim alia sit per-
sona patris alia filii alia spiritus
sancti tamen patris et filii et spiritus
sancti una est deitas equalis gloria
coeterna maiestas. Una quia equalis
totius et individue trinitatis est
adoratio de qua sane potest in-
telligi quod dominus ait: Veri ado-
ratores adorabunt patrem in spiri-
tu et veritate. Vere enim qui deum ado-
rat veraciter ipse quidem adorat
patrem in spiritu et veritate. hoc
est in filio qui de se dicit: Ego
sum via veritas et vita. Ego sum
inquit in patre et pater in me
est. Utique pater est adorandus in
filio et filius adorandus in patre
et spiritus sanctus adorandus in utroque.

Qualiter sit adorandum. Adoran-
di sunt pater et filius et spiritus
sanctus in domo inferiori in domo
interiori in domo exteriori id est in
sancta basilica in pura consciencia
in divina scriptura. Ut tandem ado-
retur in domo superiori. hec est in
celesti patria de qua legitur: Beati
qui ambulant in domo tua domine
in secula seculorum laudabunt te. Et cum
deus ubique sit non tantum per pote-
nciam verum etiam per presenciam. Cum
magis in templo quam in alio lo-
co deus est adorandus cum in omni
loco dominacionis eius qui per prophetam
dicit: Celum et terram ego impleo.
Item alius: Et si ascendero in celum
tu illic es si descendero ad infernum
ades. Certum cum multi famulatum

solutionem questionis a xpisto fecisse
quesiuisse que de loco adorationis inter
iudeos et samaritanos frequentissime
uertebatur. Patres nostri in mon
te hoc adorauerunt et vos dicitis quia
in ierosolimis est locus ubi adorare
oportet. Respondit illi ihesus mulier
crede michi quia ueniet hora quando
nec in monte hoc neque in ierosolimis
adorabunt patrem. sed ueri adorato
res adorabunt patrem in spiritu et
ueritate. qui dicat. Non prefato lo
cum loco in adorando. ubique ado
ratur deus dummodo adoret in spiritu et
ueritate. id est in spiritualibus et ueri
hoc est certis. ¶ Tercio deus debet
adorari in ecclesia. Verum licet ubique
deus sit adorandus specialiter tamen
in templo iuxta illud. Adorate
dominum in aula sancta eius. specialiter
quia adorantem. secundum quod in libro
sapientie legitur. Ad ortum lucis
oportet adorare. scilicet ut nobis
adorantibus deum oriatur lux
uera que illuminat omnem hominem
uenientem in hunc mundum. sol iusti
cie xpistus deus noster. Frustra namque
tanto studio tantoque labore tem
plum dei fieret nisi grata accep
taret in eo dominus adorandum. le
gimus enim quod templo constructo
et edificato salomon orauit ad
dominum. ut quicumque iudeus uel gen
tilis ascenderet in templum orans
pro peccatis suis uel quacumque tribu
latione clamans ad dominum in hiis
que iuste postularet exaudiretur
a domino. quamquam iam orationis for
mam adhuc seruat ecclesia que
in dedicatione sic orat. Ut quicumque
templi illud beneficia petiturus in
greditur. cuncta se impetrasse le
tetur. Assistunt enim in sacris tem
plis angeli dei fidelibus adorantibus
ut deuotas eorum orationes offerant
domino secundum illud. In conspectu
angelorum psallam tibi deus meus
et angelus ad te obiciam. Ego obtuli

orationem tuam domino. Requiescunt
etiam in sacris templi reliquie que
nobis suis precibus assistunt. quod
nostris meritis non ualemus. Crede
fratres diligenter attendite quam
sollicitos et deuotos ante sanctorum
reliquias coram angelis dei nos
oporteat in templo domini adorare.
¶ Quarto deus debet in pura con
sciencia adorari. Unde necesse est
quod non tantum in sacra basilica
quantum in pura consciencia deum
adoremus ex corde puro. consciencia
bona et fide non ficta. Ex corde pu
ro deus est adorandus. non ut qui
dam adorant qui illum in prosperi
tate glorificant sed in aduersitate con
temnunt iuxta illud. Confitebuntur
tibi domine cum benefeceris ei et si non fuerint
saturati murmurabunt. Adorandus
est deus de consciencia bona. non ut
quidam adorant qui contra deum
grauissime peccant. et tamen illi
sacrificant de quibus propheta. Pecca
tori dixit deus quare tu enar
ras iusticias meas et assumis
testamentum meum per os tuum. Illud
utique testamentum de quo ueritas
ait hic est sanguis meus noui testa
menti. Adorandus est deus de fide
non ficta non ut quidam adorant
qui uerba dicunt sed praue uiuunt
de quibus dominus improperat dicens
Populus hic labiis me honorat cor
autem eorum longe est a me. dicunt
enim et non faciunt. Adorandus
est ergo corde ore et opere. Ore per
confessionem super omnia collau
dando. corde per dilectionem super omnia
diligendo opere per ueneracionem
super omnia famulando. ¶ Quinto
racionale adoraturos. Quidam uero
quidam dei zelum habent sed non
secundum scienciam nec secundum simplicem
ignoranciam quam recipit errore
adoremus iuxta sententiam et
auctoritatem scripture. Sacra
namque scriptura duas species adora

torius distinguit scilicet latriam
et duliam latriam sibi creatori de-
bemus impendere duliam vero quam-
busdam creaturis possimus exhibere
latria solum creatorem debemus super
omnia venerari. dulia vero possimus
quasdam creaturas non omnia
venerari ad latriam spectat tem-
pla altaria sacerdocia sacrificia
et cerimonie quia ut ait doctor
egregius Augustinus soli creatori
deo sunt exhibenda. Itaque adora-
cione preceptum est. Dominum deum tuum
adorabis et illi soli servies idest sola
intuitu adoracionis impendes.
Qui secundum Augustinum non theosse-
bie cultum exhibent sed ydolatrie
tamen incurrunt. Sunt enim creature
quasi creatori immutaverunt gloriam
incorruptibilis dei in similitudinem
corruptibilis hominis. Legimus enim
quod cum Paulus et Barnabas
quendam claudum sanassent cle-
mavit turba vocem dicens. Dii
similes facti sunt hominibus descen-
derunt ad nos quibus sacrificare
volentes optulerunt thauros ad
victimas. Ubi vero Paulus et Bar-
nabas audierunt quod eis vole-
bant divinos cultus et honores
impendere sciderunt vestimenta sua
dicentes se homines esse mortales
qui potius vellent ut eos ab
ydolatria revocarent. Johannes
quoque cum in visione angelum vel-
let adorare prohibuit eum angelus
dicens. Deum adora ego autem
frater tuus sum et conservus fra-
trum tuorum. Cum igitur homines et
angeli sancti noluerunt aliquatenus
adorari quid est quod nos sub pretextu
pietatis et ob tectum religionis
ut certa [illegible] tetram divisas
adorant ymagines ut preciosas
tamquam liceat manifestum est ado-
rari. Quemadmodum simulacra gen-
tium argentum et aurum et cetera

Similes illis fiant qui faciunt
ea et cetera. Item confundantur omnes
qui adorant sculptilia. Quantum
igitur hunc crimine dampnatur
pluribus ex libris prophetarum precipue
sequitur ex libro sapiencie manifestissime
declaratur. Cuius nos
testimonia brevitatis causa pre-
teriam. Illud tamen commemorabo
quod ait propheta israhelitis. Ne forte
decepti cultis adores ea que creata
sunt deus tuus hunc est quod ser-
pentem eneum quem Moyses er-
exerat in deserto ut intuentes illum
percussi a serpentibus sanarentur licet
in figura humane redempcionis pro-
cessit quia tamen post multum
temporis eiusdem colunt populus ei contra
legis preceptum thimiama adolebat
incensum. Rex Ezechias pius et
prudens confregit et pulverem
sparsit in torrentem Cedron. Qua
ymagine adorare debemus.
Una tantum igitur dei patris y-
mago quam una certa patre
debemus adoracione venerari scilicet
unigenitum dei filium ihesum christum
qui est splendor paterne glorie
et figura substancie eius cuius
non solum deitatem sed eciam hu-
manitatem adorare debemus.
Secundum illud. Adorate scabellum
pedum eius quoniam sanctum est.
Ceteris autem ymaginibus non
latria sed dulia possimus venerari
non propter ymaginem que per se
nichil potest sed propter ymaginem
qui per se cuncta potest. Non ut
nos qui facti sumus ad ymagi-
nem et similitudinem dei minores
non reputemus ymaginibus quas
ipsi fecimus ad ymaginem et simili-
tudinem nostram sed ut nos per deum
factis ymaginibus inclinemus
qui propter nos manumissit se formam
servi accipiens quia omnis qui
se humiliat exaltabitur. Videtis
enim ymagines inclinamus ut per

[V]oluntas salutis constituamus in
illis. Sed ut memoria gratitudinis de[vo]
cionem [illegible] quam christus dedit ge
rimus ostendamus. Deinde
enim ut dictum est creaturis sanctis
et sanctis possimus exhibere salicet
angelis hominibus et sacramentis.
De adoratione angelorum legitur
quod Habraham elevans oculos suos
tres vidit in convalle mambre
et unum ex angelis occurrens adora
vit. Loth quoque duobus angelis in
trantibus civitatem adoravit. pe
tens ut in domum suam hospicio
declinarent. Quod ergo ab hominibus p[ro]
hibitus sit angelus adorari quia
christus hec omnia erat super angelos
exaltatus. De adoratione hominum
legitur eo modo quod iacob vidit
esau venientem procidit prima
terram et primus in terra septies
adoravit. Filii quoque iacob adora
verunt ioseph in dextro egypto. Cum
ergo mardocheus noluisset aman
adorare quia ille volebat sibi ado
racionem impendi. De adoratione
sacramentorum dicit ecclesia. Crucem
tuam adoramus domine. Unde alibi
christianus dicitur. Statuas ymagi
nes benedicantur et adorant. Vere
tamen adoramus deum coram yma
gine quam ymaginem coram deo.
Unde preceptum est. Coram altari
adorabitis non ait altare. Sed co
ram altari. Et propheta. Adorabo
ad templum sanctum tuum in timore
tuo. In timore quod est non humano
de quo dominus ait. Nolite time
re eos qui occidunt corpus animam autem
non possunt occidere. Non similiter de
quo dicit apostolus. Timor non est
in caritate sed perfecta caritas foras mittit
in timore. Sed in timore initiali de quo
dicit psalmus. Timor domini sanctus
permanet in seculum seculi. Tercio sit
adorandum. Quarto ante sit ado
randum ipse propheta nos instruit
Venite adoremus et procidamus ante deum
plorennus coram domino qui fecit
nos quia ipse est dominus deus no
ster salvator. tunc erit verissime
noster cum erit omnia in omnibus
et sufficiencia singulorum. Ipse est
ergo deus qui de nichilo animam crea
vit. Ipse est dominus qui suo san
guine nos redemit. Ipse est noster
qui suo munere nos salvavit qui
creando nobis dedit naturam qui
redimendo attribuit graciam qui salvan
do confert gloriam. Habemus ergo quid sit
adorandum quia pater et filius et
spiritus sanctus. Ubi sit adorandum
quia in sancta basilica. Imprima co
gnicione in divina scriptura. Qualiter
sit adorandum ex corde ex ore ex ope
re. Quare sit adorandum quia propter
creacionem propter salvacionem et
propter redempcionem quam nobis
prestare dignetur dominus ihesus christus.

De Adoratione. Evangelium.

Egressus ihesus perambu
labat iericho et ecce vir q[ui]
dam nomine zacheus princeps pu
blicanorum et ipse dives et querebat
ihesum videre quis esset et non poterat
prae turba quia statura pusillus
erat. Triplici egressu redem
ptoris. Duo sunt redemptoris egressus
unus eternalis et alius corporalis
unus occultus et alius manife
stus. Unus secundum quod natus est
de patre. alter quia secundum quod natus est
de matre. Unus in forma dei et
alter in forma servi. Utrumque com
mendat et commendat propheta cum ait
Et tu bethleem terra iuda nequaquam
minima es ex te enim exiet dux
qui regat populum meum israel. Et egres
sus est a diebus eternitatis. Egressus
ergo ihesus perambulabat iericho.
Deum exivit a patre et venit in
mundum. Exivit autem non deserendo
naturam divinam in qua eternaliter per
manet occultus sed assumendo na
turam humanam in qua de matre
apparuit manifestus. Iericho autem
secundum interpretacionem exponitur
luna qui propter sui volubilitatem

et mutabilitatem significat mundum
qui semper volvitur et mutatur
Unde salomon Cuncta que sunt sub
sole vanitas et afflictio spiritus et
nichil permanet videt quia unus
nascitur et alter moritur. unus
extollitur et alter deprimitur unus
crescit et alter decrescit unus le
tatur et alter tristatur. unus fit
dives et alter pauper unus fit dominus
et alter servus. Quia homo na
tus est de muliere brevi vivens tempore
repletur multis miseriis Egressus
ihesus perambulabat iericho Nam
qui prius egreditur de sinu patris
deitatis christus ingreditur in utero ma
tris matris Item christus postquam
venit a patre et venit in mundum
volubilitatisque mutabilitatem nostram
assumpsit et sponte se mutationi
nostre subiecit Cum esurivit siti
vit doluit et expavit ad[illegible]
temptationem suscepit et mortem sicut
ipse propheta dicit Attendite et vide
te si est dolor sicut dolor meus
Cepit enim pavere et tedere contri
stari et mestus esse factus obedi
ens usque ad mortem mortem autem
crucis Hoc ergo secundum humanam
naturam accepit christus etiam penas
mutabilitatis accepit et assump
sit et defectus nostros suscepit
et ideo egressus ihesus perambula
bat iericho et ecce vir quidam
nomine zacheus princeps publicanorum
Nota duo sunt genera peccatorum
Duo sunt peccatorum genera quorum qui
dam desperant de dei misericordia
dicentes miserabile cum Cayn Ma
ior est iniquitas mea quam ut
veniam merear quia desperant
de infirmitate sanitatis et non attendit
Nam cum venit peccator in pro
fundum viciorum contempnit Ali
i vero de misericordia divina non desperant
dicentes misericorditer cum david
Miserere mei deus secundum magnam

misericordiam tuam Quia querunt
salutem sanitatis accipiunt Venit
enim filius hominis querere et salvum
facere quod perierat Talis erat
zacheus qui licet esset princeps pu
blicanorum et dives querebat videre
ihesum quis esset et non poterat
De quatuor impedimentis Quia qua
tuor impedimenta sibi videntur
obstitisse ne posset videre ihesum Primo
quia princeps erat publicanorum
secundo quia dives erat tercio quia
preter turbam quarto quia statura
pusillus erat publicanus dicebatur
quia publica vectigalia exigebat
quorum commercia vix aut numquam
sine peccato prevalent exerceri Prin
ceps ergo erat publicanorum exac
torum fisci unde sicut princeps latro
num est princeps latrocinii sic et
princeps publicanorum est publici
commercii princeps erat Secundo di
ves erat et nephas divitias acqui
sierat licet enim habere divitias
non sit tamen sine abusus peccato
dicitur per prophetam Divitie si af
fluant nolite cor apponere tamen
abraham dives erat david locu
ples Job opulentus qui deo placen
tes inventi sunt iusti Difficile
quidem est habere divitias nec ea
mare sicut esse in igne et non ardere
Preter quod dicitur Difficile
est divitem intrare in regnum ce
lorum Sed impossibile creditur apud
homines tamen apud deum pos
sibile Tertio quia non respiciunt
divites cum ea ipse fit dives Unde
zacheus non poterat videre prae turba
quam turba premit videri non
potest [illegible] quod sit ipse facta
[illegible] non ante conspectum [illegible]
ipse dicebat Manifestabo meipsum
eis quia hec est vita eterna ut
cognoscamus te Ille mortalita
te pusillus statura qui parvum
persistere potest dei quod facile cadit

ar aut fragilitate carnis infirmi
aut compedibus consuetudinis alligati
quales inuitos esse nouimus et do
lemus quibus displicent mala
que faciunt sed fragilitate vel con
suetudine tracti seu victi operantur
que detestantur quia tamen contu
piscit aduersus spiritum peccant
tamen sub deo magis quia cont
dicunt semper de perversitate cogitationes
et de ima confidentes Qualis
erat iste zacheus qui desidera
bat videre ihesum sed non poterat
pre turba et cetera Cupiebat ergo
videre tamquam qui meditatur
de venia sed pre turba non poterat
tamquam qui tenebat a culpa
racione repugnantes sed sensualita
te succumbentes. Ad hec igitur per
tinet Concupiuit anima mea desiderare in
iustificationes tuas in omni tempore
Ille namque concupiscit deside
rare sed nondum perfecte desiderat
sicut dolent qui dolere non possunt
sed dolent ut doleant ideo ut do
lor messitatis dolorem infestat
efficacem. Procedunt enim que
dam in peccatoribus qui licet non
iustificentur digni tamen dete
stabiles iustificationibus inueniuntur
Cupiebat ergo zacheus videre
ihesum quis esset non poterat pre
turba quia nimis incedentes pre
dunt suas virtutes Turba ma
la turbat quia turba malorum
hominum vel malorum cogitationum
siue demonum maligniantium qui
semper mouent suggerunt et perpetra
unt ad peccandum. Unde legitur Mt.
cum ceci clamarent miserere mei
fili dauid qui preibant increpa
bant eum ut taceret ipse vero multo
magis clamabat miserere mei.
Quia quanto magis contra nos
insurgunt turbe demonum vel
cogitacionum vel hominum tanto
magis debemus insistere ut temptaciones
huius expellamus ut pigriciam
vel negligentiam ob terminemus in
morte Ex sollicitudine et
vigilantia resurgamus de vicio
exemplo zachei qui precurrens
ascendit in arborem sicomorum ut
videret ihesum quia inde erat tran
siturus Nullus ergo pro eo quod per
occupatus est in seculo delicto
negligendo diffidat aut negli
gat discendo sed precurrat et ascen
dat in arborem sicomorum De ¶
quattuor suffragiis zachei Ecce
zacheus de sua salute sollicitus
contra quattuor impedimenta quatu
or inuenit suffragia per quattuor
argumenta Nam quia diues erat
dimidium bonorum suorum dedit pau
peribus et quia princeps erat prede
aliquem defraudauit reddit qua
druplum quia statura pusillus
erat ascendit in arborem sicomorum
et quia pre turba videre non pote
rat precurrens post se turbam
dimisit Sic nos siciatos in via
dei quociens aliquibus aduersita
tibus impedimentis argumentorum sed et
studiosi ad opportuna suffragia
recurramus ne deficiamus in via
sed expediti pocius proficiamus ad
patriam precurrentes ergo zacheus
turbam dimisit post se quia pec
cator volens ad veniam peruenire
debet post se malos homines et per
cogitaciones malignas et demones
malignantes que perturbant pectorius
despiciati Ut non istis inhereat
huius non subaudiat illis non
acquiescat sed quanto magis impu
gnatur tanto magis repugnat
ut expugnet pocius expugnatus
eius exemplo qui quanto magis
increpabant turbe que preibant
ut a clamore cessaret tanto ma
gis clamabat miserere mei filii
dauid Veniat ergo hic postula
tionis clamor imperie sugge
stionis clamor et penalis

spiritus contra carnem. Item fuit
separatus a malis similis a perfidis
disceptus a pravis. Ascendit in arbo-
rem sicomorum ut ihesum videret transe-
untem. Quid sit sicomorus. Si-
comorus est celsa vel ut quidam exponunt
dicitur ficus fatua. Hec est sancta crux
Christi que ab infidelibus stulticia re-
putatur. Hanc arborem ascensurus alta
quo spiritu promit: ascendam in pal-
mam et comprehendam fructus eius.
Palmam que est signum victorie fidem
certitatis significat. Unde dicit Iohannes
hec est victoria que vincit mundum fides
nostra. Fructus autem crucis ille ve-
raciter apprehendit qui comprehendit cum
omnibus sanctis que sit longitudo
latitudo sublimitas et profundum.
Fructus huius arboris est preciosus
dulcem habens saporem qui est
fructus vite qui pependit in cruce sa-
nguinem suum pro nobis effundens.
Qui vult ergo videre Christum ascendat
arborem sicomorum quia ihesus in
salvatore videri non potest nisi in
loco salutis id est in cruce. Operatus
deus rex ante secula salutem
in medio terre id est in loco calvarie.
Unde cum moyses posteriora domini
vidit legitur in foramine petre
stetisse. Cum petra significat Christum
secundum illud Petra autem erat Christus. Et
foramina petre vulnera Christi
designat. Propter quod alibi dicit: In
foraminibus petre id est in foraminibus
macerie ostende michi faciem tuam.
Quia quicumque faciem Christi videre vo-
luerit in foraminibus petre hoc est in
vulneribus Christi considerem passionis et
crucis Christi stare. Ascendit ergo za-
cheus in arborem sicomorum ut ihesum
videret. Zacheus quia erat in loco
ubi crucifixus est ortus in orto mo-
numentum. Ibi ergo Christi partationem
meditatur quia erat iuxta monumentum
ubi positus fuit ihesus. Unde transivit
de morte ad vitam de mundo ad patrem.
Et cum venisset ad locum suspiciens

ihesus vidit illum. Notandum vidit
enim in predestinationis aspectu. Ut
dixit nathanaeli: Cum esses sub
ficu vidi te. Et in plenitudine
temporis venit ad locum calvarie
in quo pro peccatoribus salutem voluit
crucifigi. Suspiciens vidit
illum et alios peccatores in sacra-
tionis intuitu ut eos redimeret.
Legitur enim quod Christus suspici-
ens vidit zacheum quia nullus
sursum si non potuisset videre. Quoniam
in veritatis mente per gratiam illuminet
mens non potest veritatem cernere.
Quemadmodum nisi lux lucerne
vel sol prius videat oculos homo quam-
vis undique aperit oculos non potest
lucernam videre vel solem. Christus
autem est veritas. Christus est sol.
Christus est lux vera que illuminat
omnem hominem venientem in hunc
mundum. Unde legitur quod respexit
dominus petrum et statim exiens
foras flevit amare. Dixit ergo
dominus ad zacheum: Zachee festi-
nans descende. Zacheus commendatur
ascensus pariter et descensus quod
ascendit per fidem ut videret ihesum
et descendit in humilitate ut susci-
peret ihesum quia super humilem et
quietem requiescit spiritus domini.
Iterum qui descendit ipse est qui as-
cendit. Et Iacob vidit angelos
ascendentes et descendentes. Ergo
festinans descende quia hodie in
domo tua volo manere quasi diceret
nam ob illuminationem perfidie tuam
oportunum est tibi non michi quia
ego non indigeo bonorum tuorum sed tu
sine me nichil facere potes in
domo tua facias mansionem non
quasi hospes diurnus sed perpetuus ha-
bitator. Quia qui perseveraverit usque
in finem hic salvus erit. Domo
quidem non materiali que con-
struitur ex lapidibus sed spirituali
que virtutibus fabricatur. Hij
obtinuit quam speravit quia gratis

erat ut ascenderet in arborem ut
videret ihm sed ihus non solum
se illi videndum ostendit ve-
rum etiam in domo sua dignatus est
hospitari. Per hoc enim col-
ligitur manifeste quam diminuit
quod conscientia incitant et adi-
ciat quod oculos non possunt. Por-
ro quia non auditores sed factores
iusti sunt apud deum zacheus
non tardus et obliviosus audi-
tor sed studiosus et diligens in-
quisitor festinans descendit et
suscepit illum gaudens. Per quod
moraliter instruimur preceptis ut
non cum mora et tarditate
nec cum tedio vel accidia divinum
exequatur mandatum. Unde apostolus
Obedientia sine mora sed necessaria
cum tristicia vel dolore cum in-
vite vel querela divinam excedunt
similitudinem quia secundum eundem apostolum
hilarem datorem diligit deus.
Cum enim viderent homines mur-
murabant dicentes. Quod ad hominem
peccatorem divertisset sine defectu
diss. Quamvis invidia et quia
ignorancia murmurabant sed u-
trumque minus erat iniustum
tamquam quilibet murmuraret quod
medicus diverteret ad egrotum.
Unde cum pharisei dixissent apostolis
Quare cum publicanis et pecca-
toribus manducat et bibit ma-
gister vester. Ihus inquit illis Non
est opus valentibus medicus sed
male habentibus. Dixit petrus
admonitus miraculi novitate di-
xit ad dominum Exi a me domine
quia ego sum homo peccator cum
pocius dicere debuisset. Intra ad me
domine quia ego sum homo peccator
quia nisi lux non accedat tene-
bre non recedunt. Stans autem
zacheus dixit ad dominum Ecce dimi-
dium bonorum meorum do pauperibus
zachea. Quantum perficit penitencia
salvatoris et conditoris ostendit
salutis effectus. Nam qui sicut
iniquus per fraudes et qui sicut
princeps publicanorum et ipse dives
factus est pauperum genitor et ipse pau-
per. Unde non immerito nomen
eius vocatur zacheus quod interpretatur
iustificatus. Ecce dimidium bonorum
meorum domine do pauperibus. Quia
vero si recte offerebas nec ante
recte dimiseras peccasti zachee
ante tamquam prodigus et dis-
tractus recte optulit et recte di-
misit quia dimidium bonorum suorum
dedit pauperibus et si quos aliquem
defraudaverat reddit quadruplo
dedit sua et reddidit aliena quia
non dimittitur peccatum nisi reddi-
tum ablatum et qui facit elemo-
sinam de rapina pauperis zacta.
Deus enim iniqua munera
non acceptat. Precium que sunt
de sacrilegio vel de furto de rapina
vel de usuris in quibus dominium
non transfertur ira magis quam
misericordia provocatur. Quidam enim
habebant multum dant parum cum
habebant carum dant vile cum
proprium alienum dant cum dare de-
berent egenis dant histrionibus.
Zacheus autem et recte optulit
et recte dimisit dat non parum
sed multum quia dedit dimidium
non vile sed carum quia bonorum
non alienorum sed proprium quia suorum
non histrionibus sed egenis quia
dedit pauperibus. Omni ergo tempore
debemus indigentibus subvenire
presertim hoc tempore in quo deus famem
et sterilitatem induxit in uno
simul duo commoda negocio misericordiam
exhibet et iusticiam manifestat ut
cum pro peccatis nostris per famis inediam
nos flagellat iusticie sine rigore
ostendit et cum subveniendi pau-
peribus occasionem exponit miseri-
cordie causam impendit. Quatinus
cum flagellum dei patienter
paciant et indigentibus liberaliter
subvenerimus liberemur utique per
iusticiam et per misericordiam coronemur

qui autem instante necessitate peri-
culo necessarius est contemptus et super-
flua retinet facit se tot mortibus
reum quot inopes perierunt ava-
ritiam moriuntur aut saltem tot
esse dignum suppliciis quot pro-
pter supplicia affliguntur. Ita quis
habuerit substantiam huius mundi
et viderit fratrem suum necessarium
et cetera. Et nec sequitur quod opor-
teat quod sufficiat ut unusquisque tri-
buat secundum propriam facultatem si mul-
tum ei fuerit habundanter imper-
tiat si exiguum etiam de exiguo
libenter studeat impertiri. Et itaque ex
necessitate aliquis tribuat et super-
fluitati auferat totum ex toto re-
stituat alienum non semper in simplum
sed interdum in quadruplum. Res enim
aliena subripitur aliquando per
ignorantiam aliquando per neglige-
ntiam tum enim res aliena subri-
piebatur in lege per ignorantiam
reddebatur caput et quinta pars
de superflua idem fiebat de re fur-
tiva. Ait illi Ihesus hodie huic
domui salus facta est quod filius
sit Abrahe filius quidem non
carne sed fide non successione
sed imitatione. Zacheus autem
obedivit Ihesu et factum est ei
in salutem. Abraham credidit
deo et reputatum est illi ad iusti-
ciam. Abraham angelos suscepit
Zacheus dominum angelorum. Abra-
ham exultavit ut videret diem
eius vidit et gavisus est. Zacheus
autem ascendit in arborem syco-
morum ut videret illum transe-
untem et descendens suscepit
illum gaudens. Ideo hodie do-
mui isti salus facta est. Etenim
venit filius hominis. In hoc fine
iustificatio plenitudo virtutis
multiplex assignatur scilicet fides
spes caritas iustitia fortitudo
prudentia temperantia obedie-
ntia cum humilitate hospitali-
tas cum hylaritate misericordia
cum largitate. Fides quia pre-cur-
rens ascendens in arborem sycomo-
rum. Spes quia querebat videre
Ihesum quis esset. Caritas quia sus-
cepit illum gaudens. Iustitia quia
reddidit quadruplum. Fortitudo quia
stans dixit ad dominum. Ecce dimidium
bonorum meorum do pauperibus. Pru-
dentia quia non solum dedit pau-
peribus sed reddidit defraudatis.
Temperantia quia non distribuit
totum sed dedit dimidium. Obedientia
cum humilitate quia festinans
descendit. Hospitalitas cum hyla-
ritate quia gaudens suscepit.
Misericordia cum largitate quia
dimidium bonorum suorum dedit pau-
peribus. In arborem sycomorum as-
cendit quia fidem crucis extol-
lit. Per spem quia querebat Ihesum
videre. Per caritatem suscepit illum
gaudens. Caritas enim secundum apostolum
veritati congaudet. Caritas ergo
gaudebat quia caritatem susci-
piebat. Per iustitiam reddidit qua-
druplum quia nemo iustificatur
a culpa nisi restituat aliena.
Per fortitudinem quidem stabat
non iacebat ut debilis sed stabat
ut fortis. Nam ut Ihesus Ste-
phanum confortaret non appa-
ruit illi sedens sed stans. Per pru-
dentiam dedit pauperibus et red-
didit defraudatis dedit propria et
reddidit aliena. Errant ergo
peccant qui decimas et primitias
non reddunt creditoribus sed eas pro
sua voluntate distribuunt indi-
gentibus. Per temperantiam dedit
non totum sed partem dedit super-
flua et retinuit necessaria
secundum illud. Cum videris nudum
operi eum et carnem tuam ne
despexeris. Per obedientiam festi-
nanter sicut scriptum est obedi-
entia sine mora. Per humi-
litatem descendit quia qui se

humiliat exaltabitur per caritatem
suscepit illum gaudens quia hilarem
datorem diligit deus. Primum
bonorum suorum dedit paupe-
ribus et ideo iusticia eius manet
in seculum seculi. Sanus ergo idem
fratres dimidium vel quartam
vel septimam vel decimam partem
pauperibus erogare quam statim ad
plenum ihesu christi vendit universa
que habet et dat pauperibus. Tamen
nec decimam reddit quam reddere
tenetur ex debito. Certe superhabun-
dabit iniquitas et cetera. Zacheus
autem dimidium bonorum suorum dedit
pauperibus et cetera. De istis vir-
tutibus domus illa construitur
in qua christus hic dignatur.

Distinctio de domibus. Est enim
domus numinis, hominis et de-
monis, vel domus dei, animi et za-
buli. Domus dei edificatur per
gratiam, domus animi per naturam,
domus zabuli per culpam. Prima:
domum tuam decet sanctitudo domine.
De secunda: qui habitant domos lu-
teas fictum habent fundamentum.
Tertia: Fenestrat in domum mea-
bule exim. In domum culpe funda-
mentum est cupiditas que radix
est omnium malorum, tectum superbia
que est initium omnis peccati,
hostium est concupiscentia que in-
litat ad visus animi, pavimentum
avaricia que est ydolorum servitus;
quatuor latera parietum sunt
quatuor genera peccatorum, scilicet
simplicitas, fragilitas, securitas et
malignitas. In domum nature fun-
damentum est ratio, tectum me-
moria, hostium intellectus, pavimen-
tum voluntas, quatuor laterales
parietes sunt quatuor natura-
les affectus, scilicet timor et spes,
dolor et gaudium. In domo gratie
fundamentum est fides, tectum caritas,
hostium obediencia, pavimentum
humilitas, quatuor laterales pa-
rietes quatuor principales virtutes,
fenestre hospitalitas, tamen hylari-
tate et misericordia cum largitate.
Hec est domus digna dominus
erit mansione. Apud enim fideles
domus numinis est templum dei.
Unde illud: Domus mea domus ora-
tionis vocabitur. In hanc domum
hodie venit ihesus per dedicationis
gratiam et consecrationis officium.
Legitur enim quod templo salomonis
dedicato cum sacerdotes exirent con-
sistorium domus quam domus et cetera
nebula implevit domum domini
et obumbraverunt faciem sacerdotis
ita quod se minime videret. Et ait
salomon: Dixit dominus ut habitaret
in nebula. Idest opera demonstra-
vit quam in monte syna apparuit
in nebula. Iste in nube processit
et ante moysen positum in ca-
verna petre transivit in nebu-
la. Imitemur ergo fratres zache-
um ut in domo nostra habitare
dignetur dominus ihesus christus.

Sermo Synodalis

Si dormiatis inter medios cleros, penne co-
lumbe deargentate et posteriora
dorsi eius in pallore auri. Psalmus.
Duo sunt nobis ad meritum ne-
cessaria: vita scilicet et doctrina,
alterum propter nos et alterum propter
proximos. Cepit enim ihesus docere
et facere et cetera. In quibus propositis
omnia permittitur. Per dormitare
de doctrina submittitur inter medi-
os cleros. Hinc est ergo quod antistes
pontificali deponebant mala quia
negata cum canes non valentes latrare
ne ingrederentur sanctuarium morerentur.
Exodi xxviii. Item malum grana-
tum accipitur operatio per tintinna-
bulum predicatio que duo debent

in predicatione communi ne sine illis
ingrediens sanctuarium moriatur
quia premium non inveniuntur ad
premium quod et duplex promittitur
enim in presenti et aliud in futuro
pietas enim promissionem habet
vite que nunc est et future. ut centu-
plum accipietis in presenti et vitam
eternam in futuro. Presenti premitti-
tur penne columbe deargentate de fu-
turo submittitur et posteriora dorsi
eius in pallore auri quia misericordiam
et veritatem diligit dominus gratiam
et gloriam dabit dominus gratiam in
presenti ad meritum et gloriam in futuro
ad premium. De duplici dormi-
tione est enim duplex dormitio u-
na mortis et altera vite. Prima dormi-
endum est nobis ab ignorantia man-
datorum in preceptis divinis et officiorum
in sacramentis ecclesiasticis que duo
sine periculo non possumus ignorare
scriptum enim est Ipsi vero non
cognoverunt vias meas psalmo xc
nescierunt neque intellexerunt in tene-
bris ambulant et propheta Tu scien-
tiam repulisti et ego te etc. ne
sacerdotio fungaris michi populus meus
captivus ductus est quia non
habuit scientiam nobiles eius mor-
tui sunt fame et multitudo eius siti
exaruit. Noluit intelligere ut bene
ageret. Nam si cognovissent nunquam
dominum glorie crucifixissent. Ideo
caveamus quia ignorantiam nos pre-
cipue quibus datum est cognoscere
nosse misteria regni dei. Nos enim
debemus esse lux mundi. Si ergo lumen
quod in nobis est tenebre fiant
ipse tenebre quante erunt. Nos
debemus esse sal terre quod si sal e-
vanuerit in quo salietur. Quoniam
certat igitur ignorantia et irrationa-
bilitas intendat secundum illud Ra-
tionabile fit ob sequium vestrum et
parati sitis reddere rationem om-
nibus dico. Nos dicamus quod in nobis
est fides. Hec est enim longior sine
rationale quod pontifex ferebat in
pectore in quo scriptum erat Ur-
im et Thummim idest manifesta-
tio et veritas. Nam in pectore sa-
cerdotis manifestari debet esse cogni-
tio veritatis secundum illud Labia
sacerdotis custodiunt scientiam et
legem requirunt ex ore eius quia
angelus domini exercituum est. Erat
enim et rationale contra grande divi-
nium quia discerne debet inter verum
et falsum ne decipiat mercedibus
Inter bonum et malum ne decidat
in agendis ne si cecus cecum ducat
ambo in foveam cadunt. Luce vi°.
De dormitione negligentie dor-
miendum est quoque a negligentia
in oratione que spectat ad deum
et in correptione que spectat ad
proximum que duo non possumus sine
periculo negligere. Quidam enim
tam negligenter et inde vote orant
quod ore quidem loquuntur celestia
sed corde meditantur terrena quibus
dominus improperat per prophetam populus
hic labiis me honorat cor autem
eorum longe est a me. De talibus
loquitur In ore suo benedicebant et
in corde maledicebant. Ore benedicunt
qui loquuntur eloquia veritatis sed
in corde maledicunt qui meditantur
in mania vanitatis. Alii vero tam
festinanter orant et indiscrete
quod medio pretermisso non pro-
fertur nisi caput et cauda sed qui
semetipsum non audit quomodo
illum deus audit. Qui taliter
orat non inclinat deum ad indul-
gentiam sed provocat illum ad
iracundiam. Matthei. Tu autem
cum oraveris inquit veritas intra
in cubiculum tuum et clauso hostio
ora patrem tuum. Intra in cubicu-
lum cordis et hostium sensuum
inter clauso ne intrent inordinate
p. Sed ora patrem tuum. Nolite in
multiloquio sicut ethnici sed in

corde quando consciencia bona et
fides non ficta Sed oraverunt
Moyses et Susanna clamavit
ad dominum non tamen vocis inten
cione quam cordis devocione
dicente propheta Delectare in domino
et dabit tibi peticiones cordis tui
Hinc eciam apostolus ait Cantan
tes et psallentes in cordibus vestris
Deus enim non est tantum auditor
vocis quam cordis Nec est amoue
dus clamoribus quia verum est
scrutator et cordium quod Anna
typum gerens ecclesie legitur obs
nasse Jeronimus in psalmo Dicite
in cordibus vestris quia sacrificium
deo spiritus contribulatus Expedit
enim ut oris pronunciacio devocio
ni comitetur affectum quia quod
facit flatus carboni hoc pronuncia
cio devocioni Unde psalmista Ad
ipsum ore meo clamavi et exulta
vi sub lingua mea Vos ergo ca
rissimi cum oratis coram domino
deo vestro compungimini humiles et de
voti sine motu sine risu sine
cachinno nolite nimium clamare
nimium festinare sed pronunciate dis
tincte ad intelligendum quia ma
ledictus homo qui opus dei agit
negligenter Ergo servite domino cum
timore et exultate ei cum tremore
Precipue in sacrificio in quo mortis
christi memoria celebratur hoc
monuit apostolus facite in mea co
memoracionem quocienscumque
manducabitis panem hunc et cali
cem bibetis mortem domini annunci
abitis In quolibet enim officio negli
gencia est peccatum sed in sacrificio est
periculum quoniam qui manducat
et bibit indigne iudicium sibi man
ducat et bibit Johannes vi Caveamus
ergo negligenciam in correpcione
peccatorum Sciendum enim sunt ca
nes muti non valentes latrare

palpantes vicia peccatorum sed turpi
ditatis amore ne forte incurrat
indignacionem et odium contra
tales dicitur per prophetam Ve qui
consuunt pulvillos sub omni
cubito manus et faciunt cervical
universe etatis Item ipse edificabat
parietem ipsi autem liniebant
eum Trenorum ii viderunt prophete tui
falsa et stulta nec aperiebant
iniquitatem tuam ut te ad penitencia
ciam provocarent Econtra propheta
Clama ne cesses quasi tuba ex
alta vocem tuam et annuncia populo
meo scelera eorum et domui Jacob
peccata eorum Hinc apostolus dicebat
Ephesiis Mundus sum manus mee
a sanguine omnium vestrum non enim
subterfugi quominus annunciarem
omne consilium dei in vobis Dicit
propheta Ve michi quia tacui
Non timuit Johannes Herodem
quando enim libere reprehenderet
propter Herodiadem quam contra
ius suo tenebat uxorem Amo
cat igitur negligencia et insaciabili
tas inundatur secundum illud Iras
cimini et nolite peccare psalmo iiii
ut desit iracundia viciis ne peccet
Hic est zelus ille quo propheta ar
dentes et emulantes dicebat deum
pro secundum illud Mathei xxi et
Marci xi Zelus domus tue come
dit me Quo succensus Finees
iudeum et madianitam pugione
transfodit Sit ergo sacerdos
contra rebelles et obstinatos seve
ritatem exerceat erga penitentes et
humiles exhibeat pietatem illius
samaritani sequens exemplum
qui semivivum vulneribus sauciatum
duxit in stabulo vinum super
fundens et oleum et in archa taber
naculi virga continebatur et
manna Sciendum est quod accidia
concupiscencia mulierum que venit
ex luxuria avaricia dicitur-

nichil est auaro scelerius et nichil
iniquius quam amare pecuniam
nec hoc dico quando liceat divi
cias habere sed quia non licet
diuicias inherere secundum illud Divi
cie si affluant nolite cor apponere
Nullus ergo alienam parrochiam
seducat aut inuadat parrochias
alienas preceptum est enim ut ne
mo mittat manum in alienam mes
sem neque transgrediatur terminos
quos posuerunt patres nostri
De licencia dicitur Vinum et mu
lieres apostatare faciunt sapientes
Unde propter speciem mulieris multi
perierunt Nos autem in sacris or
dinibus constituti iam continencie
tate tenemur predicta custodire
Extinguat ergo concupiscencia et corru
ptibilitas intendatur secundum
illud Concupivit desiderare iusti
ficationes tuas in omni tempore
Intendatur ergo fides in nobis na
litas viret ut dormiamus in vita
et requiescat animales affectus
ne dormiamus in morte Intendatur
ergo tres principales virtutes
scilicet fidem spem et caritatem Illumi
netur autem per fidem et veritatem
ut racionabilitas expellat horro
rem Confortetur per fidei sta
bilitatem ut instabilitas exclu
dat torporem Informetur caritatis
sinceritatem ut concupiscibilitas
extinguat ardorem concupiscencie
Finaliter inter medios cleros
dormire debemus Dormiamus
igitur scilicet inter medios cleros id est
in medio clericorum Iheronimus quare
ad litteram nos inter medios cleros
totius orbis existimus Ipectura ut
opera nostra late sine bona sine
mala Luceat lux vestra coram ho
minibus et cetera Aliter tamen
possimus intelligere Cleros enim
sortes vel hereditas interpretatur Unde
clerici dicuntur qui in parte domini sunt
sortiti secundum illud Dominus pars
hereditatis mee Psalmo xv°
Est autem triplex hereditas scilicet
infima media et suprema Infi
ma est terrena possessio de qua
dicitur Qui dedit terram eorum
hereditatem Media est sacra scri
ptura de qua legitur Hereditatem
acquisivi testimonia tua Supre
ma est beatitudo celestis De qua dicitur
hereditas mea preclara est michi
Carnalibus hereditas istarum suas
habent proprietates terrena possessio
res mobiles et immobiles sacra
scriptura spem et leticiam beatitu
do celestis stolam mentis et stolam
claritatis Inter hos medios id est
inter has medias hereditates dor
mire debemus Aliter et aliter e
venit terminis quod utrumlibet extre
morum contingit ut aer inter celum
et terram et est medium quod neu
trum extremorum contingit ut sol
qui medius est inter celum et
terram et est medium utrumque tan
tum extremorum contingit ut calor
que media est inter celum et terram
Ad hunc modum inter medios cleros
in has medietates dormire debemus
Dormiamus ergo inter medios cle
ros possessionis terrene ne propter
instabilem veniat sine conmestamus
inter quod legitur Filioli nolite
diligere mundum Dormiamus inter
medios cleros sacre scripture per
vim rationalem ut in alteram
partem tamen sine conmestamus secundum
illud littera occidit spiritus autem
vivificat Dormiamus igitur inter
medios cleros celestis inter me
dios cleros celestis beatitudinis
per vim concupiscibilem ut utraque
sit parte conmestamus secundum quod
legitur Gaudete et exultate quia
merces vestra et cetera Gaudete
per stola cordis et exultate per stola
corporis Si sic dormierimus
profecto nos pennas columbe de

argentate. Sicut per columbam de-
signatur ecclesia sic per pennas de-
signantur sacerdotes ecclesie qui eos ver-
bis et exemplis sublevant ad
celestia. Unde sponsus de sponsa dicit
in canticis canticorum: Una est co-
lumba mea perfecta mea. Cuius
pennas posuit david dicit: Qui sunt
isti qui ut nu[bes] volant et quasi
columbe ad fenestras. Quasi penne de-
argentate sunt illi qui divinis sunt
eloquiis eruditi secundum illud: Eloqui-
a domini eloquia casta. Oculi sicut
columbe qui lacte sunt lote. Sunt
autem penne vitiorum, penne contem-
placionis et penne doctrine. De primis
legitur: volant super pennas ven-
torum. De secundis dicitur: Quis dabit
michi pennas sicut columbe et
volabo et requiescam. De tercio dicitur:
Iuncte erant penne alterius ad
alterum. Vero sunt penne vere et
penne false. Vere sunt mistice que
significantur per pennas strucionis.
Legitur in Job: Penna strucionis
similis est penne herodii et accipitris
et posteriora dorsi eius in specie
auri. Sicut dorsum laborem por-
tate portas vite significat secundum illud:
Supra dorsum meum fabricaverunt pec-
catores. Ita posteriora dorsi requi-
em vite significat secundum illud:
Jam non erit amplius neque luctus
et cetera. Ergo posteriora dorsi id est
requies post laborem erit in specie
auri hoc est in gloria contemplacio-
nis que per fulgorem auri congrue
designatur. Unde illud: Fulgebunt
iusti sicut sol in resurreccionem et
cetera. Ad quam gloriam nos perducat
dominus ihesus christus.

Sermo

Si sacerdos qui est unctus pec-
caverit faciens delinquere
populum offeret pro peccato suo
vitulum inmaculatum et adducet
illud ad ostium tabernaculi testimo-
nii coram domino ponet manum
super caput eius et immolabit eum
domino. Verba que locutus sum vobis
fratres karissimi verba sunt domini loquentis
admonentis in levitico ad corripienda
crimina sacerdotum. Sunt autem in-
quatuor personarum pro quibus sacrificari
precipitur vitulum immolari scilicet sacerdos
et synagoga princeps et anima.
Porro sicut peccatum sacerdotis primum
describitur ita maximum indicatur
tum propter dignitatem officii tum
propter perpetratam exempla. Unde
notatur cum dicitur: Si sacerdos qui
est unctus peccaverit. Sequitur cum ad-
ditur: faciens delinquere populum.
Nam iuxta satiricum: Omne
animi vicium tanto conspectius
in se crimen habet quanto qui pec-
cat maior habetur. Multa sunt
ergo venialia subditis que gravia
sunt prelatis. Et multa sunt laycis
venialia que clericis sunt mortalia.
Si enim incantator fuerit a ser-
pente percussus quis medebitur ei?
Et si sacerdos peccaverit quis orabit
pro illo? Hinc quanto gradus
altior tanto casus gravior. Nam
cui plus committitur ab eo plus exigitur
et iudicium durum in hiis fiet qui
presunt. Tibi sacerdos datum est nosse
misteria regni dei ceteris autem
in parabolis. Et servus sciens
voluntatem domini sui et non faci-
ens vapulabit multis. Tibi sacerdos
date sunt claves regni celorum
ut quodcumque ligaveris et cetera.
Et ve tibi si mortificabis animas
que non moriuntur et vivificabis
animas que non vivunt. Tibi
sacerdos datum est panem et vinum
consecrare in corpus et sanguinem
domini nostri Christi. Et si manducaveris in-
digne iudicium tibi manducabis
non diiudicans corpus domini.
Per te nomen domini blasphematur
in gentibus. Hoc dicitur prelato. Non
enim potest facere filius nisi quod
viderit patrem facientem. Et in

occupatione pretendit dicens Suffi-
cit discipulo si sit sicut magister eius
Cur inquit laycus non adulter-
etur cum sacerdos adulteratur. cur non
furetur cum sacerdos furetur. Certe
tot sacerdos dignus est mortibus
quot exempla perditionis transmittit
in populum. Prima si caput fuerit in-
firmum totum corpus languidum
erit. Cum heretici nos peccatores con-
spiciunt docent elemosinas nobis
non esse dandas indifferenter contra aucto-
ritatem scripture dicentis Desudet ele-
mosina in manu tua donec inve-
nias iustum. Non dicit donec
invenias sacerdotem adulterum
ebriosum superbum iracundum
perfidum cupidum symoniacum Sed
dicit donec invenias iustum. Ob-
lationes quoque decime et primicie dan-
de sunt ministris dei non servis
diaboli. Nam qui facit peccatum
servus est peccati. Cum heretici nos
peccatores conspiciunt docent predicaciones
nos iniquas audiendas non esse proban-
tes hoc per auctoritatem scripture dicen-
tis Peccatori dixit deus Quare tu
enarras iusticias meas. Cum hereticus
qui displicet ad intercedendum mit-
titur irati animus ad deteri-
ora provocatur. Nam cuius vita de-
spicitur restat quod eius predicatio
contempnatur. Et dicitur et theodo-
rica tempus reparata erat. Quia
tabernaculo tuo [illegible] Philista-
cum cumque inttendo esset ad pre-
dicandum primum populus [illegible] ab iniqui-
tate inmundi erant et ob eius an-
gelus tangebat calculo qui for-
cipe tollitur de altari. Cum heretici
nos peccatores conspiciunt docent
nos ecclesiastica sacramenta non
posse conficere indignos auctori-
tate scripture dicentis Maledicam
benedictionibus vestris et cum in capite
caritas pecus non exaudiam vos.

manus eius vestre sanguine ple-
ne sunt. Item quicquid eius tangit
inmundus inmundum erit. Lucerna
ergo lux vite coram hominibus
reputatur. Prima si sacerdos qui est
unctus peccatum fecerit dimittat
peccatum suum offerens pro peccato suo vi-
tulum. Non sufficit sacerdoti pro
peccato suo offerre turturem vel co-
lumbam agnum vel edum capra-
rum vel hircum sed oportet quod offerat
vitulum non qualemcumque sed in-
maculatum nec ubique sed ad ostium
tabernaculi nec ante quemlibet sed
coram domino non quomodolibet sed
ponet manum super caput eius et
immolabit eum domino. Primo pec-
canti precipitur ut offerat capra
et principi peccanti iubetur ut of-
ferat hircum sed tamen pro peccato
sacerdotali quia pro peccato multitu-
dinis impetratur ut offerat vitulum
inmaculatum Unde Gregorius dicit quod pro
peccatum sacerdotis totius multitudinis
peccatum consequitur Quid nisi si sacer-
dos in suo peccato totum fuerit de lu-
ne multitudinem. Offerat ergo pro
peccato suo vitulum inmaculatum Unde
Gregorius dicit quia grandis culpe
grandi debet hostia expiari Prima
vitulum inmaculatum moraliter intelli-
gimus spiritum contribulatum quia sacri-
ficium deo spiritus contribulatus. Hic vi-
tulus debet offerri domino pro peccato ut
vitulus qui peccator fuerat modo
mitis per superbiam penitens per hu-
militatem domatur et iugum Christi
suscipiat. Ysaias dicit Iugum
enim meum suave. Tunc deo accep-
tabit sacrificium iustitie tunc imponet
super altare tuo vitulos. Adducat ergo
vitulum sacerdos ad ostium tabernacu-
li per oris confessionem et ponat
manum super caput eius per operis
satisfactionem et ymolet eum per
cordis contritionem ut deleat pecca-

cogitacionis locucionis et operacionis
Per tabernaculum intelligitur corpus
in quo peregrinamur a domino per
hostium os corporis unde psalmus Po-
ne domine custodiam ori meo et osti-
um circumstancie labiis meis Ab
hoc ostio vitulus dicitur cum ad
confessionem oris secretum cordis
progreditur Dic inquit iniquitates
tuas ut iustificeris Iustus enim
qui in principio sermonis sui ac-
cusat se et semetipsum accusat diabolus
autem illum accusat Veniatur ad
euangelium ut inveniamus exemplum
Duo homines ascenderunt in templum
ut orarent et cetera Multum ergo di-
stat inter confessionem criminis que
fit humano iudicio Nam illa con-
tempnit ista iustificat In divino
enim reus confitetur peccatum coronatur
In isto confitemur et condempnamur
et ideo propheta deprecatur et orat
Ne absorbeat me profundum neque
urgeat et cetera Est valde cauendum
ne quis ad hostium tabernaculi
non vitulum sed vulpem adducat
Vulpem qui peccata sua partim revelat
et partim occultat unam partem uni
et alteram alii confitens vel exprimit
factum sed supprimit modum seu cri-
men attenuat et excusat in peccato
non vitulum sed vulpem adducit Illa
vulpes foveas habent et cetera Nos
autem secundum prophetam reddimus
vitulos labiorum nostrorum omne peccatum
et circumstanciam confitentes secundum quod
magnum et minus Non enim expedi-
ut adducat vitulum coram homine
sed coram deo qui scrutatur renes
et corda cui nullum latet secretum
nullum fallit occultum In humano
iudicio cum homo confitetur peccatum
mox constituitur in divino donatur
obliviscitur Nam quacumque hora
peccator conversus fuit et cetera Caveat
ergo sacerdos cui confitetur peccatum non
ut homini sed ut deo ne forte post con-
fessionem auditam recordetur peccatum
hoc est verbo vel signo innuat se
scire peccatum Gravius enim peccat

sacerdos qui peccatum revelat quam qui
peccatum commisit Sequitur et ponat ma-
num super caput eius Per caput
vituli principale mentis id est ra-
cio designatur Unde illud Unge
caput tuum Per manus intelligitur
operacio Secundum illud Anima mea
in manibus meis semper Imponimus
ergo manum super caput vituli
cum secundum apostolum racionabile sit
obsequium vestrum ut dignos fructus
penitencie faciamus quamvis quidam di-
gnos habent quidam et satisfaccio
quinque partes que sunt asperitas
vestis abstinencia cibi vigilie ora-
cionis interrupcio sompni largitas
elemosine De hiis propheta dicit
in psalmo Induebam me cilicio
et humiliabam in ieiunio animam meam
et oracio mea in sinu meo convertetur
Media nocte surgebam ad confiten-
dum tibi Ex hiis dicit ponere
manum super caput vituli ut raci-
onabile sit obsequium eius ne si
forte iniunctum nimis honerosum
fuit succumbat et si parum existi-
mat Est modus culpe sit modus
pene compensate non sit tam levis ut
presumat non sit tam gravis ut des-
peret humanum dico propter infirmitatem
sicut exhibuistis membra vestra
servire iniquitati ita exhibeatis me-
bra vestra servire iusticie in sanctificacio-
ne vel cum hiis qui culicem colant
et camelum deglutiunt qui alligant
honera gravia et importabilia
et ponunt in humeros hominum digito
autem suo nolunt ea movere Po-
nat ergo sacerdos manus super caput
vituli et immolet enim domino
immolare vitulum est conterere cor
Unde secundum apostolum mortificatur peccato
et vivat iusticie cum prius occiditur
vivificatur cum sit prius tunc sa-
natur Ergo inquit occidam et vi-
vere faciam percuciam et sanabo
mortificetur vitulus ut et immoletur
ut delectacio non reviviscat ad culpam

quia irrisor est et non penitens qui
adhuc agit quod penitet agit est et ca-
nis reversus ad vomitum. Porro sunt
quidam qui vitulum adduxerunt
sed non immolant. Hii sunt qui de uno
peccato penitent et in alio delectantur
sed frustra quis penitet nisi de omni-
bus peniteat quia deus hominem
non dimidiat. totum enim hominem
sanum facit in sabbato. Emissus sep-
tem demonia simul eiecit. Septe-
narius enim numerus signat universitatem
omnium dimissorum. Item legionem
demonum effugavit. Ostendens quod
quicumque sententiam evangelicam
quod unum non dimissa retinentur.
Quamquam ergo fratres bonum non
solum caste sed caute ne contami-
nemus unctionem. Ordinis quia
attingimus propter quod dicitur. Si
sacerdos qui est unctus peccaverit
quasi dicat non peccet ne con-
taminet unctionem.
Ad dicitur ad exclusionem eorum qui
cum essent de genere sacerdotum pro-
maculas corporum unxi non poterat
nec ministrare valebant tamen ne
corrumperent alienos per exemplum
propter quod dicitur faciens delinquere
populum quia non peccet ne populum
peccatis corrumpat ut secundum hebraicam
veritatem. Si sacerdos peccaverit ad
culpam populi idest tam vivat ut
nunquam de populo quod nunquam est in sacerdo-
te dampnabile. Custodiamus igitur animo
munda cordis et corporis sicut decet mi-
nistri et domini sacerdotes. Ipso
adiuvante qui vivit cum patre deo.

Vos estis Sermo
sal terre. Quod si
sal evanuerit in quo sali-
etur ad nichilum valet ultra nisi
ut foras mittatur et ab hominibus
conculcetur. Veritas que falli
non potest et fallere non vult
terribile et inevitabile flagellum in
verbis propositis argumentum in-
ducit premittendo assumendo
et concludendo. Premittit officium
assumit defectum concludit tor-
mentum. Officium cum ait
vos estis sal terre. Defectum cum
addit quod si sal evanuerit in
quo salietur. Tormentum cum infert
ad nichilum valet ultra nisi ut
mittatur foras et conculcetur ab ho-
minibus. Ponderet ergo quisque
vit officium ne incurrat defectum
et quia non evadet tormentum.
Potentes enim potenter tormen-
ta patientur et iudicium durum
fiet in hiis qui presunt. Certe
quanto maior est excellentia
tanto gravior est ruina. Ait
ergo. Vos estis sal terre. Inter
virtutes et dona duo quasi pre-
cipua sunt nobis principaliter
necessaria scilicet caritas et sapi-
entia. Caritas ad informationem
honeste vite et sapientia ad in-
structionem bone doctrine. Nam
qui fecerit et docuerit hic ma-
gnus vocabitur in regno celorum.
Sunt enim multi de quibus dominus
Domine ergo [illegible] non sim qui
dicunt et non faciunt quibus dicitur
[illegible] cura [illegible]. Hec duo scilicet
caritas et sapientia comprehenduntur
in sale quod conficitur ex duobus
calore scilicet et humore. Qui
humor et calor designant per calo-
rem enim caritas et sapientia de-
signatur. Unde illud. Ignem veni
mittere in terram. Per humorem
sapientia. Pontifex ergo debet esse
sal terre ut informet populum exem-
plo per caritatem et instruat ver-
bo doctrine per sapientiam. Sal enim
principaliter tria facit. Cibos condit
carnes siccat terram sterilem facit.
Primum notat quod beatus Job ait
Non potest comedi insulsum quod
non est sale conditum. Secundum
quod in persona loquitur in Thobia
Assavit carnes eius et secum sub-
tulerunt in viam ceteras salierunt
ut sufficerent eis. Tertium vero
quod legitur [illegible] Posuit terram
fructificatam in salsuginem. Talis

debet esse scilicet in prelato ut condiat
alios doctrine. Iuxta illud. Quis
putas est fidelis servus et
prudens quem constituit dominus
super familiam suam ut det illis
cibum in tempore. Est sterilis cibus
concupiscentie. Unde illud. Qui
concupiscit ad usus suum cetera
et sterilem reddit terram nequi-
cie. Unde illud. Maledicta terra in
opere tuo. Insulsus est cibus doctrine
qui non fuerit sapientie sale
conditus illius utique sapientie
de qua dicit apostolus. Christus est
dei virtus et dei sapientia. Sed
non bene sapit illa doctrina quam
christus non recepit qui est sapor
divine suavitatis et dulcedo. Unde
apostolus. Sermo vester in gratia
semper sit sale conditus. Insulsus
enim est sermo qui sale spiritualis
sapientie non conditur. Unde
cum filii prophetarum dixissent ad
helyseum. Ecce civitatis habitacio
est optima sed aque pessime sunt
et terra sterilis. Ait illis afferte
michi vas novum et mittite in
illud sal. Cumque attulissent e-
gressus ad fontes aquarum misit
in illud sal et ait illis. Hec dicit
dominus. Sanavi aquas has et
non erit in eis ultra mors neque
sterilitas. Est ergo helyseus christus
civitas lex aqua littera. Sal sa-
pientia. Vas predicatores. Terra
est synagoga. Habitacio civitatis
hec est optima quia iuxta apostolum
lex sancta est mandatum sanctum
sed aqua pessima est quia littera
legis occidit et ideo terra sterilis
est idest synagoga infructuosa
quia lex illa neminem ad perfectam
vitam adducit. Vas novum est
evangelium predicator qualis fuit
apostolus de quo dominus ait vas
electionis est michi iste. Erat
enim vas novum quia nova doctrina

Unde illud. Nemo mittit vinum
novum in utres veteres. In hoc vas
mittitur sal de quo dominus inquit
apostolis habete salem in vobis. In
hoc vase novo mittit helyseus sal
ut dulcescant aque ne sit in eis
ultra mors neque sterilitas quia
christus evangelium ad predicandum
mittit in legis litteram spiritualis
gratie intellectum ut sit aqua
sapientie salutaris et fiat litte-
ralem occidentem quia spiritus est vita
caro non [illegible] tunc ad nuptias
aquam convertit in vinum et velamen
tollitur de facie moysi ut revela-
ta facie domini gloriam contemplemur.
Debet ergo prelatus non solum alios
condire sed et carnem suam ut
castiget corpus suum et in servitutem
redigat illud cetera. Quia si in-
fluxus carnalis concupiscentie
dominatur profecto tamquam iam
cum in sepulcro computrescit et
quasi quadriduanus in monumento
fetet. Propterea psalmista dicebat
Confige timore tuo carnes meas.
Optimus clavus est timor qui car-
nem carni affigit. Iuxta illud.
Crucifixerunt membra sua cum vi-
tiis. Quia timor domini peccatum expellit.
Unde propheta. A timore tuo domine
concepimus et peperimus spiritum salutis. Legitur enim
quod reges victores urbes destruc-
tas salibus seminabant ne ger-
men ulterius oriretur. Reges
victores sunt sancti predicatores
de quibus dicitur. Sancti per
fidem vicerunt regna. Urbes
destructe sunt gentes ad fidem con-
verse in quibus regnum destruc-
tum est dyaboli. De qua destruc-
tione ait dominus per prophetam.
Constitui te super gentes et regna
ut destruas evellas et [illegible]
has igitur urbes salibus seminare
est sapientia verbi prudenter
instruere. Iuxta illud. Exiit se-
minare qui seminat semen

bonum. Nec ... in eis germen ulterius
germinetur, idest ne deinde germinet
spinas et tribulos vitiorum. Hinc ergo
precepit dominus in lege: In omni
sacrificio sal offeres, idest in omni
quod dicis aut facis adhibe sapi-
entiam, ne quid offeras domino insi-
pidum vel insulsum. Quod si sal e-
vanuerit in quo salietur? Duplex
est vanitas: una nature que est
mutabilitas et defectus, altera cul-
pe que est peccatum et vitium. De prima
apostolus: Vanitati subiecta est creatura
non volens. Vanitas vanitatum
et omnia vanitas, inquit Ecclesiastes.
Et psalmista: Universa vanitas omnis
homo vivens. De secunda dicitur: Usquequo
filii hominum ut quid diligitis vani-
tatem. Item: Mendaces filii
hominum in stateris ut de vanitate
concludantur in idipsum. Ad secundam
spectat quod dominus ait: Si
sal evanuerit in quo salietur. Ac
si diceret: Si prelatus fuerit dissolutus
vel iniquus, a quo instruentur
subditi. Porro quidam evanescunt
in corde, scilicet qui male credunt,
quidam in ore, scilicet qui male dicunt,
quidam in opere, scilicet qui male vi-
vunt. De primis apostolus: Evanuerunt
in cogitationibus suis. De secundo
psalmista: Vana locuti sunt unusquisque
ad proximum suum. De tertio
Ecclesiastes Salomon: Vidi cuncta que sunt
sub sole et ecce universa vanitas.
Si talis ergo sal evanuit in pre-
lato, in quo subditus salietur? Quasi
diceret: in nullo, quia sacerdos qui
est unctus peccans facit delinquere populum.
Peccatum enim prelati et aliis est
in exemplum et sibi periculosum.
Ergo ad nihilum valet ultra
nisi ut foras mittatur et concul-
cetur ab hominibus, idest ab officio
deponatur et a populo contemptibilis
vel [illegible] et civitate. Mittatur
foras quia peccavit in se. Conculcetur

ab hominibus qui peccavit in pro-
ximum. Qualiter ergo de quolibet
alio prelato possit intelligi
satis vel quasi debeat intelligi
de cogitatione pontifice non est
adeo manifestum. Servus enim
secundum apostolum suo domino stat
aut cadit. Ceterum idem apostolus
ait: Tu quis es qui iudicas servum
alienum. Unde cum romanus pon-
tifex alium dominum non habeat
nisi deum, quantumlibet evanes-
cat, quis potest eum foras mittere
aut pedibus conculcare, cum
illi dicatur: Collige tantum
tuum in domum tuam. Veruntamen nec
frustra blandiatur sibi de potestate
neque de dignitate temere glorietur,
quia quanto minus iudicatur
ab hominibus, tanto iudicatur gra-
vius a deo, quia dico quia ut
ab hominibus iudicari vel potius
iudicare offensis. Si vero licet
evanescat per heresim, quia qui
non credit iam iudicatus est. Et
ac quidem [illegible] potest intel-
ligi quod si sal evanuerit ad
nihilum valet ultra
nisi ut foras mittatur et conculcetur
ab hominibus. Quid est autem quod
dicit ad nihilum valet ultra? Do-
ne quantumcumque fortis peccator con-
versus fuerit et ingemuerit, omnium
iniquitatum eius non recordabor,
dicit dominus. Bone pastor dimisit nona-
ginta novem oves in deserto, ve-
nit querere centesimam que pe-
rierat. Bone mulier accendit
lucernam ut dragmam decimam
perditam inveniret, et ad utrumque
parabolam suam intulit: Dico vobis
gaudium est angelis dei super uno
peccatore penitentiam agente. Do-
ne David evanuit cum adulte-
rium et homicidium perpetravit,
et tamen foras non est eiectus
et ab hominibus conculcatus, sed pecca-
to dimisso remansit in regno. Do-

ne petrus euanuit tunc tercio cristum
negauit et tamen non solum apo
stolatum non perdidit sed principatum
accepit. Primus est ergo quod dicit
Quod si sal euanuerit ad nichilum
valet et cetera. Secundum aliud est
euanescere in agendis et aliud in
credendis. qui enim euanescit in
opere dummodo non euanescat in
fide si penituerit semper reparabitur
ad graciam. qui autem euanescat
in fide ut fiat hereticus vel apo
stata gradum reparari quidem
potest ad graciam sed difficile restau
ratur ad gradum quia remanet
cicatrices quoniam lepre contactu
petrus enim non corde sed ore pecca
uit. Tercium autem sal euanescat
in me quia stupida et periculosum
existeret. Vos fratres et filii apud
misericordissimum patrem preces
precibus imploretis ut ipse qui
beato petro predixit ego pro te
rogaui petre ut non deficiat
fides tua nunc successori suo in
merito et indigno fidem illam
confirmet quia predilectioni operatur
ad laudem nominis sui sancti ad
salutem anime mee. Ad profectum
vniuersalis ecclesie ihesus cristus dominus
noster qui est benedictus in secula
seculorum amen. De consecracione

Quis putas est Romanus pon
fidelis seruus et pru tifex
dens quem constituit dominus
super familiam suam ut det illis
cibum in tempore. Qualis debe
at esse qui super familiam con
stituitur et qualiter debeat super
illam constitui veritas ipsa patenter
ostendit. Debet enim fidelis et
prudens ut det cibum in tempore
manifeste ergo describitur quis
constituit quia dominus quem
constituit quia seruum qualem
constituit quia fidelem pariter
et prudentem ubi constituit quia
super familiam suam. quare con
stituit ut det eis cibum. quando
in tempore suo. Ponderemus ergo
singula verba quia tamen verba sunt
ubi nichil est in eis quod pondus
non habeat sed omnia sacramenta sed
sunt grauida in intellectum.
Dominus ergo non quilibet sed ille
qui habet scriptum in vestimento
et in femore suo rex regum et
dominus dominancium. Regno legitur
quia dominus est nomine et re. Per
se ipsum apostolice sedis primatum con
stituit ut eius constitucioni nulla
possit audacia refragari. Iuxta quod
ipse testatur. Tu es petrus et super
hanc petram edificabo ecclesiam
meam. Ipsum enim idem ipse fundauit
et fundamentum ecclesie prefecit et
porte inferi aduersus eam preua
lere non possunt quia fundamentum
immobile perseuerat. Unde apostolus
fundamentum positum est preter illud
et cetera. licet ergo nauicula petri
in magnis fluctibus sepe iactetur
in medio maris positum tamen in
ea dormit nec tamen magna subiungitur
quia cristus imperat ventis et mari
et fit tranquillitas magna ita
quod homines inde mirantur. Est
enim domus illa sublimis et
stabilis. Quia veritas ait. Descen
dit pluuia venerunt flumina fla
uerunt venti et irruerunt in
domum illam et non cecidit funda
menta erat super firmam petram
super illam scilicet. De qua dicit dominus
per apostolum. Petra autem erat cristus
Petat ergo quod apostolica sedes non
deficit in tribulacione sed proficiat ut
dicat. Valeat enim propheta. In tri
bulacione innouasti me et dila
tasti me. De illa promissione con
fisus. Quia dicit apostolus. Vobiscum
ero omnibus diebus. Porro si
deus nobiscum quis contra nos.
Nisi igitur quia hec constitu
cionem ab homine frustra laborant
heretici vel scismatici perfidius vel

vel iniquus ut devastetur vineam ut
tunicam scindat ut extat candela
brum ut lucernam extinguat maxi
mum gamalielis honorabilis le
gis doctori. Sed ex hominibus est hoc
consilium dissolvetur. si vero ex deo
est non poteritis illud solvere ne forte
deo inveniamini repugnare. Dominus quoque
adiutor michi sit non timebo quod
faciat michi homo. Ego namque
sum servus ille quem dominus con
stituit super familiam suam. Servus
et utique servus sum. utinam non
sim unus ex illis de quibus dicit scrip
tura. Qui facit peccatum servus est
peccati. Et iterum. Servus sciens volunta
tem domini sui et cetera. Sed unus ex
quibus dominus ait. Cum omnia
bona feceritis dicite servi inutiles
sumus. Servum me fateor et non
dominum inde quod ... apostolus
Qui maior est inter vos ... erit sicut
minus et ideo ministerium non
ut dominium usurpo illius apostoli
exemplo qui ait. Non quasi domi
nantes in clero sed forma facti gre
gis ex animo. Vos quidem ministri apo
stoli et ego ut nunquam superat plus
ego grandis honor quia super fami
liam constitutus sed gravius onus
quia totius sum servus familie. sapi
entibus enim et insipientibus debitor
sum ... Possunt domi digne
servire nec ... quot unus possit
hominibus familiari. Quis infir
matur et ego non infirmor. quis scan
dalizatur et ego non uror. preter
illa que extrinsecus sunt instantia mea co
tidiana soll. o. e. Quod angustias et
dolores quos sollicitudo dives et la
bores sustineam plus sufferre
valeo quam proferre. Nolo magis
exaggerare quam sufferro ne mi
nus sufferre valeam. quia ex
aggero dies diei labores et cump
nas continuans et nox nocti solli
citudinem indicat. Sed nec fortitudo
mea fortitudo lapidum nec caro
mea henea est. Porro licet
ex mea fragilitate deficiam suffici

enti tamen mea gratia est qui dat
omnibus affluenter et ideo quamvis
non sit in homine via eius deo
tamen prece dirigi gressus meos
qui petivi in sermonibus ne de
ficeret ... qui preciosa
dederit in terra et afferat multa
in planta. Indesisti conditionem
audite debitam. Sum enim sum ser
vus debeo tamen esse fidelis et
prudens ut dem familie cibum
in tempore. Cetera propter deus re
quirit a me fidelitatem cordis
prudentiam operis. cibum oris.
hoc est ut sim fidelis in corde
ut sim prudens in opere ut dem
cibum in tempore. Corde enim cre
ditur ad iustitiam quia credidit
deo abraham et reputatum est ei
ad iustitiam. Sine fide impossibi
le est placere deo quia quidquid
non est ex fide peccatum est. Si
enim michi fides deesset aliquo
quomodo possem alios in fide
firmare. Domino protestante. Ego
pro te rogavi petre ut non defi
ciat fides tua. Rogavit et impe
travit quia exauditus est in omnibus
pro sua reverentia. et ideo fides
apostolice sedis nulla unquam tur
batione defecit sed integra tamen
illibata permansit. Ut petri privi
legium constet inconcussum. Pro
tantum michi fides est necessa
ria ut de ceteris peccatis solum
iudicem habeo deum propter peccatum
quod in fide committitur possem
ab ecclesia iudicari. Nam qui
non credit iudicatus est. Credo
quidem et certissime credo et
quia katholice credo confido
quia fides mea debeat me sal
vare iuxta illud. Fides tua
te salvam fecit. Porro fides
sine operibus mortua in semet
ipsa. Vivit autem fides illa
que per dilectionem operatur iusti
ex fide vivunt. Non enim auditores
legis sed factores legis iusti sunt
apud deum. Reliqua quis auditor

sit

est verbi et non factor hic comparabitur
viro qui considerat vultum nativitatis
sue in speculo. Preterea nec fides suf-
ficiat sine prudencia nec prudencia
sine fide. Oportet ergo ut sint pru-
dentes et fideles quia scriptum est
Estote prudentes sicut serpentes. P-
rudentiam necessaria est michi pruden-
cia ut racionabile sit obsequium
meum ut sinistra mea nesciat quid
faciat dextera mea ut sic discernam
inter lepram et inter sanctum
et prophetam inter bonum et ma-
lum inter lucem et tenebras
ne dicam bonum malum et ma-
lum bonum nec ponam tene-
bras in lucem et lucem in tene-
bras nec mortificem animas
que non moriuntur et vivificem
animas que non vivunt quod bene
signatur per goliam quod est pon-
tificale indumentum. Singularitate
debet illa una prudencia que non
compellitur ad omnes scripturas
respondere questionum modo dissol-
vere dubitacionum ad dicere reparare
causarum merita pandere inde-
ctorum ordines obstinare scrip-
turas exponere populo predicare in-
quietos corrigere debiles confortare
hereticos confundere catholicos infor-
mare. Quis est hic et laudabimus
eum. Ideoque dominus signanter
ait: Quis putas est fidelis servus
et prudens quem constituit dominus
super familiam suam [illegible]. Ergo
quidem super familiam constitutus
qui tale consilio utitur esse in-
talis et non solum loco sed merito
esse constitutus super familiam.
Verum ad magnam potentie
sue laudem accedit quod vilem ser-
vum humiliatum operatur ut
nichil ascribatur humane vir-
tuti sed totum divine potencie
attribuatur. Quis autem sum
ego aut que gloria patris mei

ut sedeam excelsior regibus et
solium glorie teneam. Christi-
anumque dicitur in Jeremia: Con-
stitui te super gentes et regna. Et
ceteri christiani. Unde dicit in
Matheo: Tibi dabo claves regni
celorum. Cum omnibus apostolis
loquitur esset particulariter soli
Petro loquitur et universaliter
quia potest ligare ceteros sed
non potest ligari a ceteris. Ideo
solus Petrus assumptus est in
multitudine potestatis. Iam ergo
videtis quis sit iste servus pro-
fecto vicarius Ihesu Christi succes-
sor Petri dominus etiam pharaonis
omnis inter deum et hominem con-
stitutus citra deum et ultra hominem
minor deo sed maior homine qui
de omnibus iudicat et a nemine
iudicatur. Papa vere humilitatis.
Qui me iudicat dominus est. Sed
officium servitutis humiliat
quod fastigium sublimitatis
exaltat ut humilitas sit subli-
mitas et sublimitas sit humili-
tas. Nam superbis deus resistit
humilibus autem dat graciam.
Salubre consilium: Quanto
maior es humilia te in omnibus.
Principem te constituerunt noli
extolli sed esto in illis quasi unus
ex ipsis. Hec est lucerna posita super
candelabrum ut omnes qui in
domo domini sunt videant lu-
men. Porro si hoc lumen tene-
bre fiat ipse tenebre quante
erunt. Verum cui plus committitur
ab eo plus exigitur. Habet unde
possit terreri quam unde valeat
gloriari. Redditurus de racionem
non solum pro se sed pro omnibus
qui sunt sibi commissi. Non
enim distinguitur inter hanc
et illam familiam quando dicitur
super familiam tamquam unam
unde sit unum ovile et unus pastor

Una quidem est columba mea per
fecta mea una quoque tunica mea
sicut una tantum archa noe in
qua omnes homines sunt salvati
sub uno rectore ad hoc ante super
familiam constitutus est ut det illis
cibum in tempore Dominus ihesus pri
matum petro et ante passionem
et circa passionem et post passionem
constituit Ego autem cibum ex
empli teneor familie dare ut lu
ceat lux mea coram hominibus
ut sim candelabrum in domo dei
ut sim lucerna ardens in manibus
meis Secundum ibi teneor dare
familie ut talentum anime acci
piat erogatum qui non misit
me dominus baptizare sed predicare
ut catelli edant de micis que ca
dunt de mensa dominorum suorum. ne
forte contra me illud dicatur
Trenorum Parvuli pecierunt panem
et non erat qui frangeret eis
Cibum quoque sacramenti teneor dare
familie ut in eo vitam accipiat
et ex eo mortem evadat Ipso dicente
Nisi quis manducaverit ex hoc pa
ne vivet in eternum Nam si non
manducaveritis non habebitis vi
tam in vobis Sunt triplicem panem
vobis dare teneor. Sed primo panem
exempli quia cepit ihesus facere et
docere Deposita panem ibi
dei panem sacramenti Ecce
ego fratres et filii cibum ibi de
mensa scripture vobis apposui co
medendum ac a vobis recompen
sationem expectans ut puras
manus sine disceptatione levetis
ad deum et precatus in oratione
reddentes ut hoc triplice fungatur
officium quod est in meis humeris
importabile digne me faciat
adimplere ad laudem et gloriam
nominis sui sancti Sermo
sequentur

Qui habet sponsam
sponsus est amicus autem
sponsi qui stat et audit
eum gaudio gaudet propter vocem
sponsi Paranimphus ut ait ista
de sponso vox de verbo lucerna de
sole. Johannes de cristo Spon
sus enim est cristus et sponsa
quam habet est ecclesia. De illo dicit
David Tamquam sponsus dominus
procedens de thalamo suo De
ista Salomon Vulnerasti cor
meum soror mea sponsa mea
Venator enim spiritualis despon
sacionum nobis describsisse me
minimus in libello quo eciam de
quadruplici specie nupciarum
Prima inter virum et legittimam
feminam. secunda inter cristum et sanctam
ecclesiam Tercia inter deum et
iustam animam. quarta inter verbum
et humanam naturam Primus pro
thoplastus Relinquet homo patrem
et matrem et adherebit uxori sue
De secunda angelus in apocalipsi
Veni ostendam tibi sponsam uxorem
agni De tercia dominus per prophetam
Sponsabo michi in iusticia et
in iudicio De quarta sponsa in
canticis Egredimini filie syon
et videte regem salomonem in dia
demate quo coronavit eum ma
ter sua in die desponsacionis sue
In hac quadrupliciter specie nup
ciarum quodam amicicie pari
ter et benediccione dignissimi
reperitur quod per primam efficitur
ut sint duo in carne una per secundam
ut sint duo in corpore per terciam ut
sint duo in uno spiritu per quartam
ut sint duo in una persona De
prima Adam Erunt duo in
carne una Per quam unionem
veritas intulit Itaque iam non
sunt duo sed una caro De secunda
apostolus Omnia membra corporis
cum sint multa unum corpus sunt

ae et cristus perpetuam unionem
quam apostolus subdit. Et enim omnes
nos in unum corpus baptizati
sumus. Tertia scriptura. Qui ad
heret deo unus spiritus est cum
eo perpetuam unionem. Iohannes
ait. Qui manet in caritate in
deo manet et deus in eo. Quarta
fide catholica. Sicut anima
rationalis et caro unus est homo
ita deus et homo unus est cristus
perpetuam ineffabilem unionem
evangelista testatur. Verbum
caro factum est et habitavit in
nobis. Primam unionem dicimus
carnalem secundam sacramentalem
terciam spiritualem quartam persona
lem. Ergo qui habet sponsam
sponsus est. Ergo sum fratres
amicus sponsi. an sponsus amica
bile ait. Nunc ascendo super
illius successor effectus qui trina
responsione dixit ad sponsum
Domine tu scis quia amo te. Quid
enim michi ultra facere potuit
in quo valuit me plus amare
accumulavit nunc dona nature
multiplicavit nunc munera gratie
dona quidem quibus donavit cetera
Beatus itaque amicus sponsi gau
dio gaudet propter vocem sponsi sed
perpetuam vocem an propter illam
quam michi dixit. Tibi dabo
claves regni celorum. an propter il
lam quam michi locutus est per
prophetam. Constitui te super gentes
et regna. Sed propter hanc vocem ma
gis michi timendum est quam
gaudendum. scio namque quod in
datum fiet durum hiis qui sunt
et ideo monet. Et dicit scriptura.
Quanto maior es humilia te
in omnibus. Ergo potiusquam
vocem michi gaudendum est propter
illam utique quam dominus dixit a
postolis. Vobiscum ero usque ad con
summacionem seculi. Et specialiter
dixit ad Petrum. Ego pro te ora
vi ut non deficiat fides tua.
Hec est illa vox sponsi propterquam

gaudeo quia sicut predicat symon
in perpetuam dictus. Symon
sathanas ad vos ut c. sicut tri
ticum. Et post promittit victoriam dicens
Sed ego rogavi pro te ut non
deficiat fides tua. Hec mentem
meum immergit officium et impendit
solacium. Nam hec est victoria
que vincit mundum fides nostra.
An ego sum sponsus et quilibet
vere amicus sponsi. utique sponsus
quia sponsam habeo nobilem
divitem et sublimem. decoram
castam et graciosam. sacrosanc
tam scilicet ecclesiam romanam
que disponente domino cunctorum
fidelium mater est et magi
stra. Hec est Sara maturior
Rebecca prudentior. Lia fecundior
Rachel graciosior. Anna devo
tior. Susanna castior. Judith
animosior. Hester formosior.
Multe filie congregaverunt divi
cias tu autem supergressa es
universas. Cum hac michi sacra
mentale coniugium cum hac
michi contraxi nupciale cari
tatis que celibatum prius con
traxi coniugium. sed illud coniugii
celebritatem non impedit nec fe
cunditas huius coniugii tollit vir
ginis castitatem. Placuit in
celibatu Iohannes placuit in
coniugio Abraham. Ut ergo
ego placeam utrique ut utri
usque manipulos cum exultatione
portem. Solet dici carnale co
niugium quod inter virum et fe
minam initiatum ratum et con
firmatum. Initiatum in desponsa
tione ratum in consensu. consu
matum in copulatione. Sic
quod et spirituale coniugium quod
est inter Christum et ecclesiam initia
tum dicitur in electione ratum
in confirmatione consumatum
in consecratione. Illud autem
coniugium quod ego sponsus cum
hac sponsa contraxi simul fuit
fuit initiatum et ratum. quia

Romanus Pontifex cum eligitur
confirmatur et cum confirmatur
eligitur. Nonne recolitis quod
supra legitur in Canone. Quando
electus sicut papa verus aucto-
ritatem optinetur regendi ro-
manam ecclesiam et disponendi
omnes facultates ipsius ecclesie.
Secte enim ergo contrahens filius
ducebat matrem in coniugem
ubi vero contraxi pater habuit
filiam in uxorem. In carnali enim
per coniugio concluditur propinquus
et admittitur extraneus. Sed in spiritu-
ali coniugio prima facie regulariter
excluduntur extranea et admittu-
ntur propinqui. Sed propinquis excluduntur
~~[illegible] tradit auctoritas in~~
~~facultas clerici retinendi si se~~
~~viderint peregrinari et quod sibi~~
~~ingeri videntur ex adverso non ti-~~
~~meat refutare. Pontificia tan-~~
~~tum reperitur in canone tantum~~
~~Omnes affinitates propinquos~~
carnali coniugio legitur in cano-
ne tantum. Omnes affinitates
propinquos ad coniugalem copulam
accedere denegamus. Ex contra-
rio autem spirituali coniugio
excludendis canonica tradit
auctoritas. Unde facultas clerici
retinendi si se viderint peregri-
nari et quod sibi ingeri videntur
ex adverso non timeat refutare.
Pontificia tantum reperitur in ca-
none ut in apostolatus culmen
unus de cardinalibus presbi-
teris aut dyaconibus consecre-
tur [illegible] et consecratio-
nis diem qua sunt hoc spirituali co-
niugio confirmatum hodie me-
moriam pariter celebrat licet
ipso die fuerim in sede apostolica
consecratus quo beatus petrus
apostolus in qua sunt cathedra
constitutus tamen sicut lux solis

lucem stelle semper vincit non pa-
titur ut illa solemnitas hanc
semper non sustinet celebrari.
Cedit ergo minor maiori et
minor maiori succedit. Ergo
agitur in electione contraxi
coniugium et in consecratione nup-
tias celebravi. Tria vero
sunt principaliter bona con-
iugii scilicet fides proles et sacra-
mentum. Fides ad castitatem
proles ad fecunditatem sacra-
mentum ad stabilitatem refertur.
Tantam enim fidem romanus
pontifex in ecclesia romana semper
[illegible] ut eis con-
digne valeat coaptari quod
veritas ait in ewangelio. Cognos-
co oves meas et cognoscunt me
mee. Alienum non sequuntur sed
fugiunt ab eo quia non nove-
runt vocem alienorum. Alieni
sunt heretici et scismatici quos
ecclesia romana non sequitur
et fugit et fugat. Sinum autem
cognoscit et audit non apostati-
cum sed apostolicum non catholicorum
sed katholicum recipiens et red-
dens debitum reverentie. Nam
vir potestatem sui corporis non
habet sed mulier et econtra. Por-
ro enim romana ecclesia debi-
tum reverentie nulli prorsus
impendat nisi romano pon-
tifici quia post deum alium sup-
eriorem non habet. Secundo est
quod romanus pontifex debi-
tum providentie non utique
tantum romane ecclesie sed omnibus
omnino tenetur exhibere.
Sapientibus enim insi-
pientibus debitor sum ut inquit
Apostolus. Nam sicut videtur
ad imperialia ubi fratrum quod
legitur in veteri testamento
unum posset habere plebs sed
una non posset habere. Et
nonne legistis quod Abraham

Abram (?) habuit uxorem que tamen Agar famulam suam introduxit ad ipsum nec commisit propter hoc adulterium sed officium adimplevit. Sic romanus pontifex sponsam habet romanam ecclesiam que tamen ecclesias sibi subiectas introduxit ad ipsum ut ab eo recipiant debitum providentie. Hoc autem quod fit in spiritu tunc in carne fiebat quia spiritus est qui vivificat caro non propter concupiscentiam. Sed non potest unus eps habere duos epos et unus epus duos epatus. Non longe petantur exempla. Unus et idem est hostiensis et vellatrensis eps et utrique simul impositus eidem. Rursus yponensis ecclesia que commissa erat Valerio episcopo ipso vivente imposuit etiam Augustino qui non tam successit quam accessit Valerio. Ex ce (?) ratione hec possunt fieri salva lege coniugii. Eos exquirite quos delectat inquisitio questionum. Me enim alia sollicitudo detinet occupatum. Contrahitur autem coniugium inter episcopum et ecclesiam ut religiosam prolem Christo regeneret sicut uxor habundans in lateribus domus sue. Propter quod dicit apostolus Filioli mei quos iterum parturio donec Christus formetur in vobis et Lya conductum statis (?) mandragoris mercede conduxit iacob ut ad illam intraret concepit et peperit. Hos autem quos Christus regeneravit doctrinis instruit salutaribus et monitis informat honestis cibat nos pane vite et intellectus. Venite inquit comedite panem meum et bibite vinum quod miscui vobis. Panem celestem et calicem salutarem omne delectamentum in se habentem et omnis saporis suavitatem. Matrimonium autem inter romanum pontificem et Romanam ecclesiam tam firmum et stabile perseverat ut nisi per mortem nunquam ab invicem separantur. Unde mortuo viro secundum apostolum soluta est mulier a lege viri. Vir autem iste alligatus est uxori solutionem non querit non cedit non deponitur non transfertur. Nam suo domino stat aut cadit qui autem eum iudicat dominus est. Propter causam vero fornicationis ecclesia romana posset dimittere romanum pontificem. Fornicatione dico non carnalem sed spiritualem quia non est carnale sed spirituale coniugium id est propter infidelitatis errorem quoniam qui non credit iam iudicatus est. In hoc articulo intelligitur quod dicitur in ewangelio quod audistis. Vos estis sal terre quod si sal evanuerit in quo salietur. Ego tamen (?) de facili non crederem ut deus permitteret romanum pontificem contra fidem errare pro quo specialiter oravit in Petro ut non deficiat fides sua. Sane autem sponsam non nupsit sed dotem michi tribuit pretiosam spiritualium scilicet plenitudinem et latitudinem temporalium magnitudinem et multitudinem utrorumque. Nam ceteri vocati sunt in partem sollicitudinis solus autem Petrus assumptus est in plenitudinem potestatis. In signum spiritualium contulit michi mitram pro sacerdotio in signum temporalium dedit michi coronam pro regno. Illius constituens me vicarium quod est rex regum et dominus dominantium sacerdos

incedimus secundum ordinem Ezechiel
descriptum. Amplam itaque mecum tri-
buit dotem sed utinam aliquam
donationem sibi fecerim propter
nuptias vos videtis ego nolim
assentiatur iactantem se igno-
rantem quesivi remittantem
accepi contradicentem in primo
consecrationem in fine quia solus
inter personas consensus legit-
timas efficit matrimonium. Inde
nescio posse contingere licet
mirabile videatur quod aliquis
possit esse pontifex alicuius e-
cclesie antequam sit sponsus ipsi-
us et aliquis est sponsus ecclesie
antequam pontifex illius sit. Si
enim per promissionem maioris
[illegible] retinentibus [illegible] dicitur
episcopus antequam in ipsum
consentiant utique pontifex e-
orum propter auctoritatem
[illegible] concessionis. Sed videtur
fortasse quod non sit sponsus
eorum propter defectum consen-
sus. Verum consentire tenentur
et cum eo coniugale fedus in-
ire. Cum ante per electionem ac-
cipitur propter mutuum consensum
eligentium et electi utique spon-
sus eorum efficiatur. Proximum
cum electio confirmatur sed
antequam consecratur nec nomen
pontificis nec officium vendica-
bit. Sed ante sit sollicitudo
[illegible] desiderium. Inter spon-
sum autem et virum inter spon-
sum et coniugem distinguimus. Et
in spirituali coniugio qui sponsus
appellatur electus ante confir-
mationem scilicet antequam
sponsam cognoscat vel antequam
que ministret. Vir autem
appellatur ante consummationem
et maxime post consecrationem
cum iam plenarie administrat.

Vel potius sponsus vel sponsa
dicatur propter virginitatem. Vir
autem vel coniunx propter fecu-
nditatem. Respondet enim vobis
[illegible]. Vos autem
fratres et filii qui estis amici
sponsi puras manus sine dis-
ceptatione levetis ad dominum in
oratione petentes ut ita reddita
debitam coniugale ecclesie quod
clemente sponso cum virginibus
sapientibus mereatur accensis
lampadibus ad nuptias in-
troire. Ipso prestante qui vi-
vit et regnat in secula seculorum
amen.

Explicit sermones Innocencii (?)
scripti in Plocz (?) Anno domini 1416 (?)

Si separaueris preciosum a uili quasi
os meum eris Jere. Preciosum
e aminet pubriorum similiter
aminet viri preciosi caput
Xpus filius dei sepius aminetur
preciosum possunt ne anime
nobis vilescerent preciose enim
sunt virtutes Gregorius. vere
diuicie non sunt nisi [illegible]
et virtutes, quas secum consciencia
portat, ut imperpetuum diuites fi-
ant. Preciosum a vili separat,
quando preciositatem virtutum
ostendit et temporalium vilitatem,
et animam ab amore temporalium
segregat et ad amorem virtu-
tum inducit. Et talis quasi
os domini est. Saluator os
suum aperiens doctrinam suam
a contemptu temporalium inchoauit
dicens Beati pauperes. Et de
amore virtutum subdidit, beati
qui esuriunt et sitiunt iusticiam
Unde doctrina que contemptum
temporalium inducit et ad amorem
virtutum allicit quasi processisset
ore dei videtur esse. Virtus enim
est quasi thezaurus abscon-
ditus in agro cordis, qui ideo
non queritur quia ignoratur
Est etiam velut lapis preciosus

qui conculcatur ab hiis a quibus
virtus eius ignoratur. et igno-
rancia preciositatis virtutis ac-
cidit, quod ipsa de adeo despicitur
quasi esset venalis, ideo inveniret
qui eam emeret. Notandum
quod virtus commendabilis est. Primo
a dignitate datoris. Premit enim
deus donacionem eius ad animam
suam. David. Graciam et
gloriam dabit dominus. Hoc donum
non est nisi bonorum et amicorum
dei. Temporalia bona. et etiam
naturalia bona corporis vel anime
communia sunt bonis et malis
et amicis dei et inimicis. Et
frequencius mali, et inimici dei
pocius talibus habundant
quam amici dei. Ex quo ap-
paret non esse vera bona. Quod
enim pocius daret amicis quam
inimicis. Bona communia sunt
fortitudo corporis, et agilitas,
pulcritudo, sanitas, sciencia
et ea que pertinent ad suste-
tacionem vel ad ornatum vel
protectionem [illegible], [illegible] non red-
dunt bonum. Virtus enim
non solum bona est sed etiam
bonum faciens necessario pos-
sessorem suum. Non sic diuicie
que frequencius faciunt malos
possessores suos vel malos
inveniunt. Seneca. Si diuicie
bonis non essent minime adderet[?]

Ideo virtus multum appetenda est
tamquam propria bonitas. Sed tan
ta est hodie stultitia hominum quod
de propria bonitate non curant, tu
tamen in omnibus suis bonitatem
querunt. ¶ Augustinus. Bona vis
habere et non vis bonus esse. Quid
est quod tu velis malum habere?
Nichil omnino. Non uxorem, non
filium, non servum, non ancillam, non
terram, non caligam, tamen vis
habere malam vitam. Rogo te pre
pone vitam tuam caligae tuae.
Plus deberet homo amare bo
nitatem quam totum mundum.
Cum enim homo prevaleat toti
mundo, bonitas enim bonitati to
cius mundi prevalet. Hoc ante
de monere hominem, admone
rem proprie bonitatis, quod sicut
ipse qui bonus est melior est
omnibus creaturis visibilibus,
sic qui malus est peior est omnibus
illis visibilibus creaturis, quia
non solum malicia pene, sed
etiam malicia culpe ipse de
bitor est non solum mortis
temporalis, sed etiam eterne. Insuper
detencionis conditionis est serpen
tibus et bufonibus. Nec so
lum virtus bonitas est, sed etiam
bonorum operum. Plus enim valet
una elemosina, que aliud
bonum opus constituit in gratia
precedens, quam mille sine gratia.

Si aliquis mille annis faci
at opera de genere bonorum sine
gratia, non meretur vitam eternam,
et tamen meretur bono de
novo opere cogitato facto. ¶ Gaudendum
ergo quod beatitudo virtutum
de fonte celestis beatitudinis
animabus nostris in hac valle miserie
stillatur. Bernardus in sermone xvi de
Blo. Augustinus. In religione illa
intelligibili beata vita in fonte
suo bibitur; inde ad aspergitur
huic humane vite, ut in tempo
racione huius seculi temperanter, for
titer, iuste, prudenterque viva
tur. ¶ Secundo quod gaudium
virtutis ceteris prevalet gau
dium mundi. ¶ Homo spiri
tualis. Dulcedo enim felicitatis
humane multis amaritudinibus
respersa est, ut dicit Boecius.
Homo enim carnalis nimiam
amaritudinem habet ex delectacione
deliciarum quas vehementer appe
tit. Item ex defectu qua vene
rit in usu earum. Sed vehementer enim
queit tarde refectionem invenit
refectionem multa [illegible] Augustinus.
¶ Gaudium vero virtutis omnium
non est repressum tot amaritu
dinibus. Augustinus. Tu semper ad
eras misericorditer seviens et
amarissimis confessionibus
aspergens et omnes illecebras iocun
ditates meas ut ita quererem

sine offensione comedi[?] ... vi
nos possem, non inveni quemquam
preter te domine. Secundo precellit
indignitate. Gaudium enim in
tuo est de hiis quibus dignum
est gaudere. Unde super hoc Gall.
vero fructus spiritus est caritas
gaudium dicitur Glosa id est elacio
animi de hiis que digna sunt.
Gaudium mundi de indignis est.
Unde Aug. Quid est gaudium
seculi breviter dico. Seculi
leticia est impunita nequicia,
scilicet luxuriari, inspectabilis[?] ingurgi
ebriositate, gulositati, turpitu-
dine facere, et nichil mali
pati. Hoc gaudium deterius est
dolore. Peius est enim gaudere
de iniquitate, quam dolere
de corruptione ut ait Aug.
Tercio precellit insalubri-
tate. Gaudium vero tuum salubre
est faciens contemptum gau-
dia vana, ubi enim sapor vi-
tutum sentitur, iocunditas
carnalis despicitur, quia gu-
stato spiritu desipit omnis caro
ut ait [?] ... Aug. Gaudium
vero mundi noxium est, nec mi-
rum cum sit a deo maledictum.
Luc. ve vobis divitibus qui ha-
betis hic consolacionem vestram.
Quis audeat gustare cibum
ab aliquo sancto maledictum,
quanto magis maledictum a deo. Gau-
dium illud hominem infamat,

ut patet in Salomone qui
non habuit cor suum quin omni
voluptate frueretur, et infamatus
est hoc gaudium in dolorem vertit.
Prov. luctus occupat extrema
gaudii. ¶ Dicendum est de fide.

Dictum est de veritate. Nunc
dicendum est de fide. Cir-
ca quam notandum quod cum
homo sit ab aliquo, et sub ali-
quo et ad aliquid ut suppeti[?]
aliquid necesse habet cognoscere
illum, a quo est, ne sit de tanto
beneficio ingratus, et per conse-
quens eius beneficiis indignus.
Item sub quo est, ne sit in-
utilis servus, et per consequens ira
dei pena dignus. Prov. Accep-
tus est regi minister intelligens
iracundiam eius, inutilis susti-
nebit. Luc. Servum inutilem
proicite in tenebras exteriores.
¶ Circa illum vero sub quo est
necesse habet cognoscere eius ma-
iestatem, ut sciat eum glorificare,
et que sit eius voluntas, ut
sciat ei ad beneplacitum eius ser-
vire. Item illud ad quod est,
sine hac cognitione nescit se
dirigere, quia ignorat quo debeat
tendere. Unde in concilio hominem di-
cimus[?] quasi cepta[?] appetit mane.
Item a quo teneat ea, super quo
positus est, nescit infidelis ser-
vus in hiis quibus positus est ministrum[?]
habet sibi usurpans dominium ut
alius qui debeat reddens fer-
vorem[?]. Et ita qui pro fidelitate

fuerat enumerandum pro infidelitate sit puniendus. Bern. de amore. Si in alieno non fuistis fideles quod vestrum est quis dabit vobis. Alienum est bonum transitorium, nostrum est bonum eternum. Bern. q. Terrene divitie nec nostre nec vere sunt, denique finita sunt, tollite ea vobis istud. Et homo cum interierit non sumet omnia nec descendet cum eo gloria eius. Convenientibus vero modum cognoscendi pertinet pro fide est. Nec mirandum est si oportet hanc cognitionem per fidem de patre invisibili equo sunt. Hoc enim etiam apparentibus carnalibus aliter hanc cognitio non posset. Unde dicit Greg. hiis verbis dicitur dicto qui sine fide nec infidelis vivunt sicut de infidelem peccatum volunt quem patrem, vel qua matrem habuerit, quomodo credit illum vel illam, si statim racionalium utrum non nouerit quando conceptus sit aut viderit qui natus fuit quod vidisse neque novisse fatebitur, et enim quod non videt credit. Iste modus cognoscendi deo est gloriosus. Gloriosissimum est principi, si simpliciter verbo eius credatur, absque cautione pignoris vel iuramenti, vel fideiussore. Ignominiosum est ei, si simpliciter verbo eius non credatur, etiam cum libet vero note bonitatis et sufficientis facultatis. Molestum est si simpliciter verbo non credatur, quanto magis regi glorie quod

nec falli nec fallere potest, displicet si non credatur verbis eius. Item meritorium est homini cum homo assentit deo in hiis que non sunt sensui manifesta nec ipsi nota intellectui, meritorium est ei. Greg. Fides non habet meritum cui humana ratio prebet experimentum. Item laude dignus. Dignum est laude credere deo in hiis que sensus vel ratio dissuadere videntur, sicut fecit Abraham de quo loquitur Ro. Et contra spem in spem credidit. Glo. Dor spes fin. nam fuit dum iuvenis commendata secundum naturam speravit sobolem, nec tamen fuit modo contrarium illi spei speravit s. de vetulus vetula sterili generaret, tamen credidit Abraham deo et reputatum est ei ad iustitiam. Item natura eorum que cognoscenda sunt hunc exigit modum cognitionis. Deus de quo cognitio principaliter est lucet, habitat inaccessibilem, quam nullus vidit hominum nec videre potest, unde dicit deus Moysi: Non me videbit homo et vivet. Ysa. Vere tu es deus absconditus. Io. Deum nemo vidit umquam, nisi unigenitus filius dei qui est in sinu patris ipse enarravit.

Credendum est ergo de deo filio enarranti, et hiis quibus quibus filius enarravit cum nobis impresenti credendum no

possit. Et secundum verbum Hylarii
soli deo deest credendum, quia
ipse solus novit unde credidit
deo, qui credidit sanctis quibus
deus loquitur. Licet mirandum
est si necesse habeamus credere
deo, deest cum hominum de interio-
ribus suis necesse habeamus credere.
I Cor. Quis scit hominum que
sunt hominis nisi spiritus qui in ipso est. Ita
et que dei sunt nemo cognovit
nisi spiritus dei. Et subditur: nos
autem non spiritum huius mundi
accepimus, sed spiritum qui ex deo est.
Item natura eorum qui cogni-
tivi sunt huic mundum cogni-
tionis exigunt. Multi sunt qui
capaces non sunt eorum, unde
oportet eos credere hiis qui
talium sunt capaces. Et sicut alicui
deficit visus, necesse habet
alium credere. De via sic qui
habet intellectum parvum necesse
se habet credere hiis qui ma-
gnum habent intellectum.

Quod sit vera fides christiana

Sciendum quod una est
fides vera omnium vere
credibilium, licet inter
eos aliqui plura, aliqui
panciora de deo explicite cre-
dunt. Omnes ante deum pati
esse credunt deo in omnibus que
ille ipse vel per nuntios fide dignos
eos docere vellent. Debent
etiam credere omnia illa que
prophete et alii homines spiritu
dei edocti crediderunt et docu-
erunt. Omnes autem secte que
tunc adest in quibus hodie
sunt, tunc illa vera et multe
fide errores sunt. Illa vero et
unica fides christiana est sicut
multipliciter patet. Cum de Primo
confirmatione miraculorum nulla
enim alia secta habet miracula
ad sui confirmationem. Miracula
huius fidei ab Abel filio Adam
facta leguntur. De quo legitur
Gen. Respexit dominus ad Abel
et super munera eius, quo res-
pexit alia translatio determinat
que sic habet: Inflammavit
deus super Abel et super munera
eius, ignis de celo oblatores
eius incendit. Deinde subsequu-
ta est miracula sunt sub Noe
et sub Abraham et sub aliis usque
ad legem Moysi. Et magis
hebreorum multiplicata sunt et ab eo
tempore egipti usque ad ingressum ter-
re promissionis consolata sunt contra
terram illam, et donec gentibus illa
deservit fidem hanc non desi-
erunt eam miracula. Tandem
hac fide in apostolis miracula tran-
slata sunt ad Calias complicis
et gentilibus collecta. Miracula
vero quibus hec fides confirmata
est talia fuerunt quod solus deus
ea efficere poterat sicut fuit
Obstitum solis et lune ad
spacium unius diei hore ad pre-
ceptum Josue ministri dei obedi-
ente domino voci hominis. Josue
decimo. Item regressus solis
per ezechie. Ysa. xxxviii.

Item obscuracio solis facta in passione
domini preterquam philozophi qui
athenis erant non valentes inve-
nire naturalem causam illius
obscuracionis inducti sunt ad hoc
ut dicerent quod deus nature pati-
ebatur, et constituerunt illi deo
ignoto aram de qua dicit ystoria.
Nemo dubitat de hoc quod ille solis
cursum solis mutare potuit qui
instituit. Item noticia linguarum
data apostolis et illiteratis subito
qua hii qui fuerunt ydiote docti
facti sunt secundum promissionem eis

c 14

factam a Christo. Jo. paraclitus spiritus
sanctus quem mittet pater in nomine
meo ille vos docebit omnia et

c 21.

Luce. Ego dabo vobis os et sapien-
tiam cui non poterunt resistere et contra-
dicere omnes adversarii vestri. Item
multi mortui resuscitati sunt
a Christo et a discipulis in nomine Christi.
Nemo autem dubitat quod solus
deus qui homini vitam dat potest
eam reddere postquam eam amisit.
In nomine Christi ceci illumi-
nati sunt, leprosi mundati, paraliti-
ci et alii infirmi infirmitate insana-
biles secundum naturam sanati.
Que omnia cum deus qui solus
ea facere potuit, ad confirma-
cionem dicte fidei fecit et cer-
tissimum sit deum nolle testi-
ficari mendacium aliquod nec
velle miraculis homines ducere
in errorem neque eos subtrahere
a cultura sua et sui nominis
gloria sua. Manifestum necesse

fidem christianam esse quam deus
sit formare voluit. Si quis
autem dicat miracula illa non
esse facta ad fidei declaracionem,
patet hoc esse falsum per modum
quo miracula facta sunt et ex-
empli causa pauca ponamus.
Primo legitur c° xx. Dicit Ihesus
ut sciatis quia filius hominis po-
testatem habet in terra dimittendi
peccata, tunc ait paralitico: Sur-
ge tolle lectum tuum et vade
in domum tuam, et surrexit,
patet quod ipsa fuit miraculum id
factum fuisse ad testimonium
fidei. Item legitur quod in actibus
Petrus dicit claudo ex utero ma-
tris: In nomine Ihesu Christi Nazareni
surge et ambula in pace, et
protinus consolidate sunt ba-
ses eius et plante exiliens
stetit et ambulabat. Et de dyo-
nisio ariopagita legitur quod cum
disputaret cum Paulo forte
transiit cecus quidam coram
eis, et statim ait Dyonisius
Paulo: Si dixeris hunc cecum
in nomine dei tui vide et vide-
rit ego credam statim, et ne
utare verbis magicis, quia for-
te nosti verba que sunt huius
efficacia. Ego prescribam tibi
formam verborum dicens ei: In
nomine Ihesu Christi nati de virgine
crucifixi et mortui qui et
resurrexit et ascendit in celum
vide. Et ut omnis tolleretur
suspicio precepit Paulus Dyonisio.

ut ipsa eadem verba proferret. et in
ea forma verborum dixit daemoniacus
ita ut videret et statim vidit
et confessum est se daemonem credere
Terra eum cognovit quia ad
vocem iubentis eius cum clama
ret voce magna. lazare veni
foras mortuum reddidit. Co
gnovit mare quia solidum se
prebuit sub pedibus eius. Cogno
vit infernus cum hos quos cap
tivos tenuit reddidit. Item
ille qui in ore piscis cum ipso
pisce staterem invenire poterat
quod volucribus et maris et omnibus que
creati sunt dominus fuit. Item
ille qui mortuos suscitavit le
prosos mundavit. cecos illuminavit
demones effugavit dominus omnium
fuit. et eadem manu qua fe
cerat que defecerunt restaurabat.

**Quod virtute christi post mor
tem eius plura fecerunt**

Cetera miracula vero non
dum quod multa ministri christi
post passionem eius morte
eius miracula fecerunt quam
ipsius fecisse sicut ipse promise
rat Johannis. Qui credit in
me opera que ego facio et ipse
faciet et maiora horum faciet
Quamvis fuit quod ad umbram
Petri sanabantur infirmi quam
ad tactum vestimenti eius mu
lier paciens fluxum sanguinis
sanata est longe maius fuit
quod duo latrones qui bene
sumpto mortui erant suscita
ti sunt in vita beati Johannis

legitur evangelii. porta veste eius
super eos. Domina in evangelio tres
leguntur mortuos suscitasse. sed
de beato Andrea legitur quod xl. cor
pora suscitavit. Item sancti
non solum vivi sed etiam mortui
fidem istam miraculis confirmaverunt
ut dicit Gregorius. Omnia elementa auc
torem suum venisse testata sunt
ut videlicet de hiis quasi quod
usu humano loquar. dominum hunc
celi esse cognoverunt quia stella
misit. mare cognovit quia
sub plantis eius se calcabilem pre
buit. Terra cognovit quia eo
moriente contremuit. Sol cogno
vit quia lucis sue radios ab
scondit. Saxa et parietes co
gnoverunt quia ex morte eius
scissa sunt. Infernus cognovit
quia hos quos tenebat capti
vos reddidit. et tamen hunc quem
dominum omnia elementa insensi
bilia senserunt. adhuc infidelium
corda iudeorum deum esse minime
cognoscunt. et duriora saxis
scindi ad penitentiam nolunt cum
quo deum confiteri abnegant
quem elementa ut diximus aut
signis aut passionibus clamant
deum. Veritas fidei christiane multi
plici testimonio potest ostendi. Primo
Johannis baptiste qui apostolus pre
dictus fuit de quo Mathei. Ecce
ego mitto angelum meum qui
preparabit viam ante faciem tuam
hunc deus miraculose facit nas
ci. videlicet de matre sterili et de vetustis
parentibus ut ferret testimonium christo

c. xi.

Johannes xpi venit in testimonium ut testimonium perhiberet de lumine. Cuius conceptio et nativitas prenunciata sunt ab angelo gabriele, et in utero matris testimonium dedit christo. Unde ait Elizabeth ad mariam virginem. Ecce ut facta est vox in auribus meis exultavit infans in gaudio in utero meo. Sine omni dolo sunt testimonia ista. Natus vero cum iam esset xxx annorum testimonium perhibuit christo dicens. Ecce agnus dei ecce qui tollit peccata mundi. Item vidi spiritum descendentem quasi columbam de celo et manentem super eum, et ego nesciebam eum sed qui misit me baptizare in aqua ille dixit michi super quem videris spiritum descendentem et manentem super eum hic est qui baptizat in spiritu sancto. Et ego vidi et testimonium perhibui quia hic est filius dei. ¶ Ergo multorum sanctorum qui sunt contemptores mundi, nullum hominem timentes qui fidei veritatem morte propria ausi sunt confirmare. Quorum unus princeps apostolorum ait act. x. Nos sumus testes omnium que fecit ihesus in regione iudeorum et ierusalem quem occiderunt suspendentes in ligno, hunc deus suscitavit tercia die, et dedit eum manifestum fieri, non omni populo, sed testibus preordinatis a deo qui manducavimus et bibimus cum illo, postquam surrexit a mortuis et precepit nobis predicare populo et testificari quia ipse est qui constitutus est a deo iudex vivorum et mortuorum. Huic omnes prophete testimonium perhibent remissionem peccatorum accipere per nomen eius omnes qui credunt in eum. Testimonium istud tam cito deus confirmavit. Unde subditur. Adhuc loquente petro verba hec cecidit spiritus sanctus super omnes qui audiebant verbum. Tercio turbe que viderunt ihesum miracula facientem, Unde dixerunt Numquam sic apparuit homo in israel. Et Jo. ix. Cecus a nativitate a christo illuminatus dixit, a seculo non est auditum quod quis aperuit oculos ceci nati. Cum igitur veritas tot habeat veritatis argumenta incontestabiles sunt tot argumentis nolentes acquiescere et merito puniuntur. Petrus enim dicit actu. Omnis anima que non audierit prophetam illum exterminabitur de plebe. Et in eodem non est in alio aliquo salus nec enim aliud sub celo datum hominibus in quo oporteat nos salvos fieri. Quod fides multum placeat deo

Notandum ergo quod fides deo multum placet. Unde Eccli. beneplacitum est deo fides et mansuetudo, hec due virtutes multum placent deo quod sine ipsa nichil placet ei. Heb. xi. Sine fide impossibile est placere deo. Omnes infideles filii [illegible] sunt. Unde Johannes. Qui incredulus est filio non videbit vitam eternam sed ira dei manet super eum. [illegible] divine [illegible] non respirant nisi ubi fides

Luc. i.

salutacio b. v.

Jo. p°.

no

c. x.

Jo. 3

Bo° xo quod incredulus i. q. w° crediderunt

est Nimium enim est nobis valde
est fides deo grata, quia sine
fide deus non colitur. tamen de
eo non cognoscitur quare indi-
get, vel amandus vel obsequio
honorandus // Dyabolus vero multum
displicet nec mirum tamen ipsa
ei cultum et honorem, quem ei
in mundo exhibebatur abstu-
lerunt. Ipsa dyabolum expulit ab
hominibus, et quantum ad animas
et quantum ad corpus Actuum xv
fide purificans corda eorum
Marci ult° Signa autem eos qui
crediderint hec sequentur In
nomine meo demonia eicient
hec est quam dyabolus resistit j
Petri v. adversarius vester ad-
uersarius dyabolus circuit querens
quem devoret, cui resistite for-
tes in fide fides non cessat dyabolum
conculcare facit ipsa vendit eum
nullius creature dominum, et aucto-
rem totius mali et per culpam
suam iuste iudicatum. Item homini
valde utilis est quia est initium
vite spiritualis per fidem enim habitat
christus in cordibus nostris Item
sine fide est omni bono est
vacuus Sicut quodam modo quidam
presbyter hospitatus in templo a-
pollinis iacebat demones qui
ibi convenerant requisiti a magistro
suo quis ibi iaceret Viderunt
vas vacuum sed signatum,
ut refert Gregorius in dialogo
ille non habebat fidem christi-
anam. Sed ibi de nocte impresse-
rat signum sancte crucis quia
videbat christianos sic facientes

unde tamen non habet vere fidem
vacuus erat omni bono Ipsa
vincit regnum inferni. Unde cotti-
die eos fidelium animas a porta
inferi eripit, et dum in igne
infernalem quatuor ad eos qui
vere fideles efficiuntur attingunt
legitur de beato Gregorio quod cum tem-
pore quodam ad palatium traiani
qui imperator fuerat transiret re-
cordatus clemencie eius amarissime
flere cepit, et tamdiu pro eo ad
altare sancti petri flens ora-
vit donec obdormivit, et ad eum
dormientem vox dixit traianum
precibus eius a penis inferna-
libus liberatum et de cetero caveret
ne pro aliquo infideli defuncto
orare presumeret Regnum etiam
celi vincit quia quasi quadam
violencia illud acquirit per fidem
vero sancti adepti sunt repro-
missiones j Petri reportantes
finem fidei salutem animarum vestrarum
Regnum mundi vincit j Jo v hec
victoria que vincit mundum fi-
des nostra, quidam enim vincunt
mundum subiciendo sibi eum
quidam vincunt eum abiciendo
Uno modo vincunt mundum
qui remanentes in mundo terrena
subiciunt et dominantes eis fa-
ciunt quodam modo se eis altio-
res et ad impugnandum inimicum
potenciores faciunt enim inde lar-
gas elemosinas quarum modus
largus impugnandi dyabolum
valde efficax est, Sicut Augustinus
Quemadmodum sic vincitur dyabolus ut
[illegible] contrario cupidi et

anari, non sibi terrena subtrahunt
sed potius se tirmis super humeros
suos ponentes ea que male ac
quisierunt, et quasi se lunos re
pellentes similes talpe super
humeros suos portanti terram
quam fodit ¶ Tercio modo vin
cunt mundum, quia rebus mundi
spoliare se permittunt qui ad
modum luctatorum se nudis se
spoliant ne diabolus habens quo
eos teneat deiciat et devincat
Luce. Omnis ex vobis qui non
renunciaverit omnibus que possidet
non potest meus esse discipulus. Fides
vincit mundum, id est ea que sunt
mundi divicias scilicet delicias et ho
nores. Delicias vincit dum con
dit corpus suum latrone esse de
putatum morti digno pater quod
non debent eum delicie. Divici
as vincit dum eternas longe me
liores eis credit. Hebr. rapinam
bonorum vestrorum cum gaudio sus
cepistis cognoscentes vos meli
orem et manentem habere civitatem.
Honores vincit dum plenos eos
confusione credit, qui eterna sa
piunt. Fides miracula facit. Mar.
ultimo. Signa eos qui credi
derint hec sequentur. In nomine meo
etc. Et Mt. Si habueritis fidem sicut
granum sinapis dicetis huic mo
nti transi hinc, et transibit, et
nichil impossibile erit vobis.
Legitur enim Allexandrum
venisse ad montes caspios et
petissent filii captivitatis
decem tribuum viam egrediendi
ab eis nec cognita causa inclu
sionis eorum. scilicet quod recessissent a deo

vitulis

ipse vitulis aureis ymmolando
et prophetas dei perdens eos a cap
tivitate non reddituros. Inde
quartenis inclusit eos, tamquam
angustas vias eorum obstrue
vellet montibus betumiatis
videns laborem humanum non
sufficere oravit deum ipse ut opus
illud compleret et accesserunt
ad se invicem propter motum
et facti sunt locus immeabilis
ut ait Josephus. Sic eum deus fe
cit pro infideli quod facturus est
pro fideli suo. Quod quedam
credenda sunt de deo quedam de

Notandum quod inter || aliis
credenda, quedam sunt de
deo quedam de aliis. De deo
credere debemus, quod sit trinus deus
et unus, qui est, summe potens,
summe sapiens, summe bonus.
Potenciam dei adorare debemus quia
in plexo et corde prostrati reco
gnoscentes nos sub ea deo ad
salvandum vel perdendum humi
lissimo et recognoscere creaturam
nostram divine maiestati
subiectam. Ad sapienciam dei lucide
lucide intuente oriente timor
et pudor, et sollicitudo declinandi
ea que deo displicent, et querendi
ea que deo placent. Bonita
te dei oritur amor et gratitudo et
devocio in cordibus nostris. Ipsius
tenemur eum laudare, benedicere
glorificare et gratias referre. Ipse
de bonitate sua effundit super
nos misericordiam suam qua mala
nostra tollit et levat et hac
oracione Jeiunio elemosina

et alia afflictione corporali obti
nere deum Item ex bonitate
dei oritur iusticia qua in nobis
vetisatur mala commissa a
nobis in hac vita et hunc imita
do nobis veram penitenciam
per donum sui timoris Tercio
largitas communicans obsequio
nata super meritum nostrum Inter
credenda vero que sunt de aliis
rebus credo est mundi inchoacio
cum omnibus que in eo sunt creata
et anime in corporibus immortali
tas anime resurrectio corporum
loca tormentorum futurorum scilicet infer
nus purgatorium sacramenta
ecclesie gracia dei liberum arbitrium
credere etiam deum omnes articulos
fidei Primus est Credo in deum
patrem omnipotentem creatorem celi et
terre Et nota quod non est idem cre
dere deo et credere in deum Pro
credit qui credit esse vera que
ab eo dicuntur Credere in deum est
credendo diligere et credendo in
eum tendere et eo gressu amoris
et bonis operibus habens fidem ten
dit in deum et eam dicit pro quod
ille qui immortalis est peccato
dampnatur cum dicit credo in deum
per illud intendit propria in persona
et eclesie fidem eius perficiendo
Sequitur patrem omnipotentem cuius
omnipotencia in tribus attenditur
Primo in altitudine potencie per
eam quecumque vult facere Secundo
in hoc quod agendum aliquid in
nullo indiget Tercio in hoc
quod angelo prohiberi per peribus et
potencia ... videtur credere

qui relicto deo ad hererent demonibus
credentes se fame mortuos si
deo servierint quam demonibus vel meliorem
voluntatem vel maiorem potestatem sit
ad perficiendum hiis qui sibi ser
viunt quam deus Sequitur creatorem
celi et terre creare est de nichilo
aliquid facere ad declaracionem
huius ubi dicitur in symbolo fac
torem celi et terre visibilium et in
visibilium que expressio facta est
contra illam heresim que dicit
visibilia esse a principe tenebrarum
invisibilia vero a deo Secundus arti
culus est et in Ihesum Christum filium
eius unicum dominum nostrum Et est
sensus Credo id est fide teneo an
Ihesum et fidem habeo quod ipse sit
Ihesus id est salvator eorum qui ei ad
herent unitum dominum omnium Christus
noster dominus est duplici iure scilicet iure
creacionis et iure redempcionis
creatura necessario est creatoris cu
ius gratis fecit et de nichilo
Qui conceptus est de spiritu sancto
id est spiritus sancti operacione quia
spiritus sanctus separavit a beata virgine
corporissimum et in ea confor
mavit in corporis Christi et in
instanti animam infudit ut eam
tanto esset verus homo et verus deus
ut sunt anima infusa tal vel
dicem sicut a concepcione debet
fieri in aliis immo fuit vir ab
ipsa concepcione Jeremias Novum
creavit dominus super terram femina
circumdabit virum Passus sub
poncio pylato crucifixus mor
tuus et sepultus attendere debet
fidelis quantum sit pro passo

Crucifixus quod erat vilissimum tor-
mentorum genus magna perseveranci-
a usque ad mortem ut fideles
deinceps permitterent, a suggestione
diaboli non descendant. Sepul-
tus est licet corpus non esset dam-
pnum corruptioni, propter illud: Nec
dabis sanctum tuum videre corruptionem
videre volens in ipsa absconsio-
ne aliis assimilari. Descendit
ad inferna et hoc secundum animam
ut eos traheret suos qui in limbo
erant, et unde pietatem hominis
qui non vult Christum sequi in celum
cum hominem sequitur ad infernum.
Tercia die resurrexit a mortuis.
Si Christus mortuus resurrexit sua
virtute in simile est quod ipse eciam
viventes mortuos suscitare possit.
Ascendit ad celos, sedet ad dexteram
Dei patris omnipotentis, inde venturus
est iudicare vivos et mortuos.
Si Christus ascendit in celum
ascenderunt pro eo qui ei adhese-
runt. In celo enim hospicio reci-
piuntur membra in quo caput
receptum est Christus. Et quod homo
sedet ad dexteram patris, quia
est in potioribus bonis eius. Sub-
vel quod deus est regnat equalis
ei. Inde venturus est iudicare vi-
vos et mortuos. Et bonos et
malos vel illos qui in adventu
suo vivi reperiuntur, qui et in momen-
to morientur. Et post hoc resurgent
et illos et qui prius erant mor-
tui. Magna fiducia erit fideli-
bus quod ~~frater~~ eorum iudicabit. (margin: Frater)
Immo pater non iudicat quemquam
sed omne iudicium dedit filio.

Tercius articulus est: Credo in spiritum
sanctum, sanctam ecclesiam ca-
tholicam. Credo et tendo in spiritum
sanctum, qui fidem habet quod
spiritus sanctus magne bonitatis
et sanctitatis sit, hiis in quibus
habitat operatur se ad hoc quod eius sit
karitatis, hoc per graciam infinito
per gloriam ad spiritum sanctum perti-
net, ut bonitate sua nostram
destruat maliciam, et sancti-
tate sua sanctificet sanctam ecclesiam
et unitate fidei et sancte so-
cietatis conservet, ita ut fide-
les sint socii in lucro. Sanctorum communionem
participes sunt omnium timen-
cium te. Remissionem peccatorum credere
enim debemus quod peccata remittuntur
in ecclesia per baptismum et penitenciam
et alia sacramenta. Nec solum
semel remittit peccata spiritus sanctus
homini, sed quociens vere quis
penitet. Carnis resurrectionem
et vitam eternam. Qui carnis
resurrectionem fideliter credit non
timet interitum corporis quod
perdere in fine dei cognoscit
erat se recepturum illud tamen quadru-
plici gloria claritatis, impassi-
bilitatis, subtilitatis, et agilitatis.
Item qui fidem habet de vita eter-
na sollicitus debet esse quo bene
illi perveniat, si tanta sollici-
tudine pervenitur miserie vite
huius digna nemo certus est
quanta sollicitudo debet esse pro
videndo illi vite digna certus
est quod erit eterna ibi nec longe

est Necessitas mandi nec manifestu
est in diuite epulone qui aque
guttam habere non potuit Nec loqui
laborandi / Salomon Fili quod
cumque manus tua potest facere instan
ter operare quia nec opus nec
racio erunt apud inferos quo
tu laboras ut properas De erro
ribus que fidei katholice aduer
sandum est Sentit
Multi sunt errores que
fidei katholice aduersantur
Primus est ille quem tangit
dauid dicens Dixit insipiens in
corde suo non est deus Error iste
non est insipiencia ymmo est insania
que maior est insania quam dicere
illud non est quod ita est omnibus ne
sint valde enim miseri sunt qui
negant deum esse atque incessanter
beneficia recipiunt nec
infinitis testibus de hoc credere
nolunt / Tale est sicut si aliquis
nollet credere ignem esse aquam
tamen incessanter vehementer
calefieret psalmus Non est qui se
abscondet a calore eius Nullus
est qui compos sit menti sue
qui non possit agnoscere quod ipse
non semper fuit et tunc non fuit
nichil boni habuit ergo esse
suum et quicquid boni habet ab
illo habet Item a suis parentibus car
nalibus illi non semper fuerunt
bona ab aliis habuerunt et illi si
militer ab aliis donec perueni
atur ad aliquem qui semper
fuit atque primus pater carnalis
initium habuit nec posse alium
generare constat enim quod parentes car

nales non habent a se quod generant
filium cum quidam non generent quod
nollent generare et quidam non ge
nerent qui vellent generare et
cum vellent generare filium quidam
generant filiam quandoque etiam
nescit mater quo filius meus
generetur sicut quedam lauda
bilis mater dixit filiis suis
in Machabeorum vii° Nescio inquid
qualiter in utero meo apparuistis
neque enim spiritum ego et animam
dedi et vitam vobis in singulorum
membra non ego ipsa compegi
sed et solum per parentes carnales
beneficia recipimus sed etiam
per alias creaturas Collata bene
beneficiorum copia quedam exhortatio
est ad amorem ipsius Augustinus Ce
lum et terra et omnia que in eis
sunt ecce undique michi dicunt
ut te amem non cessant dicere
omnibus ut sint inexcusabiles
Qui in hoc errore sunt demo
nibus peiores ad hoc deteriores
esse videntur qui saltem credunt
deum esse Jacobus Tu credis
quia unus est deus bene facis et de
mones credunt et contremiscunt
Nam scriptura in libro in principio
omnia asserit a deo esse creata
Simbolum christianorum in principio eius
Johannes Omnia esse facta
per ipsum deum asserit omnis etiam
creatura clamat deum esse bene
dicit Augustinus interrogaui de deo meo
celum solem lunam stellas ut
nos sumus que queris inquiunt
et dixi omnibus qui circumstant
carnem meam dicito de deo aliquid

et exclamavit voce magna ipse
fecit nos. Interrogacio mea inten
cio et responsio eorum species eorum
flores et alia que terra producit
que est infimum elementorum et pe
dibus omnium calcatur. ipse enim vos
talem condidit quam nullus
homo qui dignissima creatura
est, et que tamen habet ingeni
sitatione posse facere. Unde consi
deracione illius speciei apparet ma
iorem homine esse, qui talia fa
cit. Certa enim per se talia facere
non posse, sicut mater non parit
nisi aliunde recepit sic terra ali
unde recepit quod talia producit
consionem ergo species sua ex
clamat flos se a deo factum esse,
cum nulla creatura etiam racionalis
eam possit facere. Math. Consi
derate lilia agri etc. Dico
autem vobis quod nec Salomon etc. quod
de flore dictum est intelligitur
de aliis creaturis. Iob Interroga
iumenta et docebunt te, et vo
latilia celi et indicabunt tibi, lo
quere terre et respondebit tibi et nar
rabunt pisces maris quis ignor
ravit quod omnia hec manus domini
fecit. Noli ergo de deo dubitare
et si eum non videas, sicut non
dubitas de anima, et si eam non
vides tamen sentis eam, per ef
fectum eius in corpore, ut est vita,
sensus, motus, ipsa cernens oculis
visum, auditum auribus pre
stat. Sic de deo dubitare non
debes, quem licet non videas, sen
tire tamen potes per eius opera.
Item cum ad fidem faciendam
de parentibus carnalibus sola pau

ca fama sufficiat nec testes
super hoc requirant, nec alie
probaciones, maxime cum pa
rentes carnales nobiles sunt
ut credunt ad dictum filio et cum
speret se successurum in magna
hereditate, que causa est quod cum tan
ta difficultate fit fides aliquibus
de patre celesti qui nobilissimus
est, et a quo tanta speratur he
reditas. De errore manicheorum

Sequitur de errore mani
cheorum, qui deificant
creaturas qui error ydo
latria dicitur. Ydolatria est cul
tus deo debitus, creature exhibitus
et nota quod inter ydola genti
lium, quedam ymagines erant
tantum ad memoriam et representacionem
aliquorum in quibus nichil numi
nis esse credebatur, alie vero
erant, que credebant esse ha
bitacula deorum i. demoniorum unde
omnes dii gentium demonia in quibus
demones decipiebant homines
dantes eis responsa, ac si in eis
habitarent inducti ad hoc sacri
ficiis et honoribus que eis exhi
bebantur. Possunt autem ex
multis causis tres ostendi cur
quibus ydolatria vel inducta est
vel augmentata. Prima causa
fuit dolor nimius de amissi
one alicuius amici pater enim
amisso filio nimium dolens
ymaginem fecit ut esset ei quasi so
lacium. Unde Sapiencie
acerbo luctu dolens pater cito
sibi rapti filii ymaginem sibi
fecit et illum qui tunc quasi
homo mortuus fuerat nunc

tamquam deum colere cepit,
et constituit inter suos suos
sacra et sacrificia, deum inter
nemere ter comnalescente iniqua
consuetudine, hanc primam
causam ydolatrie, ondit Grego
sup illud Iudic(um) in belsebub
principe demoniorum deo decerenis
h' error tamquam lex constitu
ta e(st). Ninus rex in amme
belo patre suo mortuo statuam
fecit, quam summa reverentia ho
norare fecit, ita ut etiam
reis ad eam fugientibus parceret
Unde progressu temporis homines cepe
runt eum venerari ut deum
et multiplicare, et quidam vo
cavit bel. alii baal alii baalim
alii beelzebub secundum varietatem
linguarum ¶ Secunda causa super
bia et superbia principum qui
non attendentes infirmitatem
suam, se voluerunt sicut deos
venerari, ut nabuchodonosor
qui precepit holoferni principi
milicie sue, ut omnes deos terre
exterminaret, ut ipse solus diceretur
deus ab hiis nacionibus que po
tuissent holofernus potestati sub
iugare Judith iii° principes
superbie ymagines suas adorari
fecerunt, absentibus qui erant remo
ti ab eis, Unde Sapie. Tyran
norum imperio colebantur figmen
ta, hos quos homines in palam
honorare non poterant, propter quod
longe essent, e longinquo figura
illorum ablata evidentem ymaginem
regis quem honorare volebant
fecerunt ut illum qui aberat
tamquam presentem colerent aliqui
qui ut divina stirpe nati vide
rentur divinos honores pare
ntibus detulerunt deferri quia
inisserunt ¶ Tertia causa est
potentia, quam crediderunt sup
eminere in hiis quos deos puta
verunt ut demones tradiderunt
potestatem in homines sive et res
humanas etiam in elementa
cuius erroris occasio fuit triplex
Prima credebant demones respo
nes sanare corpora dum ab eis
cessabant ¶ Secunda quod credebat
eos sedare mundi turbationes
dum eas facere cessabant ¶ Ter
tia quod credebant eos prosterere
futura, dum predicabant mala
que dei permissione illa erant
illaturi hominibus et malorum
cessationes quod non erat magnum
mirum ¶ Et nota quod ydolatria
est ideo magnum peccatum, quia deo
aufert honorem suum et confert
creature cuius non est conferri
et creaturam equat creatori, si pro
modico furto vel rapina, quia
aliquis facit homini merctur
carcerem vel morte vel alia ma
gnam penam quanto dignius est,
qui divinum honorem deo subripit
et alii offert, quia enim peccatum est
cum honor iste transfertur in qua
drupedes aut reptilia quam
quando in homines, et quando in huma
nos homines aut ciales qua
quando in homines vel alia Ro
mutavit gloriam incorruptibilis

dei in similitudinem ymaginis cor ruptibilis hominis et volucrum et quadrupedum et serpentium. Irrisione digni censentur qui sunt in hoc genere ydolatrie. Sapiencie xiij: ubi sit ibi non erubescit loqui cum illo quod sine anima est et pro sanitate quidem infirmum deprecatur et pro vita mortuum rogat et in adiutorium inutilem invocat et pro itinere petit ab eo qui ambulare non potest. Tales ergo non sunt honorandi quia apud deum bonum impetrare non possunt nec sunt timendi amicis dei cum non possunt eis nocere. Boni homines honorandi sunt tamquam amici dei et tamquam domini aliqui, sed tamquam servi altissimi quorum ministerio multa beneficia possunt nobis provenire et spes suffragii prout in eis ponimus, sed non tamquam eos reputantur auctores salutis sed potius impetratores. Nec sacrificium faciendum eis est, eo enim quod aliquis alicui sacrificat ei cui offert sanctitatis auctorem confitetur et eum invocat ad sanctificandum illum per quod sacrificium illud offertur.

De seo erroribus qui fidei catholice adversantur

Et licet multi sint errores qui fidei catholice adversantur, brevitatis causa de septem sex tangamus. Primus est eorum qui negant filii dei incarnationem; isti detrahunt dei potentie, dum dicunt deum non potuisse hominem fieri, quod si verum esset deus omnipotens non esset, contra quos angelus ait Marie: non erit impossibile apud deum omne verbum. Item dei bonitati dum negant tantum donum deitas procedere, cum fons iuxta possibilitatem suam rivum emittit et sol secundum suam quantitatem lumen et calorem diffundit ubique, magna fatuitas est asserere de immenso fonte divine bonitatis beneficium incarnationis non potuisse procedere. Ad Titum iij: Apparuit benignitas et humanitas salvatoris nostri dei, non ex operibus iustitie que fecimus nos, sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit. Cum stella ante que de hac fonte fluxerit mentibus quorundam sanctorum hoc effecerit, ut pro peccatorum redemptione se venderent, quid potuit in fonte ante eius immensitas. Item cum scintilla caritatis animum facit proximi compassibilis, quid potuit fornax immense caritatis in salvatore. Si quis vero dicat quod non decuit maiestatem tam descendere et tanta pati, dicendum est quod nil magis decet ei bonitatem quam misereri, et amare miseri gloriosum est. Unde cum dominus precipiat se ab homine ex toto corde diligi, conveniens fuit ut et ipse hominem diligeret ut dignus dilectionis sue ignem amoris in homine accenderet, David dicente: Coruge domine in preceptis que mandasti. ¶ Secundus est eorum qui due nat

ix

pare cum corpore, error istorum tangitur Sapientie ii° Dixerunt impii cogitantes apud se recte non exiguum et non cum tedio est tempus vite nostre non est refrigerium in fine hominis et non est qui agnitus sit reversus ab inferis quia ex nichilo nati sumus, et post hec erimus tamquam non fuerimus error iste contra destruitur testimoniis nobilium philozophorum Tullius dicit non est lugenda mors quam inmortalitas consequitur Item Mercurius Anima iusti post dissolutionem corporis tradetur penis que invita noluit tradere vitiis Plato etiam dicit Anima post dissolutionem variis affligi penis Item rationibus potest idem ostendi ¶ Primo per iusticiam dei, que si e reddet tam bonis quam malis secundum eorum merita, bonis premia, malis penam. Ecclesiastes ultimo Cuncta que fiunt adducet deus ad iudicium. sed retributio ista non fit in presenti cum mali hic florent et boni opprimantur Job quare impii vivunt sublimati sunt confortatique divitiis Et Jeremias xii Quare via impiorum prosperatur bene est omnibus qui prevaricantur et inique agunt ¶ Secundo per dei bonitatem, quia cum deus singulariter sit bonus, maxime tamen est amator suis bonis, et amat maxime amantes se Proverbiorum Ego diligentes me diligo, hoc autem verum non esset si anima periret cum corpore nec esset alia vita post istam Anime enim dei in

hac vita sunt egentes, angustiati, afflicti. Hebreorum xi et Corinthiorum Si in hac vita tantum sperantes in christo sumus miserabiliores omnibus hominibus si non esset alia vita nunc esset quod dicunt mali prius Malachie iii° Vanus est qui servit deo, et quod emolumentum quia custodimus precepta eius non esset emolumentum ut videtur. sed detrimentum in hac vita affligi si in futuro non speraret anima dei pro hac afflictione delectari et utilius esset eis bonis parentibus adherere et mandata eius observare Iste ostenditur, qui hii per experientiam noverunt, quia a morte suscitati fuerunt, ut christus et lazarus et illi de quibus legitur ad hebreos xi acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos Item ostendunt virtutes quas mortui operabantur Unde Gregorius Ecce qualis anime vivunt Si ergo vitam anime manentis in corpore deprehendis ex motu membrorum cur non perpendis vitam anime post corpus et possa mortua in virtute miraculorum Tertius est contra eos qui negant resurrectionem corporum, contra hunc errorem est illud quod dicitur Moyses ad filios Israel deus patrum meorum deus abraham, et deus Isaac, et deus Jacob misit me ad vos, quo verbo dominus utitur ad comprobationem resurrectionis sub deus meus non est deus mortuorum sed vivencium Et Job dicit Scio quod redemptor meus vivit

et nouissimo die de terra surrec
turus sum et in carne mea vi
debo deum saluatorem meum
Tercius est eorum qui dicunt vnum
quemque in fide sua saluari ex quo
credit eam esse bonam et deo pla
centem. Huic errori occasionem
dedit quod cogitauit tantam pa
ucitatem saluandorum esse si soli
christiani boni saluarentur. Scimus
enim quod deus non sit minus pronus
ad misericordiam quam ad puniendum
quo tamen pauci saluabuntur ra
ri soli et illi non omnes sed soli
boni qui pauci respectu bonorum
malorum multitudo etiam iudeorum
et gentilium dampnabuntur, quare
deus tantam multitudinem
creauit cum preuideret dampna
dam eam. Et dicendum est contra
huius errorem quod non est mirum
si pauci sunt saluandi compa
ratione eorum qui sunt dampnandi, vilior enim semper ma
ior est multitudo quam precio
sorum ut ferri plumbi quam au
ri vel argenti, et lapidum com
munium quam gemmarum. Et quer
cuum quam cedrorum vel pal
marum et maior est acinus pa
lee quam grani, et maior
numerus stultorum quam sapientium,
sic multi sunt vocati pauci
electi. Et quod mirum cum pauci
ad regnum celorum bene currant
Si pauci perueniunt quo enim
peruenirent si bene currere nolunt
Et quid mirum si pauciores as
cendant in celum quam descendant

in infernum, cum facilius sit descen
dere quam ascendere, et pau
ciores intrant per angustam por
tam paradisi quam per latam
inferni. Capitulum vii. Intrate per an
gustam portam quia lata
porta et spaciosa via que du
cit ad perditionem, et multi sunt
qui intrant per eam, quam angu
sta porta et arta via que
ducit ad vitam et pauci sunt
qui inueniunt eam. Falsitas
dicti erroris patet duobus modis
ostendi. Primo modo tali. Si
aliquis volens corporaliter am
bulare nollet prouidere vie
pericula cum posset, sed oculis clau
sis et auribus clausis vellet incede
re merito imputaretur sibi Si
quid mali ei ex hoc accideret.
Secundo modo sic. Si aliquis
vellet ire ad aliquem locum
viam ignorans et paratum haberet
qui viam ostenderet et ductum
preberet nollet sibi viam ostendi
vel ductum offerri merito im
putaretur sibi, si quid mali
ex hoc accideret sibi. Hec duo
cuique libere animi bene disposito
audita probat. Sic qui per ne
gligentiam suam viam veritatis
et salutis ab aliis scientibus ca
pere noluit dampnatione
est dignus. In hoc enim quod deus
creauit tantam multitudinem hominum
quam prouidebat esse dampnandam
innuitur deus. Summa bonitas
dei qui tante multitudini tot
et tanta bona dedit cum tamen

fratres videntur ingratos. Secundo propter
ingratitudinem hominum qui largitorem omnium
bonorum domus eius impugnat. Unde
merito eos decipiabunt. Quinto
mirum si iusticia reddit peccatoribus
quod meruerunt. Nemo miratur de hoc
quod ignis calefacit vel sol illuminat,
sic mirari non debes si iusticia
dei eos qui rebelles sunt deo pu-
nit. Non mirabile aliquis si quod
seminat aliquis hic metet. Sic
mirandum non est si peccatores
mala metent que seminant. Ecc-
lesiastici vii°: Non semines mala in sulcis
iniusticie et non metes ea in sep-
tuplum. Quinta error est qui dicunt
culpas que immortali credunt non
puniendas eternaliter. Error iste dum
impunitatem hominibus promittit pro-
vocationem in eis ad peccandum effi-
cit. Unde error occasionem dare
potuit. Ecclesiastici vii°: Eadem mensura
qua mensi fueritis remecietur vobis.
Non est ut inquiunt mensura
pene secundum mensuram culpe, si
pro peccato momentaneo pena eterna red-
deretur. Sed verba predicta sic intel-
ligenda sunt ut comparacio magis re-
ferat, ut qui multum peccavit
multum cruciatur, et qui minus
peccavit minus, et qui amplius
peccavit amplius. Non quod sit neces-
se penam esse equalem culpe secundum
durationem, immo pena quantum
ad durationem multo maior est
quam culpa sicut multiplex pot-
est dici. Quinus penas ab hominibus
inferri videas que multo amplius
durant quam peccata pro quibus in-
flicte sunt durarunt. Quare ergo
quis miratur quod dei iusticia

terminet eternaliter puniat ma-
los, et non miratur quod dei iusti-
cia remuneret bonos cum premiis
sanctorum patres solent esse ef-
fecti. Quarto sicut cum quis
addit super peccatum suum contumi-
ciam vel impiam nulla enim lex
vel penitentia vel emendacio est
apud inferos et tam diu durat
dei iniuria quam diu ei non emen-
datur. Merito ergo semper dura-
bit durabit eius pena. Tertio
sicut peccator peccavit in suo eterno
usque ad mortem in peccando perseve-
rando ideo merito punietur in eternum.
Gregorius: Ostendunt enim qui in peccato sem-
per vivere cupiunt, qui numquam desinunt
peccare dum vivunt. Ad magna
ergo iudicantis iusticiam pertinet
ut illi numquam careant supplicio
qui in hac vita numquam voluerunt
carere peccato. Quartus error qui
dicunt animas que in caritate
decedunt nulla pena purgatorii
puniendas. Sed error hic tres er-
rores sibi annexos. Primus est
quia dicunt quod nullum est veniale
peccatum, quantumcumque istius erroris
sunt consortes non timentur de divina
bonitate. Non credunt enim pro
quantumcumque offensa servus suus
iusti ad mortem. Dicunt enim omne
peccatum esse mortale. Et est error
iste improbabilissimus. Non enim est
verisimile quod pater minatur pro
quantumcumque offensa suos filios
occiderit. Sed sicut hic gladium
mortis in eternum, quo utatur in fi-
lios maliciosos pro magnis offen-
sis sed hic virgam correctionis ut

purgationis transitorie qua plerumque
offensus vlciscitur in filios suos.
Et sicut non omnis infirmitas cor-
poralis volumus ad mortem est, sic
non omnis infirmitas spiritualis est
mortalis. Non enim peccatum venialia
precosti omnino puniuntur in eternum dam-
natione, sed purgantur, sic non quia
etsi in morte maligni immundicia
inveniuntur, non tamen perpetuo
dampnantur. Secundus est dicunt enim
quod dimittitur culpa dimittitur et pe-
na ita quod si decedat nulla pe-
na purgatoria punietur. Iste
error periculosus est nimis, quia
dat occasionem peccatoribus tardius
convertendi ad deum. Facit enim pares
condicionis quantum ad impunitate
eos qui convertuntur in fine vite
sue, et eos qui convertuntur in iuven-
tute. nulla enim pena secundum eos
utrique post mortem punient. Adque
ergo elicitur(?) monet ad faciendos
dignos fructus penitentie. Sicut enim
dominus per prophetam loquitur quod asserat
filius penam transitoriam cum gene
humano solvet quam culpe dimittet
Non est ergo verisimile quod tam de-
facili peccatoribus remittat quod sol-
tam pena transitoria eos puniat
Deus qui non pepercit filio unico
parcit filiastro inquam parcet. Secundo
nequam(?) falsitas huius erroris
apparet ex illo verbo. I. cor. iii.
Si cuius opus arserit detrimentum
patietur, ipse autem salvus erit
sic tamen quasi per ignem. Ergo
aliqui salvandi in futuro punien-
tur et sic salvati purgati sal-
vabuntur. Dicit enim ps. transivimus per

ignem et aquam et eduxi-
sti nos in refrigerium. Tertius
est dicunt enim quod suffragia eccle-
sie non prosunt mortuis. Iste error
detestabilis est quia aufert singu-
lare solacium mortuis qui igne
purgatorio cruciantur. Isti faciunt
contra illud Ecclesiastici. Mortuo
non prohibeas gratiam. Si peccat
qui tollit elemosinam dari indigenti
multo fortius isti qui impediunt
ne subveniatur eis qui igne pur-
gatorio cruciantur, cum hic error
est de, si ad preces sanctorum ali-
quibus dat deus gratiam et remit-
tat penam eternam, verisimile est
quod ad preces eorum etiam remittit
penam purgatoriam. Iste sicut
ad lacrimas marie et marthe
suscitavit deus lazarum, et ad
preces petri suscitavit thabitam
a morte, multomagis ad preces sanctorum
remittitur pena purgatoria mor-
tuis ad idem valet, quod legitur
Beatus andreas dixisse domino cum
domus dixisset audire cum oratorem
pernoctam(?) frenc... quam impetro
carimus usque ad septuagesimum
annum fuerat. Domine deus immor-
talis optineo pietatem tuam
et nunc iste qui morte defunctus
est non salvabitur, tunc venit vox
de celo ad eum dicens: obtinebis
Andrea petitione. Si ad preces beati
andree deus homini inveterato
in peccato dedit gratiam, verisimile
est quod ad preces eorum dimittit penam
purgatoriam et maxime eis hiis
qui caritate decesserunt sicut tunc
dei et sint in statu vero digni sunt

x1

hic officio Nunc dicendum est de spe

Post tractatum fidei agendum est de spe. Spes est certa expectatio future beatitudinis veniens ex dei gratia et ex meritis precedentibus adequata. Monet nos David dicens: Spera in domino et fac bonitatem. Et non solum scriptura animo nostro ad spem monet etiam nos natura. Naturaliter enim qui debilis est et timet cadere alicui rei adheret et innititur ut patet in puero qui primo elevatur ad standum et estimat se casurum statim adheret alicui rei. Sic naturalis ratio dictat anime cognoscenti debilitatem et insufficientiam suam quod fortiori se adhereat debeat et inniti. Ipse vero non ita crudelis est ut se subtrahat et sperantem in se cadere permittat. Unde illud Augustini: Quare domine nos totiens ad innitendum ei monet si supportare nos nollet. Non est illusor deus ut se ad supportandum nos offerat et nobis innitentibus ei inclinatam manum se subtrahat. Prima b. Spes autem non confundit. Glossa Augustini: Confunditur quod sperat qui non invenit sicut contigit illi qui sperat in homine. Hec autem spes non confundit quod est in deo, qui nec fallit nec falli potest. Ecclesiastici Nemo speravit et non est confusus. Ecclesiasticus Nullus speravit in eo et confusus est. Duo enim sunt que debent adiuvare spem nostram. Primum est quod deus debet creator noster est. Unde enim naturaliter amat artifex opera sua, adeo ut vix possit audire quod ei detrahetur. Non est

dubium quin deus amat opera sua et specialiter hominem quem ad ymaginem et similitudinem suam creavit. Sapientie: Diligis omnia que sunt et nichil odisti eorum que fecisti. Sperare ergo debet homo de deo qui dedit ei ut sic quod paratus sit dare ei ut bene sit. Secundum est dominus noster deus est naturaliter amat homines ea que sua sunt et conservant ea et si perdiderint ea gaudent cum ea recuperant. Unde verisimile est quod deus velit consiliare illos qui boni sunt et peccatores quos perdidit velit recuperare. Unde dominus dicit per Ezechielem: Nunquid voluntatis mee est mors impii dicit dominus et non convertatur ad vias suas et vivat. Inter homines ita est, quod eandem fidem quam tenet servus domino tenet et dominus servo suo. Sicut infidelis est servus si non subveniat domino cum servicium debet. Sic infidelis est dominus si non subveniat servo cum inimici eius impugnant eum et non sufficit eis resistere. Ideo certissime sperare debet qui ab hoste visibili impugnatur vel temptatione supra vires eius est, quod deus ei insultum dimittat nisi culpam eius fecerit, vel quia ipse negligens muniendo ei inimicum fuerit. Ad Corinthios: Fidelis est deus qui non patietur vos temptari supra id quod potestis sed faciat cum temptatione proventum ut possitis sustinere. Legitur de beato Martino quod cum in aliquos incidisset in latrones et unus latronum vellet ferire eum alius retinuit. Sicut continuit et cum ipsi ei quererent latrones ab eo dixit se nunquam magis securum fuisse quia

faciebat misericordem deum maxime
in temptationibus afflictum. Bernardus
Cum sentio te iratum tunc spero
te propicium, quia cum iratus fueris
misericordie recordaberis. Misericordia
dei quam offert peccatori etiam quod peccator petere
non audet. Ut ostendit Augustinus
in latrone qui dixit Memento
mei domine dum veneris in regnum tuum.
Consideravit inquit fiduciam suam et
quam magnam habebat fidem et ut infirmo
compateretur. Hodie, inquit, continuo
mecum hodie eris in paradiso.
Tercium est quod spes nostra est. Bernardus
Quanto iam me non spernere potest me
spernis ob defectibus meis et tuo
[illegible] mea. Quartum est beata
virgo Maria que multum adimmat(?)
spem nostram. Ipsa enim est dulcedo et
spes nostra. In ipsa est gratia omnis
vie et veritatis et omnis spes vite
et virtutis. Ad hanc consideracionem
et ad precedentem pertinet illud Bernardi
O homo securum accessum habes
ad deum ubi habes filium ante patrem
et ante filium matrem. Filius ostendit
patri cicatrices et vulnera, mater ostendit
filio pectus et ubera. Nec ulla
potest esse repulsio ubi tot caritatis
occurrunt insignia. Beata virgo est
thronus gratie. In ipsa enim convenit
fons gratie. Hebr. Adeamus cum fi-
ducia ad thronum gratie eius ut misericordiam
consequamur. Jeremie. Solii gratie
tue recordare et ne irritum facias
fedus tuum nobiscum. Solium gratie
est beata virgo Maria. Ipsa enim stella
maris vocata, ut per [illegible] stella maris.
Ipsa navigantes in mari huius
mundi [illegible] aliud consilium et auxilium
[illegible] deficit ad portum salutis
dirigit, sicut est quedam stella

que navigantes in mari huius
mundi sensibili tempore obscuro(?)
est ad portum dirigit. Bernardus Si
insurgunt venti temptationum, si
incurris scopulos tribulationum,
respice stellam, voca Mariam. Et
paulo post: In periculis, in angustiis,
in rebus dubiis Mariam cogita,
Mariam invoca. Non recedat ab ore,
nec recedat a corde. Et ut impetres
auxilium eius non deseras conversa-
tionis eius exemplum. Ipsam sequens
non devias, ipsam rogans non
desperas, ipsam cogitans non erras,
ipsa tenente non corruis, ipsa pro-
tegente non metuis, ipsa duce non
fatigaris, ipsa propicia pervenis. Et
sic in temptatione operitur(?), quia
merito dictum sit nomen virginis
Marie. Ipsa est virga Moysi aperiens(?)
mare infernale(?) et eius aperitu(?) ipsa
fidelibus liberantur(?) et cordibus ardentibus
et dimissa(?) aquam devotionis profert.
Ipsa est virga de radice Jesse progres-
sa, id est de [illegible] divini amoris.
Ysaye xi. Ipse enim interpretatur
[illegible] de magnitudine divini
amoris fuit quod deus dedit mundo
beatam virginem Mariam que occa-
sione peccatorum habet [illegible] gratiam
quam habet apud deum. Numquam enim
fuisset mater dei nisi peccatores
fuissent, quia non fuisset necesse [illegible]
parata est eam [illegible] ut peccatores
[illegible] securi possint accedere peccatores
ad eam tamquam ad sinum quo
[illegible] sibi datam. Ipsa est
aurora fulgens infernalibus tenebris
[illegible]. Canticum Que est ista que
progreditur quasi aurora. Aurora
est principium diei et finis noctis
[illegible] que finit fine ipsius

peto et dum virginitatem suam deo vovit
et per hoc meruit fieri mater dei et domini
nostri ihesu christi et sic peccatum quasi per
auroram illuminatus est mundus, dum de
ea ortus est sol iusticie christus deus
noster. Ipsa est luna Canticorum. Que
est ista que progreditur quasi auro
ra pulchra ut luna. Luna recipit
lumen a sole et illuminatur, et e
undem radium mitte ob umbratum
transfundit ad terras sicut Maria dei
filium qui est paterni solis radius
mitte per illuminationem recepit et con
cepit et eundem in carne sua obum
bratum christum nobis effundit.
Item non violatur luna recipiendo
vel transfundendo solis radium sed
illuminatur sic et beata virgo concipi
endo et generando dei filium et pro h.
Ysaie xxi. Ipsa civitas auro mundo
simile vitro mundo. Aurum fuit beata
virgo propter incorruptionem. Vitrum propter
gratiam conceptionis. Sicut enim colora
tum vitrum absque sui detrimento
recipit solis radium et eundem
coloratum absque sui fractione effundit
sic et beata virgo absque detrimento
virginitatis filium dei concepit et
eundem humanitate nostra coloratum
genuit. Merito ergo lune beata virgo
comparatur. Ipsa etiam propinqua est
valde peccatoribus sicut luna inter pla
netas propinquior est terre ad eam
peccatores maxime habent oculos. De
qua Bernardus. Hec est enim que totius
mundi reparationem obtinuit. Salu
tem omnium impetravit. Constat enim pro
universo genere humano fuisse solli
citam, cui dictum est: Ne timeas Maria in
venisti enim gratiam apud deum quam
querebas. Quis ergo nunc tue bene
dicta longitudinem et latitudinem

et sublimitatem et profundum queat
investigare. Nam longitudo eius
usque in diem novissimum invocantibus
eam in universis subvenit. Latitudo
replet orbem terrarum ut tua misericordia quo
plena sit omnis terra. Sic et sublimi
tas eius civitatis superne invenit re
staurationem. Et profundum eius seden
tibus in tenebris et in umbra mortis
obtinuit redemptionem. Per te enim celum
impletum est, infernus evacuatus,
instaurate ruine celestis Ierusalem, ex
pectantibus miseris vita perdita data.
Gracia eius non defuit Theophilo.
Theophilus fuit in quadam urbe vicedominus
ecclesie tam prudenter et viriliter res
ecclesiasticas dispensavit quod eum mortuo
episcopo dignum episcopatu omnis populus ac
clamavit, ille ad ipsum contemptus
vicedominatu alium maluit ordinari
episcopum. A quo ab honore in ministerio de
positionis posito ad tantam inopiam paciencie
devenit ut conducto quodam mago
hebreo ad recuperandum honorem suum
opem quereret a principe demonum
a quo missus est negare filium dei et
matrem eius cum omni professione
christiana et christianam abnegationem scribere
et sigillatam tradere, et sic eius famulo
se adduceret. Qui incassum recup
ato honore suo non multum post ad
se rediens in ecclesia beate virginis Ma
rie omni penitentia se affligens p°
sibi piam matrem reconciliavit
atque sibi apparente abrenuncians
diabolo christumque verum filium dei et ex
Maria virgine natum et omne
christiani propositum confitens per eam
etiam christi filii eius gratiam recu
peravit et ad indicium indulte venie
rursum ei dormienti apparens cartam

etiam scriptum abrenunciacionis quod
signatum dyabolo reddidit super pectus eius
posuit. Quo theophilus recepto incon-
tinenti die dominico coram episcopo et tota
omni ecclesia perlegens ordinem rei
omnes ad stuporem et ad laudem dei
genitricis christi marie commovit et in eodem
loco quo sibi beata virgo apparuit pro-
stratus ibidem triduum mortuus est
et sepultus. Ipsa est sol Canticorum
Electa ut sol. Sicut enim sol est
luminare par sibi non habens toti
mundo sufficiens, sic beata virgo nec
primam similem visa est nec habere se-
quentem. Ipsa fulgore miraculorum
ubique clarum non sicut alii sancti
qui aliquot annis post transitum suum
fulserunt miraculis et hoc in specia-
libus locis. Suffragia vero beate
virginis marie neque in medium mediti no
cessabunt Ecclesiastici xxiiii° usque ad fu-
turum seculum non desinam. Ipsa
terribilis hostibus infernalibus ut
castrorum acies ordinata Canticorum
vi°. Fideles in temptacionibus suis
frequenter devote invocare eam.
Item cum est angelis quibus est gau-
dium super uno peccatore penitenciam
agente. Et illud angelis suis man-
davit de te ut custodiant te in omnibus
viis tuis Ps°. Magna dignitas
animarum ut una quaeque habeat ab ortu
nativitatis in custodiam sui angelum
deputatum. Sextum est
sancti unde monet nos Job v°. Voca
ad aliquem sanctorum convertere h'
ante in festivitate cuiuslibet sancti
consideratur devotius, quia si potentes
sunt in terra potenciores in celis
in faciem domini sui. Si hi
dum adhuc viverent in istis cum pecca-
toribus et oravit pro eis, nunc tanto
amplius quanto verius cognoscitur

miserias nostras orat pro nobis
patrem, quia beata virgo illa pa-
tria caritatem eius non immutavit
sed augmentavit. Verisimile est quod
sancti qui in hoc seculo tantum
amaverunt peccatores quod pro salute eo-
rum morti se exposuerunt multum
sunt nunc parati eos modo in
hiis que sunt ad salutem eo-
rum nisi culpam eorum fecerit. Sed
multum devotius in diebus hiis fidencius,
et specialiter in hiis quorum pietatis plura
augmenta habemus sicut nullus qui
in hac vita mortali legitur pie-
tatis eminentissime fuisse, ut de beato Ni-
colao legitur quod erat nimis compa-
ciens et super afflictos viscera gestans
visceraque, Et beatus martinus dum
sit pauperi pallium et dedit qui
morte imminente petierunt donum
proprium fieri hiis qui memoriam
eorum agerent ut beata katherina
que christo dixit et fac misericordiam
meam frequentantibus memoriam et
in hiis quorum tumba manat oleum
ad indicium pietatis eorum, ut de
tumba beati nicolai et de tumba
beate katherine. Septimi adiuvatur
desperacio que provenit ex magni-
tudine peccati, unde tamen maior est
iniquitas mea quam ut veniam
merear. Sed valde fatuum est propter
magnitudinem peccati desperare, quia
ubi semper habundavit delictum
super habundavit et gracia. Romanorum v°
peccatum quamquam grande turbabitur
consciencia mea sed non perturbabitur
Vulnera enim domini recordabor. Item
quod tamen ad mortem quod non in
morte salvatur. Augustinus loquens
ad dominum patrem meo inquit in-
spes valida in christo est quod sanabis
omnes langwores meos per eum

qui sedet ad dexteram tuam et te in
terpellat pro nobis alioquin desperarem,
multi enim et magni sunt languo
res mei et amplior medicina tua
Duo a deo perunt debentur

Duo autem sunt que a deo
dantur, debemus gloriam anime
et gloriam corporis de quibus
Ysaias In terra sua duplicia possidebunt
et proverbiorum Omnes domestici
eius vestiti sunt duplicibus. Hec
sunt due stole quarum unam
iam habent sancti alteram expectant
Apostolus in Apocalipsi Date sunt illis
singule stole albe et dictum est ut
requiescerent ad huc tempus modicum
donec impleatur numerus eorum
In hiis duabus stolis beatitudo attenditur
Beatitudo vero est ut ait Augustinus
Ille beatus est, qui omnia que vult
habet, et nec vult aliquid quod non
decet, hoc est solummodo in eterna vita
et non est dubitandum quin magna
est gloria fidelium, licet hic humiles
et abiecti sunt quod patet in maiori parte
pessima Primo in hoc quod deus ita
care vendit gloriam suam etiam a
micis suis Petrus emit eam mar
tirio crucis. Paulus amputatione
capitis et verisimile est quod christus non
decepit eos cum sit fidelissimus amicus
ymo quod plus est mercari emit gloriam
istam, carissime suis amicis. sed tanta
ignominia unde verisimile est ineffabi
liter esse magnam gloriam illam
qua christus tanta ignominia emit
Secundo patet apparet magnitudo
eius gloria pulcritudinis qua videmus
in inferioribus creatum enim deo
placet decorare eas, lilium in
yeme vile apparet, et quasi nullius
pulcritudinis, in estate vero cum

domino placet decorare illud mi
rabilis est pulcritudinis Item
videmus in pratis Mathei Con
siderate lylia agri quomodo cre
scunt et subditur dico autem vobis
quia nec Salomon in omni gloria
sua coopertus est sicut unum ex istis,
et post si fenum agri quod hodie est
et cras in clibanum mittitur deus
sic vestit quanto magis vos mo
dice fidei Tertium est gloria pulcritu
dinis, quam videmus in hiis que
propria artificium fiunt, videmus enim
quod ex lignis et lapidibus et metallis
que quando decta fiunt precium
habent pulcritudinem, ut patet in
gloria Salomonis iii Regum x°
videns regina saba omnem sapientiam
salomonis et domum quam edifi
caverat non habebat ultra spiritum
quid ergo glorie habebunt amici
dei cum placuerit deo eos secundum ma
gnitudinem sapientie sue Quarto
potest magnitudo apparere eius
in verbis sanctorum quibus revela
tum est ut est illud Ysaie Oculus non
vidit deus absque te que preparasti
expectantibus te Et apostolus Oculus
non vidit et auris audivit et in
cor hominis non ascendit que prepa
ravit deus hiis qui diligunt eum
Item Non sunt condigne passi
ones huius temporis ad futuram
gloriam que revelabitur in nobis
O crux tantum honore conti
git cruci que sibi serviunt itaque
ad frontes imperatorum ascendit,
quid faciet fidelibus suis qui
tantum honorem contulit tormento
suo Ambrosius super Beati immaculati
O opprobrium tuum est gloria domine
ihesu quanta est gloria tua

Hic ergo participacione quid eciam
cum summo obprobrio gloriosi coequo
cristus tantum honorat sanctos in
terris quorum ossibus vel pulveribus
vel eciam pannicellis quibus indu
ti fuerunt maior honor exhibetur
quam maximis principibus huius
mundi. non est dubium quin in celis
magis honorabit. Jo. Filii dei su
mus et non dum apparuit quid
erimus. Magnitudine etiam glorie
salvandorum ostendit hec quod deus ecclesi
am suam vocat sponsam. Erit
enim gloria sponse ut decebit regem
celestem sponsum cristus cui despon
sabitur. In ps. Astitit regina a dex
tris tuis in vestitu deaurato.
Et Canticorum. Veni de libano spo
sa veni coronaberis. Et nondum
quod electi post generalem resurrectionem
habebunt duodecim bona. Primum
est sanitas absque infirmitate. Psalmus.
Qui sanat omnes infirmitates tu
as. Ysay. Occupavit salus mu
ros tuos. Secundum iuventus sine
senectute. Psalmus. Renovabitur ut
aquile iuventus tua quia in eta
te triginta annorum semper ma
nebunt. Ephe. Donec omnes
occurramus in virum perfectum in
mensuram etatis plenitudinis
cristi. Tercium est sacietas sine
fastidio non saciatur oculus visu
nec auris auditu. Et tunc in bo
nis implebitur desiderium tuum.
In psalmo. Saciabor cum apparue
rit gloria tua. Quartum est libertas
quam faciunt corpori agilitas et
subtilitas. corpus enim non deti
nebitur in propria quantitate vel al
terius corporis opposicione. Et aug.
ubi volet spiritus ibi protinus erit
et corpus. Quintum est pulchritu
do absque deformitate. Hec autem
pulchritudo consistit in claritate et
situ debito. Mt. xiii. Tunc iusti
fulgebunt sicut sol in regno pa
tris mei. Consistit etiam in si
gnis membrorum. Philip. iii.
Salvatorem expectamus dominum nostrum
ihesum cristum qui reformavit corpus
humilitatis nostre configuratum cor
pori claritatis sue. Sextum est
impassibilitas adiuncta immortali
tas pertinet. Sapiens. Iusti autem
in perpetuum vivent. Septimum
habundancia sine defectu. Unde
dixit Moyses ad filios israel. Ter
ra dabit vobis dominus locum in quo nullius
erit penuria. Brac. Nichil ex
terius appetatur vel interius
quod fastidiatur. Octavum est pax
sine perturbacione. Psalmus. Lauda
ierusalem dominum lauda deum tuum syon
Qui posuit fines tuos pacem.
Nonum securitas sine timore.
Ysay xxxii. Sedebit populus meus
in pulchritudine pacis in tabernacu
lis fiducie et in requie opulen
ta. Decimum est cognicio absque
ignorancia. i. cor. xiii. Videmus
nunc per speculum in enigma
te, tunc autem facie ad faciem,
nunc cognosco ex parte tunc autem
cognoscam sicut et cognitus sum.
Undecimum gloria absque ignominia.
Coll. iii. Cum cristus apparuerit
vita vestra tunc vos apparebitis
cum ipso in gloria. Duodecimum
gaudium sine tristicia. Apoc. vii.
Absterget dominus omnem lacrimam
ab oculis sanctorum suorum. Et Ysay.
xxv. Auferet dominus deus omnem

lacrimam ab omni facie et corona
decoratum stellarum, qua coronabit
dominus quemlibet sanctorum per diem
iudicii. Et nondum quod gaudium
electorum pervenit quasi aquatice
pluvibus. Primo a beata trinitate de
hoc Ysaias xxxiii Regem in decore
suo videbunt. Unde in visione
triplex erit gaudium. Primum erit
videndo faciem domini, quod est summum
gaudium. Augustinus Si mali possent
mallent in inferno deum videre quam
minus quam mortui penas deum non
videre. Crisostomus Ergo multo
gravioribus quam gehenna dico cru-
ciatu removeri et abici ab illa
gloria, nec puto ita acerba esse gehen-
ne incendia sicut illa quibus
torquentur hii qui arcentur a con-
spectu dei. Secundum gaudium erit
videndo humanitatem Christi. Bernardus
plenum cognoscens omni suavitate
dulcedine videre hominem hominis
conditorem. Tertium gaudium
erit electorum cum agnoscent quod sic
eorum secundum carnem vere deus
est. Magnitudo huius gaudii
comprehendi potest ex gaudio quod solent
habere parentes cum filii eorum
fiunt episcopi vel archiepiscopi. Tanta
erit unitas capitis et membrorum
quod membra honore sui capitis
suum reputabunt sic caput Jo-
hannis hominis bona vel mala
membrorum sunt sibi illata repu-
tant. Secundo a iocunda socie-
tate ex qua pervenit eis triplex
gaudium. Primum ex multitudine
Apocalipsis vii Vidi turbam magnam
quam nemo dinumerare poterat
ex omnibus gentibus stantes
ante thronum. Secundum ex nobilitate
illius societatis in qua erit beata

virgo et angeli et sancti et sic
qui omnes reges vel regine e-
runt. Plus deberent homines labo-
rare solum ut possent esse una
hic enim beata virgine quam multi
laborant pecunia gloria. Tertium
de amicabilitate societatis illius
tanta erit caritas inter eos quod
gaudia aliorum sua reputabunt
Ysaias Dixit dominus cuius ignis in
Syon et caminus in Ierusalem. Propter
magnam caritatem hereditas illa
omnibus una est singulis tota
iuncta omnibus. Gregorius Tertio
ab inferno a quo triplex gaudium
pervenit electis. Primum ex hoc quod
infernum evaserunt. Secundum ex eo
quod hostes eorum cruciabuntur. Psalmus
Letabitur iustus cum viderit vin-
dictam. Tertium ex hoc quod penam
quam maxime nocuit hominibus cla-
usum erit in inferno post diem iu-
dicii erit penam in inferno quasi in
proprio loco. Non enim poterit venia
hic nec in celo nec in terra quin ad
ultimum descendat in infernum. Certo
a mundo a quo pervenit eis duplex
gaudium. Primum ex hoc quod a penali
miseria huius seculi liberati sunt.
Ambrosius Transisse de morte ad vitam
vite gaudium duplicat. Verisimile
est quod multum gaudebat de hac li-
beratione qui dicebat Heu michi
quia incolatus meus prolongatus est.
Secundum quod cum ipsi tante infirmitatis
essent tam de tanto hoste trium-
phavit. Job Non est potestas super
terram que comparetur ei qui factus est
ut nullum timeat. Nos sumus ut
locuste hostes vero ut gygantes.
Augustinus Quanto maius periculum
fuit in prelio tanto maius gaudium
maius in triumpho. Unde est in na-

nigrantibus. Nam pro periculo naufra
gii et post minas quod exultat minus
qui timuerunt minus sic est de gloria
futura dicit Augustinus. Dictum
dictum est de caritate

Post tractatum spiritus agendum
est de caritate. Caritas est dilectio
qua diligitur deus propter se
et proximus propter deum. Ut modo
Caritas deo multum placet. placet
enim deo tunc deus placet, ideo deus
aliquos spernit quia ipsum spernunt
Item hec qui sperunt non necesse
spernere. Nam secundum caritatem premi
um mensurabitur in celo ut qui ma
iorem habet caritatem maius habet
premium, et qui minorem minus.
Non habet deum carum qui pro
minori precio dat vel dimittit eum
quam valeat. Tria genera ho
minum non habent deum carum
Primi sunt avari qui lucrum divi
ciarum ei preponunt. Abacuk. Ve
qui congregat non sua usquequo
aggravat contra se densum lutum
Secundi sunt voluptuosi qui momenta
neam delectationem preponunt ei. Gregorius
Momentaneum est quod delectat
eternum quod cruciat. Tercii sunt
compatici qui complendo vane
glorie deum deserunt ut hereticus
dicitur non habet deum carum
qui non diligit eum super omnia
tamen ipse omnibus predicat quia
multum displicet. In Gregorio
Antiquus inimicus castitatem in
nobis si sine caritate sunt non
timet quia ipsa carne non pre
mitur ut luxuria dissolvatur
Abstinenciam non timet, quia ipse
non utitur cibo qui necessitate
corporis non urgetur. Distribucionem

terrenarum rerum non timet si eidem
operi caritatis desit quia diviciarum
subsidiis ipse non eget. Valde autem
in nobis caritatem veram id est amorem
humilem quem nobis invicem im
pendimus timet et nimis concordie
invidet, quia hanc nos tenemus
in terra, quam ipse tenere nolens
amisit in celo. Bonum nichil pro
dest sine ea nichil utile est coram
Si distribuero in cibum pauperum
omnes facultates et cetera. Caritatem
autem si non habuero michi nichil
prodest, quia caritatem non habet
est quasi es sonans aut tympanum
tinniens, quod aliis prodest sed sibi non
prodest immo se consumit per caritatem
Christi discipuli noscuntur. In Iohanne
In hoc cognoscent omnes quia mei
estis discipuli si dilectionem habueritis
adinvicem. Caritas est vinculum
quo solus deus ligari potuit. Hugo
Hugo de sancto Victore. Caritas
quam magnum est vinculum tuum, quo
eciam deus ligari potuit, si ergo
contra deum fortis fuisti multo
magis contra homines prevalebis
Hoc vinculo deus tractus ad terram
descendit et eciam usque ad infernum
nullum vinculum eum ad columpnam
nam tenere potuisset, si caritatis
vinculum defuisset. Nullum ferrum
eum in cruce detinuisset nisi cari
tas affuisset. Sicut lapis posi
tus ad monumentum, non potuit
eum obtinere sed amor salutis nostre
et ad columpnam eciam in cruce
eum detinuit. ¶ Septem enim sunt
que ad amandum deum nos inci
tant. Primum est scriptura veteris
et novi testamenti dicens Dilige
dominum deum tuum ex toto corde tuo,
ex tota anima tua. ¶ Secundum natura

si naturaliter filius amat patrem a
quo habet partem corporis sui quan
to magis amare debemus deum,
qui corpus ei et animam ex nichi
lo fecit. Augustinus Amandus est
creator super preponendus est creator.
[illegible] Tota anima tua dilige eum
qui te fecit. Bernardus Quantum par
re tibi inquit videtur. Hec cogi
ta qualem te fecit, nempe secundum
corpus egregiam creaturam secundum
naturam magnam in imagine
creatoris insignem, racionis parti
cipem beatitudinis eterne capacem.
Multum debet hominem invitare
ad amandum deum, quod eum deus
fecit, si quis diligenter attendat
quantum beneficium sit quod corpo
ri dedit, quot enim sunt membra in
corpore, tot beneficia inveniet ma
gna, et pro minimo membro debet
homo deum amare, quia multi
amant eum propter beneficiis que
ab eo receperunt. Si quis ami
sisset oculum quantum amaret eum
qui sibi restitueret et si quis me
ruisset eum amittere, quantum ama
ret eum quis si oculum conserva
ret, nec minus amandus est qui eum
ab inicio dedit, et qui datum con
servavit cum multociens vtendo
eo contra deum eum amittere
meruit. Si vero tantum amandus
est qui dedit corpus, quantum ama
dus qui dedit animam que in infi
nitum melior est corpore. Si a
misisses visum oculis, quantum
amares illum qui tibi eum restitu
eret, quanto ergo amandus est qui
tibi racionem ab inicio dedit. Iste
si meruisses mortem sine separa
cione anime a corpore, quantum ama
res eum qui tibi eam remitteret,

quantum ergo amandus est ille qui
miserabiliter corpus et animam con
iunxit et hanc coniunctionem tibi con
servavit cum expectando mortem multo
ciens meruisses. Bernardus Valde
omnino michi amandus est per
quem sum, vivo et sapio. Digna
plane est morte qui tibi domine Ihesu
recusat vivere. Certum est quod gracia nobis
adeo exhibita maxime gracia re
dempcionis debetur. Apostolus Scitis
graciam domini nostri Ihesu Christi quoniam
propter nos egenus factus est cum esset
dives ut illius inopia vos divites
essetis. Ber' Graciam [illegible] tamen
ne obliviscar. Dedit enim [illegible]
suam licet multum possit hominem
invitare ad amandum deum quod
ipse eum fecit, tamen multo amplius
quod ipsum refecit. Bernardus Super omnia
reddidit te amabilem michi bone
Ihesu calix quem bibisti opus re
dempcionis nostre. Multum quippe in
eo laboravit salvator, nec in toto
mundi fabrica tantum fatigatus
factor assumpsit, in dictis suis sensi
mit contradictores, in factis ob
servatores, in tormentis illuso
res, et in morte exprobratores. Ecce
ad hunc dormitat tua affectio immo
non dormitat sed mortua est. Si
hunc non vides beneficio. Anselmus
Fac domine quia me fecisti debeo
meipsum amori tuo totum, immo to
tum debeo plusquam totum, tu ma
ior me es pro quo dedisti te ipsum
cum ignis non attendat melius
quam igne divini amoris ignis
quem nobis deus ondit in redemp
cionem humanam generis, maxime de
bet invitare nos ad amandum deum.
Crisostomus Non est inquid eis(?) ora
non pater non mater, non ami
ca non alius, quis(?) persona qui ita

nostri dilexit quemadmodum ipse
qui fecit. Zacharias Duri et in
durati et obdurati filii adam
quos non emollit tanta benignitas
tanta flamma tam urgens ardor
amoris, tam vehemens amator
qui pro illis parvulis pretio
suo vos exemit ¶ Secundum est glo
ria amandi deum specialiter promissa
et parata. Apostolus Oculus non vidit
nec auris audivit et in cor hominis
non ascendit que preparavit deus hiis
qui diligunt illum. Jacobus Acci
piet coronam vite quam repromisit
deus diligentibus se. Tertium est quod amor
noster deo equaliter potest, quasi venale
est nulla deo cara emere debet
cum pro illo tantum etiam si est ad
dandum nullus dignior eo est quia
deus cum ipse sit summe bonus bo
nus patens quam et dare debet
Si vero violentiam requirit nulla
maiorem violentiam pro faciet
quam ipse, petit enim eum quasi
gladio evaginato: aut enim eum
amabis aut eterna morte interfi
cieris. Ps. Nisi conversi fueritis ab
amore mundi ad amorem Christi gla
dium vibrabit. Augustinus Domine
quid tibi sum ipse ut amari te
iubeas a me et nisi hoc faciam
irascaris mihi et minari ingen
tes miserias ¶ Quartum sunt omnes
creature. Augustinus Celum et terra et
omnia que in eis sunt ecce undique
mihi dicunt ut te amem nec ces
sant dicere omnibus ut sint inex
cusabiles. Quintupliciter docent nos
creature ut deum amaremus ¶ Primo
ostendendo eum dignissimum amore
suo, bonitas enim universitatis cre
aturarum ostendit creatorem esse opti
mum, et ideo amore dignissimum

Secundo quia creature sunt dona dei
et beneficia dei ad incitandum vero
aliquem ad amandum alium effica
cior est donatio quam verbum. Omnia
terrena et celestia fecit deus
propter hominem ut patet ex principio
Gen. I. Propterea quam dignitatem
hominis volens est deus et subditur
ut possit prestabimus maris et volati
libus celi et bestiis terre, universe
que creature ¶ Et propterea quod volens est
luminaribus celi subditur et sint
in signa et tempora et dies et an
nos, et luceant in firmamento celi
et illuminent terram ¶ Illos qui non
incitantur ad deum amandum tot
et tanta beneficia accusare poterunt
etiam fere sentiunt beneficia que ut
dicit Seneca et canes amant benefac
tores suos. Refertur de quodam
leone quem quidam miles a ser
pente liberavit, quod a milite rece
dere noluit. Quid ergo excusationis
habebunt, qui deserentes redemp
torem suum serpenti infernali adhe
rent ¶ Si lapides cavantur a
gutta aque assidue cadente, quam
excusationem habebunt corda dura
que non molliuntur per assidua dei
beneficia, quasi infinite sunt crea
ture, quarum unaqueque sufficeret
ad movendum ad amorem [illegible] dei
hominem ¶ Sexto sunt mala
que patimur que sunt flagella
patris misericordis cudentis filios suos
ad amorem patris prudentia. Apocalypsis
Ego quos amo, arguo et castigo.
Hebr. XII Quem diligit deus ca
stigat et non solum mala pene
possunt incitare ad dei amorem
sed etiam mala culpe que dei
[illegible] dissimulat in hiis qui non

penitent neque peniteant vel dimittit
hijs qui penitent. Septimum est
amicitie eius utilitas et inimi
cicie eius dampnositas. Utilitas
quia nichil diligi deo fructuosius
potest. Luce vij° unctio Christi
diligentibus se peccata dimittit. Luce
dimittuntur ei peccata multa quoniam di
lexit multum. Utilitas huius amici
sicut et aliorum amicorum in ne
cessitate apparet etiam in infirmitate
aliqua ipse potest liberare cum alij
amici liberare non possunt, et in mor
te quando alij amici defunctum deserunt
runt amicus iste eum suscipit.
Psalmus Propter innocentiam meam suscepisti me
et cum gloria suscepisti me. Inimicorum
dampnositas in iudicio apparebit
ubi non habebit amicum cui
deus erit inimicus omnes sunt a
mici eius cui deus est amicus quoniam
diligentibus deum omnia cooperantur
in bonum. De modo aman
di deum

Modus autem amandi deum
ostenditur Deuteronomio vj° Diliges dominum deum tuum
ex toto corde tuo et ex tota anima
tua et ex tota mente tua. De
toto corde deum amat qui studium
suum totum dat, et ad visionem
dei toto desiderio anhelat. Ad
Corinthios In captivitatem redigens
omnem intellectum in obsequium
Christi. Captivandus est intellectus
noster ut in hijs que sunt fidei deo
obediamus. Hilarius Soli deo
de se credendum est qui se solus
novit. Item in hoc captivatus
est intellectus noster ut male de no
bis bene de proximo sentiamus.
Item ut nos metipsos intuendo
ab alijs retrahamus oculos 2 Reg

Temetipsum sollicite custodi. et ut
temetipsum custodias ab omnibus
oculos claude. Tota anima amat
qui perfecte deo obedit, quem timor
mali cuiuscumque ab obedientia eius
non retrahit. Tota mente seu
memoria deum diligit qui ea
que deo displicent et ab amore
eius impediunt oblivioni tradit
ut sunt iniurie nobis illate que
dum recogitantur sunt quasi ferrum
in vulnere quod sanitatem vulneris
impedit. Item ea que ad honorem
dei pertinent et ad sanitatem anime
pertinent memorie infigit. et quoniam
magis amor dei est alio quam de deo
cogitare diu non sunt sicut solet
accidere fatue amantibus qui
non possunt oblivisci eos quos amant.
Bernardus O amor impetuose qui
preter te aliud cogitare non sinis.
Deus enim vult habere amorem cordis
nostri integrum. Proverbiorum Prebe fili
cor tuum michi. Augustinus Totum exigit
te qui fecit te sed soli tecum
es quasi in te ipsi gaudeas vel
maneas in te. Hoc enim dili
ges te quod diligis deum ex toto te
nec minimum si deus velit habere
cor integrum cum sufficiat illud
implere. Et nota quod amor dei
est triplex. Primo verus ut deus
pro se amaretur non propter temporalia.
Augustinus Boni ad hoc utuntur mundo
ut fruantur deo, mali autem
contra ut fruantur mundo uti
volunt deo. Amor est quo quis amat
deum propter temporalia. Contumelio
sus est deo temporalia enim prefert
deo propter quod enim unumquodque amatur
illud magis amatur. Item est quasi
amor meretricis meretrix enim
amatorem de pecunia habitum
Ieremie Quomodo si [illegible]

mulier amatorem suum sic contemp-
nere me dominus hereditate? istud
hoc accidet tempore antichristi quando
quis erit quasi pauper spoliabun-
tur enim qui ei adheserunt. amor
talis est caninus. Canis ob inde-
tum carne deserit. Sextum est esse le-
tus quia letanter debet pro passi-
one eius quem amat sicut apostoli qui
ibant gaudentes a conspectu concilii
quia digni habiti sunt pro nomine
christi contumeliam pati. Septimus
plenus desideriis. Ysa. xxvi. Ani-
ma mea desideravit te in nocte s.
huius miserabilis vite. Et David:
Sitivit anima mea ad deum fontem
vivum. Octo sunt signa per que
dignoscitur si homo diligit deum.
Primum est si libenter cogitat de deo;
ubi amor ibi oculus. Secundum est
si in domo dei libenter moratur
sicut Anna vidua legitur quod non
discedebat de templo die ac noc-
te. Et Christus cum esset annorum xii
mansit in templo. Luc. ii° Cum
matri sue et Joseph dixit: Nesciebatis
quia in his que patris mei sunt
oportet me esse. Et super illud: Cum
intraret Jhesus in templum dicit
glossa: Ingressus urbem primo tem-
plum adiit, dans formam religi-
onis ut quocumque venerimus primum
domum orationis si ibi est adeamus.
Luc. xv. Primum erat boni filii ut re-
means primo ad domum patris curre-
ret. Civitatem imitator Christi factus
cum in aliquam civitatem ingressus
fuerit primo ante omnem actum ad
ecclesiam currat. Tercium est quod libe-
ter de deo loquitur. Luc. vi. Amantium
mos est ut amorem suum silencio
tegere nequeant sed necessarius sermo
et cautis referunt et proferunt sermonem

et flammas suas infra pectus suum
cohibere non possunt, eructant
fragmenta ut ipsa assiduitate
narrandi solacium amoris sui ca-
piant et refrigeria immensi a-
moris estimant. Sic ergo facit hoc
beatissimus amator Christi. Quartum
quod libenter deum audit et audita
a deo retinet memoriter. Luc. Ma-
ria conservabat omnia verba hec
conferens in corde suo. Eciam
Magdalena sedens secus pedes do-
mini audiebat verbum illius. Jo.
Qui habet mandata mea et servat
ea ille est qui diligit me. Quin-
tum est quod mandatis dei libenter
obedit. Prima Jo. Hec est caritas
dei quod mandata eius custodiamus.
Et dominus: Si quis diligit me
sermonem meum servabit. Specialiter
signum divini amoris est si quis
servat illud mandatum quod salvator
specialiter dicit suum: Hoc est preceptum
meum ut diligatis invicem. I Jo.
Hoc mandatum est a deo ut qui diligit
deum diligat et fratrem suum. Sextum
signum est amor pauperum illi enim
non amantur propter se sed propter
dominum. Septimum est quia amat
que deo placent et odit que deo
displicent exemplo David qui
dixit: Iniquitatem odio habui et
abominatus sum. Ambrosius super Beati
immaculati: Si is qui non diligit
parentes propter nomen dei non est
deo dignus, quantomagis qui di-
ligit eius inimicos amicus dei
esse non poterit. Octavum est quod ex-
hibet honorem ministris dei sicut
qui eos spernit deum spernit. Luc. x.
Sic qui eos honorat deum ho-
norat. Ecclesiastici vii. In omni virtute tua
dilige eum qui te fecit et ministros

eius ne derelinquas eum qui te
fecit et ministros eius honora deum
de tota anima et honorifica
sacerdotes ¶ Quatuor nos incitant
ad amorem proximi

Dicto de amore dei dicendum
est de amore proximi. quem
ut diligamus precepit nos
dominus dicens Diliges proximum
tuum sicut te ipsum Item hec man-
do vobis ut diligatis invicem / le-
gitur in vita beati Johannis
ewangeliste quod cum ipse devenisset
ad ultimam senectutem et vix inter
discipulorum manus ad ecclesiam
deferretur. nec posset plura dicere
verba. ad singulas collaciones hoc
dicebat. Filioli diligite alterutrum.
tandem discipuli eius et fratres
qui aderant audientes quod eadem
verba diceret semper dixerunt magi-
ster quare hec loqueris semper. Et ipse
respondit quia preceptum domini est
et si solum fiat sufficit ad amo-
rem proximi incitant nos qua-
tuor // primum est amor quem videmus
in animalibus irracionabilibus eius
speciei Ecclesiastici Omne animal di-
ligit sibi simile. et per hoc omnis
caro ad similem sibi coniungitur.
lupus leo serpens non exercent
illam ferocitatem in animalia
que sunt sue speciei quam exercent
in alia. Et ideo dicendum est de homine
qui deficit malum hominem
nisi quod ferocior est lupo leone et
serpente ¶ Secundum est fraternitas natu-
ralis de qua Malachie Numquid non
pater est omnium unus. quare ergo
despicit unusquisque fratrem suum
Voluit deus unicum hominem
primo formare de quo omnes procederent
ut tamquam fratres omnes homines
se amarent non sic legimus factum
in angelis vel animalibus brutis
¶ Tercium est fraternitas spiritualis
de qua Augustinus omnes quidam
fratres sumus secundum quod homines sumus et
quanto magis secundum quod christiani sumus
ad id quod est homo unus pater fuit
adam. et una mater fuit eva
ad id quod est christianus unus pater
deus. una mater ecclesia. unius
fraternitas tanto est maior frater-
nitate naturali quanto meliorem
habet patrem deum Luce Et patrem
nolite vobis vocare super terram. unus
enim pater vester qui in celis est. Et
amandi sunt fratres qui diminuendo
hereditatem porcionem unius cuius-
que faciunt quanto amandi sunt
fratres illi qui porcionem unius cuius-
que augent quanto enim plures electi
erunt. tanto amplius gaudebunt
plus enim gaudebit unus electorum
de gloria alterius anime quam de glo-
ria proprii corporis ¶ Quartum est sep-
tima facit et hec instat nobis
exemplar ad diligendum
quo proximum amare debemus
primum est amor quo christus amavit
nos Johannis hoc est preceptum meum
ut diligatis invicem sicut dilexi
vos. Amavit enim nos christus amore
gratuito id est gratis dato nos pre-
venientibus meritis nostris i. Johannis in
hoc est caritas non quasi nos dile-
xerimus deum sed quia prior ipse dile-
xit nos Sic amare debemus
proximum sic non faciunt qui non
amant nisi eos a quibus se primo
cognoscunt amari Luce Si dili-
gitis eos qui vos diligunt quam
mercedem habebitis Nonne et

ethnici hec faciunt. Item amor est
certo. Amor deserta est cum personas
amat et vicia permittit non sic
proximus condescendit quod vitiis impli
cetur. Apostolus: Dilectio proximi ma
lum non operatur. Quintus est amor
quo amamus nos metipsos. Unde
diliges proximum tuum sicut teme
tipsum quod duobus modis potest intel
ligi. Uno modo sic, id est ad quod teipsum
scilicet ad gratiam in presenti et ad gloriam in
futuro vel sic sicut teipsum, id est modo.
Notandum quod tunc sit preceptum
ut proximum diligamus. Qui se non
diligit proximum diligere nescit.
Augustinus. Si te interrogem utrum
diligas te, videris quia diligis,
quis enim se odit? ergo non dilig
iniquitatem. Nam si diligis ini
quitatem odis te. Non ego dico
sed audi psalmistam: Qui diligit
iniquitatem odit animam suam.
Quomodo qui diligis iniquitatem, quo
modo volebas tibi committi pro
ximum ut diligeres eum tamquam
te. Homo si perdis te, si enim te
ipsum sic te diligis aut perdas te sic
perfecto perditurus es eum quem
diligis sicut te. Nolo ergo quem
quam diligas, vel solus peri
aut corrige dilectionem aut respue
societatem. Sextus est amor quem
habent membra eiusdem corporis
ad invicem. Romanorum xii. Sicut
enim in uno corpore membra
multa habemus, omnia autem
membra non eundem actum ha
bent, ita multi sumus unum corpus,
singuli autem alter alterius me
mbra in Christo Iesu. Notandum ergo
quod octo sunt in quibus amor quem

est respectu proximi imitari debet
amorem membrorum eiusdem cor
poris. Primo in hoc quod unum me
mbrum non invidet alio membro
licet non habeat officium quod
illud habet, sic non debet aliquis
invidere proximo suo habenti
gratiam quam ipse non habet.
Secundo in hoc quod membrum unum
officium suum sibi non appropriat
sed gratias aliis communicat. Oculus
enim oculo omnibus videt, intellige
ceteris membris, sic debet aliquis
communicare gratiam quam habet in
proximo suo. Romanorum xii. Multi
unum corpus sumus in Christo, sin
guli autem alter alterius mem
bra. Tertio unum membrum
lesum ab alio se non vindicat
sic debet esse inter membra ecclesie.
Romanorum xii. Nulli malum pro
malo reddentes. Quarto me
mbra infirmiora amplius hono
rantur. I Corinthiorum xii. Que videntur
membra corporis infirmiora esse
necessaria sunt, et que putamus
ignobiliora membra corporis,
his honorem habundantiorem
circumdamus, sic non debemus despicere
eos qui infimi videntur. Romanorum:
Honore invicem prevenientes.
Quinto unum membrum alii
compatitur et congaudet. I Corinthiorum:
Si quid patitur unum membrum
compatiuntur omnia membra,
sive gloriatur unum membrum
congaudent cetera membra.
Sic fideles debent congaudere
cum gaudentibus, flere cum flen
tibus. Sexto unum membrum
reputat sibi fieri quod fit alteri
sive sit bonum sive sit malum

Si videatur pes os torquetur
Luce vii° Intraui in domum tuam
aquam pedibus meis non dedisti
hec autem lacrimis rigauit pe-
des meos. Si unus fidelium debet
reputare sibi fieri quod fit alii,
ubi xpus caput ecclesie dicit Quod
uni ex minimis meis fecistis mi-
chi fecistis. Septimo unum membrum
palis lesionem se exponit ut ma-
nus poculo, sic debent facere fideles
exemplo capitis qui scapulis su-
is obumbrauit nos in cruce ir-
cum respiciens quem humanum
genus debebat recipere. De amo-

Sequitur² re parentum
de amore parentum. Amor
iste multum placet deo
quod in hoc comprehendi potest quod xpus patrem
vocari vetuit dicens discipulis
suis Omnes autem vos estis
fratres et patrem nolite vobis
vocare super terram. unus enim pater
vester qui in celis est. Dominum etiam
multum post tempus vivendi
ostendit unde illud: honora patrem
et matrem ut longo vivas
tempore super terram. amor iste non
debet esse amori dei contrarius
sed subiectus. Luce xiiii° Qui amat
patrem et matrem plus quam
me non est me dignus. Ordo
iungitur in hoc mundo quilibet
adversarius sed in dei uel contrarius
non iungitur. etiam principis
amor dei dominari debet in ho-
mine non amor carnalis. I
Regum ii° Reprehendit dominus he-
li de hoc quod filios suos et punisti
se quare inquid honorasti
filios tuos plus quam me et
dominus dicit discipulis suis
Si quis venit ad me et non

odit patrem suum et matrem et
uxorem et filios et fratres et soro-
res. ad huc autem et animam
et temporalem vitam non potest meus
esse discipulus. De amore
viri et mulieris. Sequitur
de amore qui est inter virum
et mulierem. Unde apostolus Viri di-
ligite uxores vestras et nolite am-
ari esse ad illas. Duo sunt per
que possunt viri moveri ad a-
mandum uxores suas. Primum
est exemplum xpi. Ephes. Viri
diligite uxores vestras sicut et
xpus ecclesiam et seipsum tradidit pro
ea et post hec similitudo in dupli-
ci sit attendi. Primo in hoc
quod desiderat salutem uxoris sue.
enim pro salute ecclesie mortuus est.
Secundo in hoc quod si adultera et pe-
niteat misericorditer recipiat
eam. Osee iii° Dilige mulierem
dilectam ab amico et adulteram
sicut diligit dominus filios israel
et ipsi respiciunt ad deos alienos.
Et Ier. iii° Tu fornicata es cum
amatoribus multis tamen revertere
ad me et ego suscipiam te. Luce
et inde quod dicitur dicitur ut
propter adulterium reconcilietur quando
si fides appareat non est inconvenien-
tem ad hoc reputamus adulteros
quos tradimus penitentia et sa-
natos. Secundum est hoc quod corpus
mulieris est ipsius viri. Unde debet
amare illud tamquam suum mulier
non habet potestatem sui corporis
sed vir ut ait apostolus. Ideo viri
debent diligere illas ut sua cor-
pora. ad quod designandum non
sumit dominus formandam mulierem de
limo sicut virum immo de car-
ne et osse viri ut vir amaret

eam tamquam seipsum eo quod de ipso
facta esset. Gen. Hoc os nunc ex
ossibus meis et caro de carne
mea. Ad Eph. Unusquisque u-
xorem suam diligat, uxor vero
virum suum timeat. Istum amo-
rem vir uxori committit, cum an-
nulum in manum eius ponit et
cum ad unionem domini corporis
osculum ei dedit ad minus secundum
consuetudinem aliquarum ecclesiarum.
Osculum enim est signum amoris et
pacis. Annulo vero qui in quarto est
digitum concedit nec conceditur sed
ei adaptatur intelligitur quod
amorem carnalem illi soli debet ad-
hibere, et sicut annulus alium di-
gitum cum digito in quo positus
est capere non potest, sic amor
viri ad aliam mulierem dividi
non debet. Ideo autem annulus po-
nitur in digito illo in quo est ve-
na que usque ad cor protenditur
quia coniuges ex corde debent
amare se et non solum signis
exterioribus. Infideliter agit
vir si uxorem non diligit cum
ipsa propter eius amorem patrem
et matrem dereliquerit. De cari-
tate inimicorum. Hunc amorem
precepit dominus Math. Diligite
inimicos vestros. Hoc pertinet ad
dilectionem cordis. Deinde subdit
dilectionem operis et sermonis. Benefa-
cite hiis qui oderunt vos. Greg.
Ille preces suas multum va-
lere facit, qui eas pro inimicis
fundit. Et videndum quod dilectio
inimicorum nobis utilior est quam
amicorum. Ipsa prevalet ad spiritua-
lium vulnerum sanitatem. Aug.
Ego ad inimicorum vestrorum dilectionem
vos commoneo quia ad sanandum
peccatorum vulnera nullum medica-
mentum utilius cognosco. Ipsa
multum facit ad perfectionem et cu-
mulum bonitatis. Mt. v. post illud
Diligite inimicos vestros subditur:
Estote perfecti sicut pater vester
celestis perfectus est. Aug. Magni-
ficentissime bonitatis est ut tuum
quoque inimicum diligas et ei
qui tibi male vult et si potest
facit, tu semper bonum facias aut
facias cum possis. Ipsa etiam ma-
gnam mercedem meretur.
Luc. vi. Si diligitis eos qui
vos diligunt que vobis gratia?
Verumptamen diligite inimicos
et erit merces vestra magna et
eritis filii altissimi. Augustinus.
Quanta per nos gratia fieri digni
non sumus et inimicorum dilectione
filii dei efficimur. Cris. Nil est
quod sic deo similem faciat ut ma-
lignis atque ledentibus esse pla-
cabilem. Videndum quomodo adversantur
caritati. Primum est superfluus a-
mor sui. Signum est quod aliquis
habeat superfluum amorem sui cum
ea que pertinent ad deum et ad
proximum suum negligit, propria
vero diligenter defendit, et
specialiter cum defendit mala
sua. ii. Cor. Nemo quod suum est
querat. Ad Philip. Non que sua
sunt singuli considerantes sed
que aliorum. Greg. Qui vult
prava agere et tamen ad hec
ceteros tacere, ipse sibi met
testis est, quia plus se veritate
appetit diligi quam contra se
non vult defendi. Amor sui ve-

fiebo multorum meliorum ut supplicius
in thom iiiio Erunt homines se
ipsos amantes cupidi elati superbi
et cetera glossa Augustinus ex eo quod se
ipsos non deum amant quasi a
radice hec que sequuntur mala
veniunt Gregorius Omnium malorum
causa est amor sui et tradidit et
sicut amor iste non videtur
amor sed odium Unde dicitur Qui
amat animam suam perdet eam.
qui se minus amat divitiis im
plet se minus et sic perdit se quod
cum cecus moritur Item propter
turpitudinem multa obicitur Quia
est vanus amor mundi ideo quod
notat quod amicicia huius mundi inimi
cicia est deo Quicumque ergo voluerit a
micus esse huius seculi inimicus dei
constituitur i Jo Nolite diligere
mundum neque ea que in mundo sunt
Si quis diligit mundum non est
caritas in eo ubi dicit Glossa Sicut
cor duos adversarios amatores
non capit amor mundi preceptum
omnium malorum Item super i Jo ubi
dicit Glossa Sicut dilectio dei est
fons omnium virtutum ita dilectio
mundi omnium viciorum, amare
mundum est amare peccatorem
... enim dicit de demonibus quod
amicus osculatur fuco iste est de
nete enim, amare mundum est
amplecti mundum Augustinus Si
delectat te mundus semper vis mundus
esse si autem non delectatur sed
mundus iam tu es mundus. Si autem
filius mundi non remanebis in
mundo Crisostomus super Matheum Sicut
difficile est arborem iuxta viam
positam fructus suos usque ad
maturitatem servare, sic difficile
est virum iustum aut fidelem
in talis mundum vincentem
in actibus suis usque ad finem

iusticiam tenere, rectam de via et
plantare in loco secreto ut nec
mundus totum habeat communem
tu enim omnes Item quem tetigerit
precium consummabitur abiet

D[e]cto — De prudencia

De veritate dicendum est de
prudencia de qua Augustinus
prudencie est parare prudencie
etiam est ordinare, quid quando et
quomodo agendum Item prudencie
dicit ut opera nostra sint deo grata
nobis utilia proximo non nociva
Item prudencie est ponderare
in operibus nostris deus glorificetur
et nobis premium acquiratur et exem
plum proximo prebeatur. Ad pru
dentem pertinet nolle falli et fal
li non posse Matheus Estote prudentes
ut falli non possitis, simplices ut
fallere non velitis Prudencia
vero in bello spirituali triumphat
exemplum habemus de Christo cuius
prudencia vicit superbum in
ipso conflictu, melior sapientia quam
vires et vir prudens magis quam
vir fortis. Contrario stulticia et
imprudencia in bello spirituali succu
bit Baruch Quia non habuerunt
sapientiam perierunt propter suam in
sipienciam quod nec sunt stulticie
propter quas imprudentes in bello
succumbunt Prima est eorum qui se
ante pugnam armare nolunt
sunt vero arma accipiunt cum dolo
rem ... senciunt tunc tamen
dicitur Eccli Fili accedentes ad
servitutem dei stare in timore, et pre
para animam tuam ad temptacionem
Spacio iste est quod cogitatio divi
resistendi temptacioni est facienda
est ante temptacionem, semper enim
debent milites armati qui sunt
inter hostes suos medium constituti

convenientissimam temptacionem que est pinguius venenatis, quibus con dit in sua taciturnitate blasphe mias persecutorum audiens. Ysay. liiio. Quasi agnus coram ton dente se obmutescet et non aper iet os suum. Ps. Ego autem tam quam surdus non audiebam et sicut mutus non aperiens os suum. ¶ Secunda est eorum qui sumunt arma mi nus honerosa propter quod cum non habent eorum consuetudinem, quia eorum ponderositate deterrentur, ut qui nimis ieiunat. Sic dimisit David arma Saulis, deposuit quia ponderosa erant, et non ha bebat consuetudinem, et levibus armis vicit. ¶ Tercia est eorum qui ex ea parte qua debiliores sunt et qua magis adversarius impugnant, minus se muniunt, cum e contrario esset faciendum. Qui videt se ad ava riciam pronum multum deberet tirnari ad largicionem elemosinarum. ¶ Quarta est illorum qui cum pugnandum esset contrariis, pugnat simili bus, ut odio contra odium, gar rulitatem contra garrulitatem, stulticia contra stulticiam, cum potius contrarium cum contrario pugnandum sit, sicut aqua pugnat contra ig nem. Prov. xxv. Si esurierit inimicus tuus ciba illum. Taciturnitate contra garrulitatem. Sapiens garrulo [illegible] quietem est. Ecclesiastici viiio. Non litiges cum homine linguato nec struas in ignem eius ligna. Sapiencia contra stulticiam. Prov. Ne respondeas stulto iuxta stulticiam suam ne ei similis efficiaris. ¶ Quinta est illorum qui muniunt hostem suum ad suam interfectionem. Certum non est [illegible] hostis qui non possit vincere nisi volentem. Sic diabolus non potest vincere nisi volentem. Ita nec occidere nisi inimicus diabolus cordi applicat gladium, quando malam cogitacionem immittit. Impingis et infigis gladium cordi tuo qui consentis, et sic diabolum iuvas. Item diabolum iuvat qui sciens et volens vadit ad foveam quam [illegible] diabolus ut eum precipitaret. Prov. xxiio. Fovea profunda est meretrix. Debet homo qui temptatur de peccato car nis quod ibit ad locum ubi illud committat nisi diabolus illuc eum pre stat. Item diabolum iuvat qui gla dium ei conducit quo ab eo inter ficiatur, ut qui dat dona sua alicui inimico, ut peccato suo consen tiat. Serpens docet nos pru denciam astucia sua. Math. x. Estote prudentes sicut serpentes. Erant enim quatuor astucie ser pentis quas imitari debemus. Prima est quod caput suum semper custodit pro eo cetera membra exponendo. Sic inimicus cum capite illeso manent quamvis cetera mem bra leduntur. Sic sancti pro Christo qui est caput eorum se et sua exponunt, non timent nec minas; si corpus omnia exponit, quia eo salvo omnia sunt eis salva, etiam capilli. Luc. Capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Ly cheether. xi. De celo ista possidere [illegible] propter dei leges nunc ista despicio, quia ea me ab ipso recep turum spero. Secunda est quia ser pens se mactans foramine ponit ubi pellem veterem deponit. Sic prudentes mactacione vita penitencie ponunt se ubi pellem vete ris hominis deponunt. Ephes. De[illegible]

ponite vos secundum pristinam consuetudinem comissationem vestram hominem qui corrumpitur secundum desideria erroris. ¶ Tertia est secundum serpens unam aurem terre obstruit aliam cauda ne vocem incantantis audiat secundum illud Psalmiste: Sicut aspidis surde et obturantis aures suas. sic viri sancti unam aurem obstruunt memoria mortis. et aliam proprie fragilitatis consideratione suggestioni dyaboli [illegible] attendentes quod quia et quibus causis perire possunt. Eccli: Memorare novissima tua et in eternum non peccabis. Qui castrum cordis sui bene intelligit non presumit facere guerram cum potenti ¶ Quarta est quod propter inimicitias quas habet cum homine habitat in deserto vel latet vel primus vel hic vbis sic viri sancti cognoscentes inimicitias quas habet cum eis mundus fugiunt eum. i. Joh. xv°: Nolite mirari si odit vos mundus et cetera. Si de mundo essetis mundus quod suum est diligeret. Quia autem de mundo non estis sed ego vos elegi de mundo ut eatis et fructum afferatis. et efficiamini mei discipuli ¶ De hiis que adversantur prudentie

Et notandum quod prudentie intuitu adversantur vitiosa prudentia vel sapientia que distinguuntur in tres partes. Prima est prudentia vel sapientia carnis de qua Apostolus: Sapientia carnis inimica est deo. Item prudentia carnis mors est. id est causa mortis eterne ut dicit Glo. Prudentia carnis est cum quis studiosius implet que carnis sunt ¶ Secunda est terrena que prius ad divitias Baruch: Filii agar exquisierunt prudentiam que de terra est ¶ Tertia sapientia est dyabolica pertinens ad honorem vel maliciam dyabolus enim primo honorem divinum appetiit postea homini maligne nocuit de hiis tribus sapientiis tangitur Jacobus iii°: Non est ista sapientia desursum sed terrena animalis dyabolica. Animalem vocat sapientiam carnis. Sapientie terre adversatur sapientia. Sic filii dei pauperes facti in principio doctrine sue paupertatem commendant Mt: Beati pauperes spiritu et eandem consulent Mt: Si vis perfectus esse vade et vende omnia que habes et da pauperibus. Sapientie carnis adversatur Sapientia sanctorum que secundum Aug. est hic temporaliter cruciari et in eternum delectari. Sapientie dyabolice adversatur Sapientia humilitatis de qua Eccli. Sapientia humilitatis exaltabit caput illius et cetera. Omnibus qui se exaltat humiliabitur. Sapientia huius mundi stultitia est. Creditur esse enim ille qui tam in congregatione divitiarum laboraverunt in morte mundi in terram ponitur. Job: Nudus egressus sum de utero matris mee nudus revertar illuc. sapientia carnis Stultitia creditur esse cum caro deliciis enutrita vermibus esca datur. dyabolica sapientia ¶ Stultitia creditur esse cum ille qui se voluit esse super alios subtus positus ab hominibus et peccatis et demonibus conculcatur. Eccles: Si multis annis vixerit homo et in hiis omnibus letatus fuerit meminisse debet temporis tenebrosi et mortis et dierum multorum. sancte futuri que non habebit finem qui cum venerint vanitatis arguuntur preterita. Stultus enim est omnis peccator et maxima sapientia vere vincere. Orig. Sapientia

est non eloquia dei scire sed secundum
eloquia dei viuere. j. Jo. dicit do
mini dominum esse offensum quod ti
mor domini ipse est sapientia et recedere a
malo intelligentia. Sine timore
dei nil sapientie videtur haberi
cum timor domini principium sit
sapientie. Stultus enim sapiens qui
non timet futuri vel incidere in manus
illius domini qui difficultate
faceret iustitiam, si non est sapiens
qui non timet offendere deum qui no
bilissimam creaturam dampnavit
primo peccato superbie. Luce. videbat
sathanam quasi fulgur de celo
cadentem et pro peccato primorum paren
tum totum genus humanum damp
navit et temporali morte.
et peccato luxurie totum mundum
exceptis octo personis aquis diluvii
submersit. Secundo sicut stultus
mercator et nondum quod mortale
peccatum multum stulte agit. Primo
in hoc quod scriptum illa quicat. Job
Commisit pecudem suum in rete. Glo.
qui pecudes in rete amittit non cum
voluerit exit. Sic qui incurrat
peccati non unde tamen voluerit exit
sed fugit propter iniquitatem sue
capiunt impium et funibus pecca
torum suorum quisque constringitur.
Secundo in hoc quod se quasi insanus inse
rit mittit manum infligendo se
vulnus insanabile. Eccles. dicitur
desperato plage illius non est sa
nitas. Immo quod plus est scriptum ecci
dit. Sapientia homo per malitiam
occidit animam suam. Peccatum dicitur
mors anime quia a deo separat qui
est vita. Augustinus vera mors quam
homines non timent separatio anime
a deo qui est vita vita animarum.
Tertio in hoc quod bona sua perdit.
Osee. periit ipsi bonum qui cadit

in mortale peccatum omnia bona que
umquam fecit amittit. bona etiam
que aut instatiua illa bona non sunt
quia non sunt sibi meritoria qui
mortale peccatum committit quemquem
in bona domo ponit qui omnia
destruat. Quarto in hoc quod se caris
sime caro emptum diabolo vendit sic
dicitur prima petri. Non corruptibi
libus auro et argento empti
estis de vana nostra conuersatione
sed precioso sanguine agni immaculati
vilissime vendit diabolo. Augustinus
vendidati. Quinto in hoc quod abiecto
rem omnium credit deo non est
mirum si male sit ei. Augustinus tale
bonum est deus ut nemini eum desere
ti bene sit. Osee. Ve ei quoniam
recesserunt a me. Sexto in hoc
quod in potentie guerram fa
cere presumit que guerra cito
finita fuisset, si misericordia dei p
mitteret quia dyabolus eum in
gulareret. Tren. misericordia domini
quia non sumus ingulati vel consumpti.
Septimo in hoc quia portam pa
radisi obstruit et regnum celorum
modico precio vendit, similis Esau
qui ius primogeniture sue
pro lenticula vendidit. Octavo
in hoc quod ad suspendium sciens
et volens vadit, quis hoc repu
tet insanum eum, qui respiciat
quo vadat, videret suspendere
me vado. Sic nullus reputandus
est sapiens qui in mortali peccato
est cum singulis diebus veniam
dietam magnam facit ad infer
nale suspendium. Eccles. .xxi.
ampla stultorum sapiens, et quid
pauper nisi ut pergat illuc ubi est
vita. Hoc discernit deus inter sa
pientes et stultos, quod sapientes
vadunt ad vitam, stulti vero

ad mortem eternam

Dicto de temperancia
de prudencia dicendum est
de temperantia quam qui
habet vivit ut homo qui ea
non habet ut brutum. Sine
temperantia nullus deo placere
potest unde apostolus: Qui in carne sunt
deo placere non possunt. Ipsa
est frenum quo corpus humanum
in appetitu regitur, sine quo
spiritus periculose precedit sicut
aliquis periculose insidet equo
sine freno, si equus sit indomitus
et aqua vel aliud periculum sit
propinquum. De hoc freno dicitur
Ne concupiscentie tue frenum
ipsa dram multum offendit
sic equo opponi. Quinque facit. Ecclesiastici:
Post concupiscentias tuas non eas
et a voluntate tua averte. Si
enim prestes anime tue con-
cupiscentias faciet te in gaudium
inimicis tuis. Seneca: Voluntates
intus blandissimas proprie computa
que more latronum ad hoc nos
amplectuntur ut iugulent.
Multa sunt que nobis dissuadent
inordinatum amorem volup-
tatis. Primum est locus in quo sumus.
Augustinus: In valle miserie sumus
ubi eo magis flendum quo minus
flemus. Secundum nescimus quo sine
flendum in hoc exilio non eie-
cit hominem de paradiso ut hic fa-
ceret paradisum. Tertium est tempus
in quo sumus. Bernardus: Universum
tempus penitentie vigilia que-
dam est sollempnitatis magne
et octave sabbati quod presto habemus.
Vigilia non est tempus deliciarum
sed ieiunii. Quartum exemplum
iusti et sanctorum. Bernardus:
Qui nos fallit fallitur.

eligit quod tamen molestum est, id ergo
melius, id utilius, id magis
eligendum. Et quid aliud dicit ut
suadet ab eo tamquam a seductore cave-
dum est. In iure xi. Infame et sic
et ieiunium multe. Quintum exemplum
quibus amor voluptatum nocuit ut
exemplum primum matris Eve. Genesis:
Vidit mulier quod bonum esset li-
gnum ad vescendum et tulit et
comedit. Et exemplum Salomonis
de quo Ecclesiastes: Non prohibui cor meum
quin omni frueretur voluptate pro-
pter quod infamatus est. Sextum est pe-
riculum in acquirendo sumpta de-
liciarum; multotiens enim acquirunt
sumpta deliciarum vel per mortem
propriam vel per mortem alterius. Noluit
David bibere aquam quam sibi tule-
rant tres fortes, sed libavit eam
domino dicens: Propicius sit mihi dominus
ne faciam hoc. Num sanguinem hominum
istorum qui profecti sunt et animarum
periculum bibam? Melius esse sine
periculo tamen panem et aquam quam
cum periculo delicias habere. Nunc
dicendum est de continentia in
Dicto de continentia virginitatis.
Dicto dicendum est de continentia
que dividitur in tres partes:
virginalem, vidualem, coniugalem. Et
notandum quod virginitas sic describitur:
virginitas est in carne corruptibili
perpetua incorruptionis meditatio,
vel est propositum servandi incorruptionem
perpetuam. Et sciendum quod corruptio
carnis que accidit ei que habet
propositum carendi carnis corruptione
omnino contra suam voluntatem non
privat eam aureola. Unde dixit Lucia:
Si invitam me violaveris, casti-
tas mihi duplicabitur ad coronam.
Aufert tamen insignia que dan-
tur spiritualibus sponsis Christi vel certa
... ut est alius aureus

Augustinus. Virgines que corrupte sunt semel se non audeant sacris virginibus adequare. Leo papa. Famule dei que oppressione barbarica integritatem perdiderunt pudoris laudabiliores erunt si se incontaminatis non audeant comparare virginibus. Ratio autem huius est quia humilitatem. Unde comparantur secundum mentem humanam quod est secundum deum quod apparet. In triumphante vero secundum deum in decidante inducet tor. Unde tamen non appareat quod humanita sit corrupta non defert insignia virginalia. Corruptio vero carnis cum voluntate mentis perveniens sive cum culpa ut extra matrimonium sive culpa ut in matrimonio privat aureolo aureo in presenti et aureola in futuro. Corruptio vero mentis si penitencia recepta fuit et finale ... propositum carnis integritatem assumit non privat aureolo aureo in presenti et aureola in futuro. Integritas vero carnis in ea que carnis operibus appetit non est digna aureola. ... post secundum carnem hec virgine si mente quis inspicit. Commendatio virginitatis. Virginitas est preciosus thezaurus absconditus in agro corporis. Preciositas huius thezauri tanta est ut ipse non solum sit premium glorie eterne que omnibus electis est communis sed etiam glorie specialis debetur enim ei non solum aurea sed etiam aureola. Thezaurus est quem qui invenit abscondit et pre gaudio illius vadit et vendit universa que habet et emit agrum illum, quia cum preciositate illius invenit intelligit. Sic ... monasterium ubi invenit et elegit ubi in abscondito faciem dei vident virgines dei sunt designate per pelles iacinctinas que in tabernaculo superiores erant. Exodi xxvi. ubi dicit glosa vero. Iacinctus est celestis coloris. Pelles vero iacinctinas exprimunt virtus illorum qui mortificantes membra carnis celestem in terra vitam gerunt et inter homines positi angelicam puritatem imitantur, quia neque nubent neque nubentur. Et subditur merito pelles iacinctine supremum locum tenent et color celestis celo proximum. Super illud. Corinthiorum vii. Bonum est homini sic esse dicit supergreditur integritas conditionem humane nature per quam homines assimilantur angelis. Maior tamen est victoria virginum quam angelorum. Angeli enim sine carne vivunt homines in carne triumphant. De in carne preter carnem vivere non est terrena vita sed celestis. Vita virginum vita regia est cum ipse sint sponse celestis regis et ideo regie ipse enim regnat in regno patris sui. Virgines propter puritatem lilio comparantur. Notandum quod lilium habet vi folia candida et aliquando grana quasi aurea. Sex folia in virgine sunt que valent ad conservationem incorruptionis. Primum est sobrietas. Excessus enim in cibo et potu quasi quedam via est ad luxuriam. Loth inebriatus perpetravit incestum. Genesis xix. ... luxuriosa res est vinum. Secundum est quies ut ociositas est quedam via ad luxuriam. Ezechiel. Hec fuit iniquitas sodome sororis tue superbia saturitas panis et habundantia et ocium. Tertium est habitus asper et humilis. Beda. Non etatem teneram ordinis asperitas terreat memento quod asperior carduus pannum facit

lenocinium. Superbus habitus vel mollis
via est ad luxuriam. Num. xxv. Filii
Israel fornicati sunt cum mulieribus
moabitarum que se ornaverant. Apostolus
Non intortis crinibus aut auro vel
margaritis vel veste preciosa sed quod decet
mulieres promittentes pietatem. Sextum
est custodia sensuum precipue illorum qui
nobis remotiora sentiunt ut est visus
vel auditus. Curiositas videndi vel
audiendi nona via est ad luxuriam
ut patet in Dina filia Jacob que
egressa ut videret mulieres regionis
illius corrupta est a Sichem filio
Emor. Gen. xxxiiii°. Septimum est
modestia sermonis loquacitatis
vel turpibus sermonibus via est ad
luxuriam. Eccli. Labiis turpibus
abstinete quia licentia eorum in
impudicitiam nutrit. ¶ Octavum est
fuga occasionum peccandi. Unde debet
esse aliqua cautela illius, sicut
sacra cantica solent habere pulcri-
orem expellentem quam domesticam.
Opportunitas peccandi et nimia
domesticitas via est ad luxuri-
am, ut patet in Thamar que cor-
rupta est ab amatore fratre suo quia
sola cum solo fuit in thalamo. ii.
Reg. xiii. Solent virgines que vere
sunt virgines semper pavere et numquam
esse secure et ut caveant etiam timen-
da et etiam tuta pertimescere. ¶ Circa
quartum sunt tres modi
diligendi Deum quos distinguit
Bernardus dicens: Disce amare dul-
citer, amare prudenter, amare
fortiter. Dulciter ne illecti, prudenter
ne decepti, fortiter ne oppressi ab
amore Dei avertamur. Vel circa
ista possunt intelligi metas di-
vini amoris causas precedentes.
Amandus enim Deus est quia creator,
quia redemptor, quia remunerator.

virginitas Deum attinentem et familia-
rem reddit. Unde Jo. virgo specialiter
vocatur discipulus quem diligebat
Jhesus, et tanquam familiari secreta su-
pra pectus Domini in cena recubuit.
Beda. Incorruptio facit proximum
esse Deo. Beda super Lucam. Sicut
Christus in summa pace est natus ut se pa-
cem diligere ostenderet, ita de virgi-
ne natus est ut se virginitatem Deus dilig-
ere monstraret. Ad litteram. Castissimo
tempore natus sine fine virgo et ma-
trem virginem habere voluit et virgi-
nem precursorem. Joseph etiam virgo
fuisse virgines merito delicias
invenerunt quia amore eius delici-
as carnis relinquunt. Bernardus. Carno
meo ignis et aqua similes esse pos-
sunt. Sic spirituales et corporales deli-
tie in eodem se non paciuntur. Virgini-
tas agnum sequitur quocumque ierit.
Ipsa cantat canticum novum quod aliis
cantandum non conceditur. Ad litteram
solent virgines dulcius cantare quam
corrupte. Apoc. xiiii°. Et cantabat
quasi canticum novum ante sedem
Dei et subditur et nemo poterat di-
cere canticum illud nisi illa centum
quadraginta quatuor milia. Hi sunt
qui cum mulieribus non sunt coinquinati,
et virgines enim sunt. Beda. Singulariter
canticum cantare est cum eo in perpetuum
pre ceteris fidelibus etiam de carnis cor-
ruptione gaudere. Virginitas corporis
et liberum reddit ad serviendum Deo.
Apostolus. Qui sine uxore est sollicitus
est que Domini sunt et subditur: mu-
lier innupta et virgo cogitat que Do-
mini sunt ut sit sancta corpore et
spiritu. Jo. Si nil aliud esset et nulla
merces amplior virginem sequeretur
sufficeret hoc sola prelatio cogitare
que Domini sunt. Vere divinum est
cor eorum, nunc intendunt. Hec enim est
dignitas virginalis quod sibi debetur

fructus centesimus · cum continentie
viduali redditur fructus sexagesimus
coniugali tricesimus ¶ Quare sit
virginitas tuenda · Primum est
superbia · Augustinus · Non solum predica-
da est virginitas ut ametur verum
etiam monenda est ne infletur quia
sine humilitate nec virginitas ma-
rie placuisset deo · ¶ Maria virginem
se oblitam gloriatur de humilitate
dicens · Respexit humilitatem
ancille sue ¶ Secundum est defectus cari-
tatis sine qua nichil deo placet
Bernardus · Castitas sine caritate lam-
pas est sine oleo · subtrahe oleum
lampas non lucet · tolle caritatem
castitas non placet ¶ Tercium est
proditas quia solet accidere in virgi-
nibus ex hoc quod considerant se primum
peccasse contra quod dicit Augustinus ·
multo ardencius debes diligere illum
qui flagiciosis a te commissis que-
cumque dimisit mecum te cadere non
permisit · quid habes quod non accepisti
tant quia pro castitate immo diligis
nequo plus accepisti cogita quia
sit habita tamquam dimittantur a qui-
bus deus custodit ne committantur ·
noli modicum diligere · quasi a
quo tibi modicum dimissum est
sed potius tibi multum dilige · quia
tibi multum tributum est ¶ Quartum
est macula peccati que valde nocens
est in virgine · Ieronimus · Illa virginitas ho-
stia christi est cuius nec mentem co-
gitacio nec carnem libido comma-
culavit ad cavendam maculam pecca-
ti necessarium esset sponse christi fre-
quenter respicere in speculo · Spe-
culum est sacra scriptura · Beda
Specula sunt dei precepta in qui-
bus anime semper inspiciunt · Ne-
cessaria est etiam ei ablucio que
per confessionem fit in lavato-
rio ex alle specula · Exo xxxviii°
Bernardus · Quid tam placens anima sui
placens anima confessionem ob-

quam amaris · anima confessionem
si affectas decorem · confessioni in-
dicitur · Hugo · Confessio et pulchritu-
do in conspectu eius ¶ Quintum est
divisio cordis · Nota de duplici cor-
de · duplici corde est virgo que si-
mul vult placere deo et mundo · Beda
Nemo potest in una eademque ac-
omnipotenti domino aut eius hostibus
gratus consistere nam deo se denegat
qui eius inimico placet · Gregorius
quod virgo habeat cor divisum et ve-
lit mundo placere est deterior or-
natus · In ps° · Omnis gloria eius
filie ab intus in fim · Bernardus · Vi-
des nempe auro argento lapidi-
bus preciosis · et omni decore aul-
ca regio non tam ornatas quam
oneratas vides post se longas
trahentes fimbrias et densas
pueris milites comitantes macte
hec te non moneat ille in illa
in morte deponere tua festivitas non
derelinquet non sunt sua que por-
tant et cum mortui fuerint non sumet
omnia mundi cum sunt illis de-
centibus tenebit · Bernardus · Decor
enim veste induitur · et cum ve-
ste deponitur · vestis procul dubio est
non vestiti ¶ Sextum timendum est
ne desit perseverancia · Augustinus
Sequimini agnum tenendo perse-
veranter quod vovistis ardenter fa-
cite quod potestis ne virginitatis bonum
a nobis pereat · Cui nichil facere
potestis ut redeat virginitas amis-
sa non recuperatur sicut lampas
confracta non reintegratur · Ambrosius
virgo esse concreta est in transitu
non est enim sufficere cum enim
aliquis amisit virginitatem · si to-
tum mundum daret pro ea et totum
esset aurum non recuperaret eam
Bernardus · Studeo perseverantie que
sola coronatur · ¶ De triplici aureola

Sequitur de aureola que est adiectio ad gloriam, que debetur predicatoribus, virginibus et martiribus. Prima debetur hiis qui excellens officium predicacionis exercent. Excellencia vero ista secundum quosdam in hoc attenditur quia cum predicatione fit illud opus supererogationis quod est abrenunciacio propriorum que supererogata sunt in primis. Et hic predicatoribus secundum apostolum i ad cor ix quamvis competit officio predicacionis abrenunciacio propriorum videlicet ut liberius operi predicacionis possint intendere maxime utilitati. Qui enim habet divicias vel in toto vel in parte servi sunt diviciarum nec pariter servi et domini possunt esse dei. Mathei vi Non potestis deo servire et mammone. Mammona syra lingua divicie sonat. Jeronimus. Divicie a servitute dei nos deferunt in suam captivitatem vinctos sicut viri diviciarum in sompno. Gen. Nostri essemus si ita non essent. Secunda debetur virginitati dabant coronam preter canticum novum quod virgines cantant quod scriptum ... iterit. Tercia debetur martiribus. Non est mirum si martires preteriis premiuntur quia evangelizare mortem et non timere super homines esse videtur. De continentia viduali.

Sequitur de continentia viduali que tantum uno marito associatur in tota vita sua. De hac commendatur Judith xvi. Confortatum est cor tuum eo quod castitatem amaveris et post virum tuum alterum nescieris ideo eris benedicta in eternum. Quatuor sunt que possunt personam relictam invitare ad castitatem vidualem. Primum est unitas que fuit et carnalis et mentalis inter eam et comparem suum dum vixerunt. Fuerunt enim duo in carne una Gen ii et Eph v ergo. Et subditur. Itaque iam non sunt duo sed una caro. Ergo persona relicta quasi semimortua est. Unde satis racionabile est ut non multum adhereant huic seculo sed magis cogitent de alio in quo iam est quasi dimidia et in brevi tota futura. Secundum est oppressio vitricorum quam facere solent secundi mariti filiis qui fuerunt de primo marito. Tercio tribulacio corporis quam habent qui sunt in coniugio. i ad cor vii Tribulacionem carnis habebunt huiusmodi. Et de operibus necessariis providendi sibi et filiis. Quartum est impedimentum devocionis. i ad cor vii Volo autem vos sine sollicitudine esse. Qui sine uxore est sollicitus est que domini sunt quomodo placeat deo. Qui autem cum uxore sollicitus est que sunt mundi quomodo placeat uxori et sic divisus est. Et mulier innupta et virgo cogitat que domini sunt ut sit sancta corpore et spiritu. Que autem nupta est cogitat que sunt mundi quomodo placeat viro. Porro hoc ad utilitatem vestram dico non ut laqueum vobis iniciam sed ad id quod honestum est et facultatem prebeat sine impedimento dominum obsecrandi. Et notandum quod castitas vidualis specialiter est commendabilis in iuvene que mortuo fuit cum viro cum quo ... toto corpore ... se sic continet. De hac commendatur Anna Luce ii que processerat in diebus suis et vixerat cum viro suo annis septem a virginitate sua et hec vidua usque ad lxxxiiii annos. Que castitatem vidualem vult servare debet occasiones peccati declinare unde legitur de turture que se mittit ad loca frigida in yeme vero non apparet sicut manet in nido. De ... castitati ... sine suis appendiciis.

Tria videntur appendicia esse castitati viduali. ¶ Primum est non evagari sed in propria domo manere vel in templo orare. De quo commendatur Anna Luce ii que non discedebat de templo ieiuniis et obsecrationibus serviens die ac nocte. Evagatio in viduis reprehenditur i Thimo v. Simul discunt circuire per domos non solum autem otiose sed etiam verbose et curiose loquentes que non oportet. ¶ Secundum est ciborum asperitas. Apostolus ibi: Vidua que in deliciis est vivens mortua est. Glossa: vivens in [illegible] vita quia [illegible] mortua est in anima. ¶ Tercium est vestium humilitas. Unde Gen xxxviii legitur de Thamar quod deposita veste viduitatis assumpsit alium habitum. Quia velut carnali opere intenderit ornatus qui tollerabilis est in ea que necesse est placere viro suo non est tollerabilis in vidua que ad hoc solum studere debet ut placeat deo. De castitate ministrorum ecclesie. Quilibet enim debet castitas ministris ecclesie. Unde etiam apud gentiles sacerdotes castitatem amplectabantur. Plato in thimotheo. [illegible] Sacerdotes apud athenas separati a ceteris populo manebant ne contagione aliqua castitatis polluerentur. Expedit enim castitas propter iiii causas. ¶ Prima est quia ipsi sunt loco dei. Ideo vivere debent ut deus spiritualiter scilicet non carnaliter. Deus enim spiritus est. Apoc i: Vidit Johannes similem filio hominis precinctum ad mamillas zona aurea. Similis filio hominis est vicarius Christi qui zonam continencie habere debet. ¶ Secunda est quia ipsi angelicum officium habent eundem domino ministrantes et angeli. Ideo et puritatem angelicam debent habere. Unde

Malachie dicitur de sacerdote angelus domini exercituum est. ¶ Tercia est quia ipsi deum placare debent. Eccli xliiii: In tempore iracundie factus est reconciliatio. Placare deum non possunt nisi placeant. Placere deo non possunt si carnaliter vivant. Ro viii: Qui in carne sunt deo placere non possunt. Et filius ire qui non sunt reconciliati reconciliationis aliene negotium quasi gerens qui iusticiam fecit reprehendunt. ¶ Quarta est quia ipsi contractant sancta dei. Ideo oportet eos esse sanctos maxime ad carnis mundiciam. i Re xxi: Non habeo panes laycos ad manum sed tantum panem sanctum si mundi sunt pueri maxime a mulieribus manducent. Levit xxi: Incensum domini et panes dei sui offerunt et ideo sancti erunt. Ibidem: Homo qui habuerit maculam non offeret panes deo suo nec accedat ad ministerium eius. Ibidem: Homo qui accesserit de stirpe vestra ad ea que sanctificata sunt in quo est immundicia peribit coram domino. Ysa lii: Mundamini qui fertis vasa domini. Zacharia: Valde turpis est luxuria. Hanc dedit salomon in gloria sua. Eccli xlvii. Unde dicitur Machabeorum iiii quod elegit Iudas sacerdotes sine macula voluntatem habentes in lege dei et mundaverunt sancta.

De continencia coniugali

Sequitur de continencia coniugali. Circa quam primo destruendus est error ille qui matrimonium dampnat et sciendum quod qui illius erroris sunt cathari vocantur. [illegible] omnis [illegible] osculant [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] filii vel [illegible] quod [illegible] filios

defiuunt enim predicta dicta. ponunt naturam corporis malam esse et esse a principio malo. et dicere eam omnibus modis purgari ut ceteris creature mala dixerunt. Ipsi enim dicunt opus carnale quod cum uxore committitur fornicationem esse. ad hoc probandum illo verbo apostoli propter fornicationem unusquisque habeat uxorem suam ergo fornicatio etiam est cum uxore. Set verbum sic est intelligendum non propter fornicationem faciendam set evitandam. falsitas huius erroris convincitur per testimonia scripture quam phariseis interrogantibus utrum liceret dimittere uxorem suam quacumque ex causa. sic christus testimonio Genesis intulit quod ergo deus coniunxit homo non separet. ex quibus manifeste matrimonium esse a deo et non ab homine esset separandum. patet ergo quod matrimonium est bonum. Item Luce dicitur Zacharia et Elizabeth uxor tua pariet tibi filium et spiritu sancto replebitur ad huc contra eos matrimonium non est matrimonium malum in quo sancti homines sunt et ex quo filii tam bene processit. Item mater ihesu interfuit nuptiis. et ihesus et discipuli eius vocati sunt. et fecit ihesus initium signorum suorum. non honorasset tot modis nuptias si male essent. Item apostolus qui matrimonio iungit virginem suam bene facit et qui non iungit melius facit mulier alligata est legi quanto tempore vir eius vivit. si non mortuus fuerit vir eius liberata est a lege cui vult nubat tantum in domino. ergo etiam secunde nuptie sunt licite. De huius errore dicit apostolus Spiritus manifeste dicit quia in novissimis temporibus discedent quidam a fide attendentes spiritibus erroris et doctrinis demoniorum in ypocrisi loquentium mendacium et cauteriatam habentium suam conscientiam prohibentes nubere. In hac approbatione matrimonii conveniunt nobiscum tam iudei quam gentiles. gentiles enim in collocatione habuerunt coniugium et filios qui non erant nati de coniugio illegittimos iudicabant. Set mirandum quod illi qui sunt huius erroris dicunt mulierem dampnari si pregnans decedit vel moritur quod manifeste patet esse falsum in Elizabeth cum pregnans esset cum salutavit eam beata virgo et tamen repleta est spiritu sancto et infans exultavit in utero eius. que si decessisset in partu salvata fuisset. partus enim pena est non culpa. Notandum est quod octo sunt que nobis matrimonium commendant. Primum est auctoritas instituentis. illud enim alios ordines instituerunt aliqui sancti ut Augustinus vel Benedictus vel Franciscus ordinem matrimonii instituit ipse deus qui errare non potest. Unde si culpabilis est qui ordinem beati Benedicti transgreditur constat quod valde culpabilis est qui transgreditur ordinem matrimonii a deo institutum. Secundum est locus in quo institutum est scilicet paradisus institutum est enim immisso sopore in Adam et raptus est Adam in spiritu et interfuit curie celesti. et ibi agnovit virtutem matrimonii. et quod in eo esset sacramentum. et erat Adam tunc corpore in paradiso terrestri mente vero in paradiso celesti. Unde vigilans prophetico spiritu exultavit. hoc nunc os de ossibus meis et caro de carne mea. hec vocabitur virago quoniam de viro suo sumpta est quam ob rem relinquet homo patrem et matrem et adherebit uxori sue. Tertium est antiquitas non enim de novo institutum

Voluit filius dei opera carne assumere dum fuit in matrimonio matris non in pallium

est ordo iste primus antiquitate quia pre-
cedit omnem ordinem aliorum institu-
tum. ¶ Certum est quod beata virgo hunc
ordinem intrare voluit licet possit
ipsa servare virginitatem quod non parum
facit ad honorem matrimonii. Pal-
lium est quo beata virgo usa est
quo occultavit celestem contemplatio-
nem sub quo latere voluit filius dei
sub quo etiam celatum est diabolo
misterium redemptionis nostre.
Infelices et maledicti sunt illi que
potius eligunt esse in confessione
diaboli quam in ordine beate virginis.
Confessio diaboli est status incestu-
osus quod quis concubat cum patre quis
cum filio quis cum fratribus cum
[illegible] quis cum cognatis quis cum
[illegible] quandoque cum coniugatis quis
cum sacerdotibus quis cum religiosis
quis cum leprosis. ¶ Infelices etiam
adulteri sunt qui non timent
pallium beate virginis inquinare.
¶ Certum est quod deus voluit ho-
norare nuptias sua presentia et
matris sue et discipulorum suorum
ubi et aquam in vinum convertit.
Quo vero miraculo ostendit quam dig-
num sit matrimonium. Aqua enim vilis
est, vinum preciosum. Sic opus car-
nale absque matrimonio vile quidem
est opus. Opus vero matrimonii
absque peccato sunt. Unde infelices sunt
concubinarii qui aquam fetidem
vino precioso eligunt potius vo-
lentes exercere opus illud contra
matrimonium cum peccato quam in ma-
trimonio sine peccato. ¶ Infelices etiam
illi sunt qui vinum bonum corrumpunt
et relinquunt illud pessimo
pravo et felle mixto. Hii sunt
illi qui proprias uxores habent
et aliis adherent (alienis). Ubi inveniunt
ubi concubinarii quod opus illud beata
virgo in domibus suis ...erint

diabolus in domibus eorum potius
inhabitat cum de corporibus suis
sacrificia faciunt. Sicut enim qui
continentes vivunt sacrificant
sua corpora deo iuxta illud Ro.
Obsecro vos per misericordiam dei ut exhi-
beatis corpora vestra hostiam vi-
ventem sanctam deo placentem.
Sic qui luxuriose vivunt corpora
sua sacrificant dyabolo. Quomodo
habitat deus ubi exercetur opus
illud quod plus deo (?) facit et angelis
eius quam aliquod factum hominibus
faceret. ¶ Certum est excellens
benedictio quam ecclesia facit con-
iugibus iuxta altare ad missam
de presentia dominici corporis.
Cum [illegible] vult esse concubina
quam legittima marita esse potius
vult habere maledictionem quam
benedictionem quam deus est in peccato
maledicta est quod quis agat in
[illegible]. Nolunt maledictionem et elon-
gabitur ab ea. Concubinarii
dicuntur velle maledictionem
et merito illam habebunt sicut
enim illud eis [illegible] Discedite a
me maledicti in ignem eternum.
Hiis autem qui se bene habebunt
in matrimonio dicetur eis Venite
benedicti patris mei. ¶ Certum
est preciositas fructus qui in ma-
trimonio sequitur generantur
inde filii huius seculi qui postea per
adoptionem filii dei fiunt. Generan-
tur inde virgines. Unde si virginitas
multum amanda est et matrimonium
multum amandum. [illegible] Laudo coniugium
quia virgines generat. Lego de spinis
rosam de concha margaritam.
Unde infideles sunt mulieres que
operi carnali intendunt et tantum
quod conveniendum se omnibus ita se
inquinant quod non sunt digne
quod deus det eis fructum prolis

Samus dicit in die iudicii si quaeratur ab eis ubi sunt nati eorum, quos decipi... respondebunt quod eos occiderunt et proiecerunt. Enim se omnibus quasi suffocavit eos. ¶ Octavum est quod matrimonium est unum de septem sacramentis. Decretum: Si quis in aqua baptismi lectum praeparet vel alio modo sacramento baptismi contumeliam faceret, non esset parum culpabilis; sic nec minus culpabilis est qui adulterando sacramento matrimonii contumeliam facit. Magna enim est virtus matrimonii, quae per hoc patet quod opus carnale quod sine eo esset mortale, cum eo est veniale vel omnino sine peccato. De modo contrahendi.

Sequitur de modo contrahendi matrimonium. Secundum ergo quod ille qui vult contrahere matrimonium primo debet habere intentionem ad deum, scilicet ut contrahat desiderio generandi filios secundum carnem qui postmodum fiant filii dei per adoptionem. Illis enim qui deum excludunt ab intentione sua potestatem habet daemonium. Thobie vi. Dixit angelus Thobie minori: eos qui coniugium ita suscipiunt ut deum a se et a sua mente excludant, et suae libidini ita vacant sicut equus et mulus quibus non est intellectus, habet super eos daemonium potestatem. Et in eodem capitulo: ... cum timore domini et amore filiorum magis quam libidinis ... Item octavo eiusdem: Dixit Thobias minor: Domine tu scis quia non luxuriae causa accipio sororem meam coniugem, sed sola posteritatis dilectione in qua benedicatur nomen tuum in saecula saeculorum. ¶ Secundo debet eligere uxorem similem sibi: si nobilis est, nobilem; ignobilem, si est ignobilis. Genesis: Faciamus ei adiutorium simile sibi. De costa viri formavit deus mulierem, ne posset unus contra alterum gloriari se esse de nobiliori genere. Nec formavit deus mulierem de capite, ne crederetur formata ad dominationem, nec de pede, ne crederetur subiacenda servituti, sed de medio, ut habeatur tamquam socia [illegible]. Si qua velis apte nubere, nube pari. Paritas ista non solum attendenda est quantum ad nobilitatem sed etiam quantum ad [illegible] et similitudinem. Qui enim iuvenis et puella nubit seni et deformi, hic enim oppositum et a dulcedine efficitur. Paritas ista bene in anulo ostenditur: qui si strictior sit digito non congruit, si laxior non sedet. Sic se habet inter coniuges: si sint dispares, quia vel simul manentes non sunt concordes vel unus alteri decedit. ¶ Tertio ut cum tali contrahat quae sit de progenie bona; non debet ducere filiam usurarii vel raptoris. Haec enim fuit una causa diluvii: videntes enim filii dei filias hominum quod essent pulchrae, acceperunt uxores sibi ex omnibus quas elegerant. Genesis vi. Filii dei vocabantur de stirpe Seth, filii hominum de stirpe Cain. ¶ Quarto quod persona cum qua contrahit sit bona et prudens, quod est unum de magnis donis dei. Proverbiorum: Domus et divitiae dantur a parentibus, a domino autem proprie uxor prudens. Decretum: Gratia super gratiam mulier sancta et pudorata. ¶ Quinto non ducat aliquam suam consanguineam usque ad quartum gradum; in hoc gradu vel ultra quantumcumque ducere. ¶ Sexto ne ducat consanguineam mulieris illius quam carnaliter cognovit. ¶ Septimo ne ducat illam quam ipse vel quae eum de fonte sacro levavit vel in confirmatione, vel quae eum ad confirmandum episcopo praesentavit, vel quam pater eius vel mater de fonte sacro suscepit vel etiam in confirmatione episcopo praesentavit. Filiam sacerdotis qui eum baptizavit ducere non poterit, nec filias sacerdotis illius qui patrem suum baptizavit ducere

poterit. Item intellige de muliere uel viro
qui puerum in necessitate baptizauit
qui tamen coniuges matrimonium contrahere
non possunt. nec aliquis puerorum
suorum commatrem uxoris tue. nec etiam
puerum illum propter quem facta est com-
paternitas. mortua uxore et mortuo
viro commatris tue uxorem ducere non
potes. Similiter uxor tua compatrem
tuum, nec etiam puerum propter quem facta
est compaternitas, si uxor compatris
tui mortua fuit et tu mortuus
fueris ducere non poterit, et hoc quia
vir et mulier vna caro sunt. Item
si aliquam polluisti per adulterium
tu insuper fidem dedisti quod mortuo
marito eam duceres in uxorem
tamen eadem mortuo suo marito ma-
trimonium contrahere non potest. Sed
etiam adultera de tua consciencia
virum occiderit maritum suum occiderit
uel tu de eius consciencia virum occi-
deris eam ducere non poteris. Item si
mulieri habenti virum fidem de-
deris quod mortuo suo eam ducas. quam
tamen carnaliter non cognouisti, si
maritus eius mortuus fuit eam du-
cere non poteris. Item si aliquam mulierem
duxisti tibi de qua non constat quod virum
legittimum habeat viuentem. duxeris
in matrimonium et medio tempore maritus
eius mortuus fuit, tamen cum ea non poteris
saluari. Item si mulier duxerit virum
qui fuerit hic uxorem superinducentem,
mortua sua uxore tamen eo commanere
non poterit. Preterea si aliqua aliquem
uel aliquis aliquam bona fide duxerit
credens eum solutum uel ipsam ex-
solutam, non tamen habeat uxorem
uel ipsa virum viuentem decipi-
ens in statu dampnationis est. Sed
alter huius bonam fidem commanere
debet quousque inconueniens fuit pro-
batum. Sed ante ante tempus pro-
bationis uxor decepta uel maritus
deceptus mortuus fuit decipienti debet
decipiens et ad commanendum quia
fraus et dolus nulli debet patrocinari.
Unde vir volens ducere uxorem debet
ducere solutam, et mulier volens
ducere virum debet ducere solutum
et non in sacris ordinibus constitutum
nec aliquem religiosum. aliquam
professionis uel votum sollempne
emiserit. Item vir non ducat ipsam
monialem uel que votum sollempne
emiserit. Clemens contra ista fe-
cerint debent separari. Caueant etiam
debent viri ne aliquo modo ducant
beginas que licet non sint alicuius
professionis uel professe alicuius ordi-
nis tamen deo promiserunt castitatem.
Unde si inconueniens fuit et imprudenter
consilio bono egent et maturo.

Quando opus carnale sit licitum
uel illicitum

Sequitur videre de opere carnali
quando sit licitum uel illicitum. licitum
enim est opus matrimonii quando
sit excerceri sine omni culpa et etiam
meritorie in tribus casibus. Primo
est enim sit causa prolis suscipiende
et ad cultum dei educande. Secundo
est cum petenti redditur debitum.
Augustinus reddere debitum coniugale
nullius est criminis. Unde apostolus vir
uxori debitum reddat similiter et
mulier. Tercium est cum aliquis exigit
opus illud ut caueat compari suo
ne in peccatum cadat ut cum aliquis
sciens uxorem verecundam esse et
nunquam petituram debitum et timet
de casu eius debitum exigit in hoc
casu manet pietas. Si vero ali-
quis nec exigat illud opus ut im-
pleat voluntatem sibi sua carnalis
concupiscencie satisfaciendo, culpa est
ibi. quandoque venialis quandoque mor-
talis. Venialis quando concupiscencia
ita est subiecta racioni quod
non cognosceret eam nisi esset vx-
or sua. Mortalis vero quando
est immoderata et effrenata quod non
cognosceret eam licet non esset sua

in hoc casu intelligitur illud ii
bum quod dicit glo. sup. i. Cor. vii.
omnis vehemens amator proprie
uxoris adulter est. Jero. sup. Mt.
conubia legittima carent peccato
non enim tempore illo quo con
iugales actus geruntur sancti spiritus
presencia dabitur. et si propheta esse
videatur qui officio generacionis
obsequitur. ex quo enim opus illud
propter aliquam predictarum causarum
inchoatur et non propter delectacionem
delectacionis et delectacio manet in
sua fines suos. si in veniali nec
trahitur racio ut delectacionem con
senciat. ~~nec est delectacio consen~~
~~ciat~~ nec est delectacio illa peccatum
in deliberate mortale licet veniale vi
cariat. ¶ Septem requiruntur
ad hoc ut opus carnale fiat
sine culpa et habeat meritum.
Primum est ut non fit in organo dis
simili sicut fecerunt illi de quibus
dicit apostolus Ro. i. nam femine eorum
immutaverunt naturalem usum in eum
usum qui est contra naturam similiter
et masculi relicto naturali usu
femine exarserunt in desideriis suis
invicem masculi in masculos tur
pitudinem operantes. ¶ Secundum est
ut fiat modo bestiali si modo quo
decet naturam racionabilem modo
scilicet idoneo infusioni seminis quam
enim ad vivum. et recepcioni seris
quantum ad feminas. contra hoc
vero est illud peccatum contra naturam
quod committunt inverecunde conjuges
de quibus dicens mulieres inhonestam
eam esse, supergresse viri abute
bantur. ¶ Tercium ut persone
inter quas hoc opus habet fieri
non sic se habeant quod una sit re
dex aqua alia processerit. i. ne sint
consanguinei. hoc peccatum exemplo
brutorum animalium nobis dissua
detur. sicut legitur in libro de

natura animalium quod camelus eo
pro capite matris eius super eam
saltavit et operimento sublato ma
trem cognoscens turpitudinis quod
quod increpat incrupta descendit
et ingeniatorem interfecit. similiter
cum fieret equo et matri eius
cognoscens matrem suam propriam
subito fugit. ¶ Quartum est ut illud
opus deceatur inter personas que
sint unite singulariter unica vero
unice debet esse hec singularitas uni
tas in anulo ostenditur quem manum
digitum capit. ¶ Si quis tamen
obiciat quod unus debet multas habere
ut sic multiplicentur cultores dei
cum unus homo sufficiat multas
fecundare. Respondendum est quod deus non
tam attendit multiplicacionem humani
generis quantum ad numerum quantum
attendit multiplicacionem ergo adinve
nitum. cum frequencius qui generantur
non sunt veri cultores dei. primus
enim quem genuit Adam vero Cayn
malus vir pater quod eciam genuit
imitatorem diaboli quam cultorem
dei. Ysa. Eccl. xv. non concupiscit
deus multitudinem filiorum infide
lium et inutilium. Ysa. dus dicit
venient dies in quibus dicent beate
steriles et ventres que non genu
erunt. licet paucissimi essent cul
tores dei tempore primorum parentum
tamen noluit dominus ordinare ut
Adam haberet duas uxores simul
ut sic eciam multiplicaretur genus
humanum, posito quod homo sufficiens
est multas fecundare vir sufficiat
uni et uni vivens sine periculo tunc
eius necessaria providere. ¶ Si quis
vero obiciat quod saltem in principibus
qui sufficiunt providere ~~uxori et~~
~~filiis suis~~ multis colleccionem certum
quod unus habeat plures. Dicendum
est quod frequencius isti minus sufficiunt

prouidere uxori et filiis suis sine pe-
riculo animarum suarum. Cum aly ue-
ro multiplicato dominorum destruc-
cio est terre multiplicatis here-
dibus sequitur diuisio regnorum
quam consequitur desolacio eorum
Luc. Omne regnum in se diuisum de-
solabitur. Multiplicatis enim princi-
bus multiplicantur mala. Sicut econtra
quando aliquis princeps habet di-
uersas uxores successiue. Vix est pax
inter filios qui sunt a uariis uxori-
bus. Vix perfecta pax posset seruari
si unus plures haberet. Conquesta est
Sara Gen. xvi quod ancilla sua Agar
contempneret eam cum ipsa ei uxo-
rem commendauerat. Et Lya dixit Ra-
cheli Parumne tibi uidetur quod pre-
ripueris maritum meum nisi i-
am et mandragoras filii mei tuleris
Gen. xxx. Contra singularitatem est
peccatum adulterii. Secundum est ut eli-
gatur tempus in quo illud opus
liceat exercere. Abstinendum est enim ab
illo opere tempore menstruorum
Leuitici. Si coierit uir sanguis
menstrualis immundus erit et eius
ad mulierem que patitur menstrua
ne accedas. Et dicit Aug. ergo [?]
abstinendum est ab illo opere propter
prolis corrupcionem. Et Ieronimus dicitur [?]
Ita tunc concipiunt membris dampna-
ti ceci claudi et leprosi. Item ex-
spacio Aug. inter dies processionum
et ieiuniorum aliqui non licencient [?]
quia etiam aliter abstinendum
ut facilius impetrari possint que
postulantur. Item tempore quo uxor
est grauida. Vnde elephas pregna-
tam feminam non tangit in libro
de natura animalium. Sextum est
locus sacer ut caueatur. Non est
non est exercendum opus illud
in loco sacro. De temperancia
delectacionum trium sensuum

Sequitur de temperantia uisus
et auditus et olfactus. De
temperantia uisus nobis
suadet scriptura Eccl. ix Ne respi-
cias mulierem speciosam. De restric-
cione uisus et auditus habetur
Ysay. Qui obturat aures suas
ne audiat sanguinem et clau-
dit oculos suos ne uideat malum
iste in excelsis habitabit. Visus et
auditus uidentur habere curio-
sitatem insaciabilem. Eccl. i. Non
saciatur oculus uisu et auris au-
ditu non implebitur. Et non solum
quod auditus acquiratur est restringendus
Primo ~~anime~~ cantibus [?] instrumentorum
Ysay. Cythara et lyra et thybia
et tympanum et uinum in conuiuiis
uestris et opus domini non res-
picit. Antigonus Alexandri pe-
dagogus cytharam eius fregit ad
iecitque dicens Etati tue iam
regnare conuenit pudeatque in
corpore regni uoluptatem lenocinii [?]
dominari. Secundo a lasciuo can-
tu uel colloquio mulierum. Eccl.
Cum saltatrice ne audias illam
ne forte pereas in efficacia illius.
Ibidem dicitur Cum muliere aliena
colloquium illius quasi ignis
exardescit. Tercio a malis ser-
monibus Eccl. Sepi aures tuas
spinis et noli audire linguam
detrahentem. Quarto a bonis uerbis
que adulatores solent hominibus
ad memoriam reducere. Sen. Si
continens es adulationes euitas
sitque tibi tam turpe laudari ob
turpia. Olfactus autem temperandus
est suauitate odorum. Vnde scriptum [?]
Ysayas. Erit pro suaui odore fetor
sulphur. In psalmo. Ignis sul-
phur et spiritus procellarum

Sequitur de virtute fortitudinis

Dicto de temperantia dicturi sumus de fortitudine, quam sic describit Augustinus: Fortitudo est amor facile omnia tollerans propter id quod amatur. Hec virtus multum competit statui in quo sumus modo, cum iste est totus laboriosus et certaminis plenus in vita presenti valde est necessaria nobis. Job: militia est vita hominis super terram. Unde illa pars ecclesie vocatur que fortitudine debet induta esse, militans. Ysay. Induere fortitudine tua Syon. Si sine fortitudine sit necesse habet fugere hostes suos tamquam inermis. Levit. abicient abiecerunt absque fortitudine ante faciem persequentis. Tres sunt partes fortitudinis, scilicet securitas, patientia, perseverantia. Per has tres partes fortitudinis primo securitati repugnamus. Securitatis officium est contra aspera fortiter solacium dare. Seneca solatus Senece Theonem inquid et respondet hac conditione intravit ut exiret. Moriet gentium lex est quod accepisti reddes morieris. Stultum est timere quod vitare non possis. Ysid. non effugit etiam qui distulit. Moici nec primus nec ultimus omnes antecesserunt te omnes te sequentur. Securitatem habent contra timorem mortis. Prima est quod ipsa hostem nostrum familiarem occidit, scilicet corpus, vitiis carnis concupiscit adversus spiritum. Sap. Nulla pestis efficacior ad nocendum quam familiaris inimicus. Secunda est quod finem imponit peregrinationis laboriose et lamentationibus plene. Bern. Quid enim est vita mortalis nisi via, et qualis sit fratres mei perpendite lassari in via et viam velle finiri. Iste mundus presens laborantibus plenus est enim luctu agitur et tamen cum lacrimis amittitur. Eccli. Melior est mors quam vita amara. Tertia est quod lentum quem de tempore generis humanorum vitio sumus nobis occidendo deportarum optimum nobis restitui facit. Sicut vacui corporis est ab hoc quod opprimi desiderat Paulus. Ro. vii. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius. Tribulans timet miles amittere equum suum. Prima est quia non est causa emendata, scilicet servus dei securus est de emenda quod mortem. Ambrosius: Mori non timeo quia bonum dominum habeo. Et ii Machab. Dixit unus de septem fratribus: Bone memorie est e celo in quid ista possideo sed propter legem dei despicio quia me ea recepturum spero. Secunda est quia timet capi amisso equo, scilicet servus dei capi non timet amisso equo quia per mortem de manibus inimicorum est liberatus. Psal. laqueus contritus est et nos liberati sumus. Tertia causa est propter equi bonitatem; hac de causa servo dei non est timendum quod equus iste, id est corpus suum, ab eo vitiosum est ut optandum sit suo spiritu ab eo opprimi. Quarta est frequens mortalitas. Tullius: non est lugenda mors quam immortalitas consequitur. Eccl. Melior est dies mortis die nativitatis. Et hoc duabus de causis. Prima est quia mors est egressus a miseria, nativitas vero ingressus in miseriam. Melior est egressus a miseria quam ingressus. Sap. Mors bona si non est fumus

tamen illa malorum est Bern. Mors
malorum omni timendum. Est est
quia mors est porta glorie ser
uis dei ipsa est inchoacio beate vite
vnde natiuitas mortis maior est
quam sit natiuitas secundum corpus.
et ideo transitus sanctorum natale vo
catur ab ecclesia Ps. preciosa
in conspectu domini mors sanctorum
eius. vere preciosa quia regni
eterni principium. Diuisio securi
tatis Prima est commendabilis et
qua prius. Securitas mens est
nisi quam ium ad securitatem
tria valent Primum est puritas
consciencie consciencia pura merito
secura a peccato purgata sit propter
quod solum uel maxime timendum
est Bernardus O vita secura vbi con
sciencia pura vbi absque formidine
mors expectatur immo desideratur
cum dulcedine. et excipitur cum deuo
tione Secundo valet contemptus bono
rum transitoriorum Seneca Magna securitas
cordis aliena non querere Aug.
Nemo securus est in hijs bonis que
potest inuitus amittere. Veritatem autem
et sapientiam nemo amittit inuitus
qui bona transitoria contempnit ma
la pene transitorie non metuit
Tercio valet integer amor eterni
boni bene super illud Prouerbiorum xxviii.
Iustus autem quasi leo confidens ab
sque terrore erit dicit Glo. Iusti secu
ritas bene comparatur cum quas
sibi aduersitates insurgere conspi
cit ad mentem sue confidenciam re
dit et scit quod vincat quia illum
diligit quem nemo inuitus amittit
Secunda est reprehensibilis secu
ritas temeraria ut securitas est eorum
qui ita sunt securi in mari tempore
quasi iam essent in portu
et ita securi cum bellum adhuc
durat quasi iam triumphassent
Bernardus Vnicum est securitas nec

in celo nec in paradiso multominus
mundo Angelus in celo cecidit sub
presencia diuinitatis Adam in paradiso
de celo voluptatis Iudas in mundo
de scola saluatoris Ps. Nulla secu
ritas est vicino serpente dormire
Greg. Sancti viri sic absque se
ita ut semper sint tam contemplacione
suscepti Item securitas reprehensibi
lis est eorum qui mala facta non
preuiderint De securitate talium
Iob Domus eorum secure sunt et
in pace et ducunt in bonis dies
suos et in puncto descendunt ad infe
ros De inpunicione talium Prouerbiorum
viri mali non cogitant iudicium
De securitate talium Ecclesiastes Quia
non profertur contra malos cito
sententia filii hominum absque ti
more vllo perpetrant mala Ex
ciuitatem cum inprudencia he
bat tamen dum est stulte et noctem
reputent aliquam ante annum ...
Item illi de quibus dominus Luce
xvii. edebant et bibebant vxo
res ducebant et dabantur
ad nupcias vsque ad diem qua
intrauit Noe ad archam et ve
nit diluuium et perdidit omnes
Et modo simile factum est in diebus
Loth edebant etc. et pluit ignis
et sulphur de celo et omnes perdidit
et i. Thess. cum dixerit nunc pax
nunc securitas tunc repentinus eis
superueniet interitus Sequitur
videre de paciencia
Sequitur de paciencia que
sic describitur Paciencia
est equanimis malorum illatorum
tollerancia. Vera paciencia est qui inimici
aliena mala portat et contra eum
qui ~~irrogat~~ irrogat mala nullo
dolore mouetur per pacienciam vincat
hoc tria Primo per securitatem suos
ut patet in beato Vincencio qui di
cit Dacianum vbi dixit videbis me

plus posse dum torquetur quam poss
et qui torquet. Item de vilonus dom
nt legitur et quod ~~in vene qui~~
~~mintanus quosdam~~. Beate mona
cho heremitam cum quidam homo
malo arreptus spiritu fortiter i ma
xilla percussisset et ipse mox alteram
prebuisset diabolo statim recessit.
Simile de filia cuiusdam legitur.
In mari demonium habente, quam cum
quidam discipulus sancti benedicti misisset ad
domum in qua ipsa erat puella ad
monasterium, dedit alapam ei ille mo
nachus mox aliam prebuit et demon
tante (?) clamavit, quod violencia
dei expelleret eum et statim curata
est puella. Tercio vincit ho
stem quod genus vincendi est carissimum
est etiam nobilissimum. Proverbiorum: me
lior est vir paciens viro forti et qui
dominatur animo suo expugnatore
est urbium. Gaudent maxime
videntur gloriari in hiis que sunt
paciencie. Apostolus ad Corinthios autem
absit gloriari nisi in cruce domini nostri
ihesu christi. Tribus de causis electi glori
antur in tribulacionibus. Prima est
quia viros strenuos magis decet
tribulacio quam prosperitas sicut
militi gloriosum est esse in certami
ne quam in balneo. Boecius vir sapiens
moleste ferre non debet quociens
in certamen fortitudinis adducitur.
Secunda est quia in hoc assimilatur
christo. Cum assimilari glorie magne est.
Ecclesiastici gloria magna est sequi christum.
Sicut ornata gloria sponse assimilari
sponso. In hoc gloriosa (?) est cum
christo portare obprobrium. Gloriosum enim
est militi deferre arma regis. Sic
gloriosum est cum militi deferenti sti
gmata christi. Ad Galatas vi: Nemo mihi
molestus sit, ego enim stigmata ihesu
christi in corpore meo porto. Tercia
est quia tribulacio pendit pacia (?)
magnum donum. Hec que paciunt sunt

Persecutores. Nullus adeo utiliter ser
vivit beato vincencio ut dacianus
fabricando sibi coronam eternam.
Item estus et yemps omnia adversa
mundi, sterilitas agrorum implet
eius arcam, sterilitas vinearum celaria.
Fures et raptores et alia hominibus
noxia. Item mors servit ei bene
bonum (?) carcerem corporis confringendo,
chorus clavis regia est, quam deus
exhibet ad liberandum amicos suos
a carcere corporis. Per pacienciam
homo dominatur sibi ipsi. Luce: In
paciencia vestra possidebitis animas vestras
quia ipsa cohibet hominem interiorem
ab illicito appetitu vindicte. Item
exteriorem linguam cum cohibet et
continencia manum a violencia. Un
de dicitur: Gregorius nos non potest
tenere linguam suam. Sic de hoc
modesto in libris continentum dicitur
quia potens est cohibere et interius
et exterius ab hiis que pertinent
ad vindictam et quatenus ad hoc
paciens dicitur animam suam possidere.

De hiis que iuvant pacienciam

Est notandum quod duo adiuvant
pacienciam. Primum est oracio.
Unde dominus appropinquante
tribulacione passionis discipulos
monet ad oracionem: Vigilate inquit
et orate ne intretis in temptacionem.
Psalmus: Clamaverunt ad dominum cum tri
bularentur et misit eis sal
vatorem qui liberaret eos. Secundum est
meditacio que prevenit tribula
cionem et adversum preparat. Quia
preparatus ad tribulacionem dividi
potest in quinque partes quarum prima
vocatur tria exempla. Cohibet sub
dividitur in tres partes. Prima
est circa malos qui tot et tanta
paciuntur ut peccata sua perficiant
qui cottidianis temptacionibus cruciati
inveniuntur et cum Sapiencie v° verba pre
tantur complanati lapidibus et in
fine illius inferi et tenebre et

pene. Libenter debent sustinere boni p-
dicta bonitate que sustinent mali pro
morte eterna ¶ Secunda est ista illos
qui pro minimis bonis transitoriis
tot et tanta sustinent Iacobi v
Ecce agricola expectat preciosum
fructum terre pacienter ferentibus do-
nec accipiat temporaneum et seroti-
num. pacientes estote et vos confirma-
te corda vestra quia adventus domi-
ni est seu appropinquat ¶ Tertia ista
bonos Thobie ii hanc temptationem p-
misit dominus evenire illi ut poste-
ris daretur exemplum pacientie eius
sicut et sancti Iob et quoniam non est
contristatus contra deum quod plaga ce-
citatis evenerit sibi Ps. omnes sancti
sine paciencia coronati sunt. anima-
bilis esse non sunt desunt iniquitas
premens et iusticia paciens facta
deducunt patrum quod sederemus et ve-
rerunt gravia que toleramus sunt ex-
empla sanctorum patrum est quod apostolus
Hebreos xii Recogitate eum qui talem
sustinuit a peccatoribus contradictionem
adversus semetipsum ut non fatigemini
animis vestris deficientes Gregorius Si
ipse venit sine flagello non exigit
qui sine peccato venit quo flagellis
digni non erimus qui hinc cum peccato
venimus ¶ Item si passio domini ad
memoriam revocetur vel adeo dure
quod non equo animo tollerabitur san-
guinis elephantis ondebatur uve et
mori ad acuendum eos in prelio I
Machabeorum vi et dominus ondidit ma-
nus et latus discipulis tribulacione
posita ¶ Quarta visitatur ista ea que sa-
timus [illegible] fratres Joseph dicebant me-
rito hec patimur quia peccavimus
in fratrem nostrum Michee vii ¶ Iram
domini portabo quoniam peccavi ei ¶ Ter-
tia visitatur ista ea que meruimus
Gregorius leve quod videtur quod nisi
a percutimur dum in actione iniquitatis
conspicimus quod peccatum est quod meruimus
¶ Quarta visitatur ista peccatores

quia licet persecutor impiorum filios
dei pugnat cum insultu mellifi-
cat Ezechiel iii vo ¶ Sermonem [illegible] me
sicut dicit apes et si infixerant pun-
ctionis dolorem. afferunt tamen quod
infixerunt mellis dulcedinem ¶ Sunt
cumulati sunt persecutores et tollera-
re punctiva ad tempus propter io-
cunditatem que eam sequitur Ecclesiastici
i usque ad tempus sustinebit paciens
et postea reddito iocunditatis Gregorius
¶ Illic dulcia appetimus necesse
est ut hic pro his amara tolleramus
¶ Quinta visitatur ista tribulaciones
In hac meditatione tria attenden-
da sunt ¶ Primo quanto sit tribulacio
ado enim est Ecclesiastici xi bona et mala
vita et mors paupertas et honestas
a deo sunt enim cum ipsa sit a summo
bono indubitanter ipsa est bona et
amanda ¶ Ipsa est munus datum ab
ea qui amantissimus est vel certa
habenda est ¶ Solent homines cara
habere que dantur eis ab amican-
tissimis suis licet sint parvi valo-
ris Io. xviii Dicit dominus petro calicem
quem dedit michi pater non vis
ut bibam illum ¶ Tribulacio potio
est data a sapientissimo et fidelissimo
medico Unde non est timendo a summo
deposita quo enim decederet qui sa-
pientissimus est et fidelissimus I Cor. x
fidelis deus qui non pacietur vos
temptari supra id quod potestis ¶ Secundo
quod non solum est a summo bono sed ista
in summe bono sint Augustinus ¶ Omnia
terrena contempsit bona homo xpus
ut contempnenda monstraret et
omnia terrena mala sustinuit que
sustinenda precipiebat ut nec in illis
quereretur felicitas nec in istis timere-
tur infelicitas ¶ Tertio quod ad summum
bonum ducit et ideo indubitanter
est bona Gregorius ¶ Mala que nos
hic premunt ad deum nos ire com-
pellunt Facte deus proinultas

tribulaciones oportet nos intrare ad regnum celeste. Et nondum quamvis tribulacio sit bona sicut amaricia ypia non est preciendi ut faciunt quidam symee similes ascendentes in arborem nucis inimicos ama ritudinem incorticis fructus percipit et ideo non gustat de dulcedine in terius. Sunt aliqui infelices tribulaciones patiuntur tamen ex amaritudine sen tiunt Sapiencie iii° Spem autem et dicta plurimam qui habitum infelices sunt reddenda est potius quadrupla ca

Prima consideracio eternorum suppliciorum que falsa est pungit ca generat in timorem. Credit dominus timencia bus significacionem ut fugiant a fa cie arcus. arcus iniquum divini indicii huius significacio est tribulacio quia homines futura mala non timent Ideo dominus adhibet presencia mala ut velint nolint doluit et dolor presencium inducat timorem futurorum

Secunda est consideracio eterni premii hec est quasi aromatica. Gregorius Consideracio premii minuit vim flagelli. Tercia est consideracio passionis Christi. Unde apostolus Si com patimur et conregnabimus. Quartus socii apud socium tribulacionis admonicione. paciencia sua etho ceteri sanctum confitens meruit la tro eadem die cum eo sunt in paradiso

Tercia est multiplex tribulacionis utilitas. Sunt enim septem utiles effectus secundum septem proprie tates ignis. Primo ad modum ignis illuminat. Gregorius Oculos quos culpa claudit pena aperit hec illuminacio signata est in illu minacione Thobie que felle po sito super oculos eius visum recepit Thobi xi° In amaritudine fellis intellige amaritudinem tribulacio nis. Secundo emollit ut ignis

ceram vel omnino liquefacit ut ignis metalla dura. Job xxiii° Deus emollivit cor meum. lique facta tamen perit cera modico igne emollitur et veterem ymaginem deponit et novam recipit. Sic corda non multum indurata mo dica tribulacione emolliuntur et vetustatem viciorum deponunt et no vitatem virtutum assumunt. Corda vero dura non liquefiunt ad ignem tri bulacionis nisi sit tribulacio magna mortem inferens vel continua. tunc vetustatis viciorum deponuntur et et corda parata sunt suscipere in omnem mo dum et formam. Parate vivendi se cundum sacerdotis mandata. tunc fit ibi felix commutacio deponuntur vasa enim ignominie commutantur in vasa glorie. et filii dyaboli efficiuntur filii dei. Proverbiorum xxv° Aufer impios et non erunt. Tercio homines roborat sicut roborat ignis latem que tamen redditur conburitur. Ro. v. Tribulacio pacienciam operatur. tribulacio robo rat sanctos et indurat ut dentes leonis infernalis qui sunt heretici malorum suggestiones detractores et persecutores nichil possint in eos.

Quarto dissolvit et quasi adnichilat vincula amorum quibus aliquis ligatus est mundo. Licet enim modica utilitas sit precio amicus amore tamen totum et solum malum sit hominis amor mundi nisi diligamus. Augustinus Gregorius Ipse mundus dum tot amaritudinibus cruciat dum tot calamitatibus incre minat quid aliud nisi ut non a metur clamat. Nisi tribulaciones essent homines deum oblivisserentur bonis temporalibus contenti. Gregorius Electos suos deus iter asperum facit ne dum delectantur in via obliviscantur eorum que sunt in patria. Baruch iiii° Delicati mei am bulaverunt vias asperas. Tribulacio

est debet absinthium quo hyemi sunt
parvuli specialiter a temporali consola
cione separatur sicut pueri aliqua
amaritudine a lacte separari solent
¶ Quinto hominem probat unde thobie
dictum est quia acceptus eras deo
necesse fuit ut temptacio probaret
te. Gregorius Nemo vires suas in
pace cognoscit, si bella desunt vir
tutum experimenta non prodeunt. Idem
Nemo quippe quantum valeat adver
sa cognoscat ¶ Sexto purgat sicut
¶ Flagellum granum quasi lima
ferrum quasi fornax aurum hec tribulacio
virum iustum. Et de qua bene potest
dici illud Ieremie vi frustra con
flavit conflator, malicie enim eorum
non sunt consumpte argentum re
probatum vocate eos quia dominus
proiecit eos ¶ Septimo ad modum
ignis desiccat preter predictos effectus
facit tria bona. Primum est quia ho
minem excitat ut deum requi
rat Ysaie xxvi° In angustia
requisierunt me Psalmista Imple faci
es eorum ignominia etc. Secundum
est quia incutit homini timorem
Bernardus Domine deus tam asperre punit
nisi nos parcit. Iob iii Tempus
est ut incipiat iudicium a domo
domini, si autem primum a nobis.
quis finis eorum qui non credunt
evangelio ¶ Tertium est quia ondit
qui sunt filii dei unde apostolus Si
extra disciplinam estis cuius participes
facti sunt omnes ergo adulte
ri non filii estis Augustinus Si excep
tus es a passione flagellorum excep
tus es a numero filiorum. Electi quinimmo
timent ne dilectio que superna
in fine gravior sequatur sed pre
sens correctio ne deficerent a deo
dolorem vulneris salutis medicinam
putant gaudere debet infirmus cum

videt celestem medicum intromitte
re de eius infirmitate. Et ex hoc spe
rare salutem. Illi qui in omnibus in
hoc mundo prosperantur sunt de illis
infirmis desperatis cui nil quod petit
denegatur. Gregorius Desperatis egris me
dici quodque poposcerint dari precipiunt
et eis qui recuperari possunt ad sa
nitatem que appetunt dari con
tradicunt. Tribulacio presens vertetur
electis in gaudium ita quod prima
gutta tribulacionis erit quasi
mille modii. Iohannis xvi Vos contri
stabimini sed tristicia vestra vertetur in gau
dium. Item tribulacio est porta regni
celestis Actuum xiv per multas tribula
ciones oportet nos intrare in regnum
celorum. Tria debet homo pa
cienter sustinere correctionem dei
diaboli impugnacionem hominum
persecucionem

Notandum quod ad pacienciam pertinent
tria. Primo enim debet homo
pacienter ferre dei correctionem
Dei correctio est egritudo corporis
que cum gaudio recipienda est quod
utilissima, multum debilitat hostem
familiarem scilicet corpus et subdit spiritui
Cum enim infirmor tunc fortior sum
et potens ii ad Corinthios xii° Gaudere
debet qui infirmatur in hoc quod vilis
domicella incipit destrui cum spe
hanc domum ruinam se habiturum in celis
ii Corinthios v° Scimus si quomodo
terrestris domus nostra huius habitacionis
dissolvatur, quod edificacionem ex deo
habemus non manu factam sed eter
nam in celis. Secundo debet pacienter
ferre diabolicam impugnacionem cum im
pugnacio nobis utilis est quia
cum temptacio superatur imperii
honorem acquirimus, et in futuro
gloriam. Unde legitur de beato Anthonio
quod cum quadam nocte a demonibus esset
laceratus subito quidam radius lucis

venit et demones ac tenebras effuga-
vit. statimque senatus intellexit ypm
esse presentem et dixit ubi eras ihesu bo-
ne ubi eras et quare a principio non
affuisti ut curares vulnera mea. Et
vox ad eum dixit. hic eram sed expec-
tabam videre certamen tuum. tu autem quia
viriliter dimicasti in toto orbe statim te
faciam nominari. Jaco. i. Beatus vir qui suffert
temptationem quia cum probatus fuerit accipiet
coronam vite. Tho. iiii. hic habet peccator
omnis qui colit te. quia vita eius si in pro-
batione fuerit coronabitur. Quot autem
modis dyabolus nos impugnat. Notandum
quod modi quibus nos dyabolus impugnat multi
sunt et infiniti. Unde Paulinus episcopus
Augustino. hostes noster cui mille nocendi sunt
artes cum variis impugnandi est telis
qua impugnat insidiis omne studium est
dyaboli ut precipitet hominem in peccatum
et hec multis modis. Primo suadet quod te-
meritas est et presumptionis. unde mulierem
mentiri ad hoc ut incideret facta sui
prioris et dementatione paperent dicens
Cur precepit vobis deus ut non co-
mederetis de omni ligno paradysi. Se-
cundo impugnat eos mediante vitium unde
mulieri propter eius transgressionem mentitus
dicens. Nequaquam moriemini. Et math. iiii.
Hec omnia tibi dabo si cadens adora-
veris me. Jo. viii. Ipse mendax est
et pater eius. Quando ipse aliquem decipe-
re vult in peccatum ipse permittit quod cito resur-
get. Ysa. v. Dixerunt anime tue
incurvare ut transeamus. Unde Ieronimus
aliquando dicitur incurvare ut transeamus
non est enim transitum sed graviter obpres-
sum. hiis vero qui sunt in peccato lon-
gum tempus permittit. que remissio
nequissima est et multos perdidit. Et
notandum quod dyabolus tribus modis decipit
eum qui est in statu penitentie. Primo
suadendo ei ut illis diutius abicat iudicio
confessioni que non est exonoratio sed
levis oneris. ingratissimi quantum
ut festuce mutabilem vel montem.
Unde qui temptatur debet dicere sic temp-
tanti. Si hec omnis deposuero magis sum
oneratus. Cum questioni super plene tunc
solvit temptator dicet ymo ponet
super te montes super infernalis pena que
pena gravior est monte. Apocalipsis vi.
Dicent montibus cadite super nos. Bonum
est ergo leve omnis penitentie iniun-
ge ut tamen omnes possit vitari. Apoc.
Non vita mittam super vos aliud pondus
tantum illud quod habetis tenete.
Secundo decipit eum quia dimissum portandum
sunt simul onerandus dicens Quo posses
hec portare tot annis cui dicendum est
hodie cum dei adiutorio portabo hec et
cras cum dei adiutorio leviusque secundum
assuetudinem. Tertio decipit utilitatem
hominis ac dei virtute fundendo dicens
Tu debilis es nullomodo posses hoc
portare. Cui dicendum est Si intelligeres i
ea virtutem solius hominis dicis. quia dicit
Johannis xv. Sine me nichil potestis
facere. Si vero intelligis quod non pos-
ses dei virtutem adiuti mentiris. ad
philipp. i. Confidimus in domino ihesu qui
qui incepit opus bonum in nobis perficiet
Unde iiii. Omnia possum in eo qui me
confortat. Sed super omnia attendendum
est quod dyabolus in fine vite magis conatur
nos maxime vincere sciens sicut homo
vincit inicium per quod ab eo vincetur.
Unde Gregorius. Sciendum quod plurimique quos ce-
perit tunc graviores culpas ingerit
cum prope vite termino illos appropinquare
cognoscit. Et licet dyabolus dimittes et
pauperes iuvenes et senes omnes impugnat
eos magis tamen eos qui contemnunt
ad deum. Augustinus. In sermonibus cottidianis
desciamus exprimet. eos qui contriti de-
liberant tempora carnis agere pro spiritu
carnis et vigeri gravius in operibus bonis
et latere excogitato egredi presentem effugere
mollimini. Ideo attendenti ad similitudine
dei dicitur. Ecci. i. Prepara animam tuam
ad temptationem. Unde quidam heremita vi-
dit solum dyabolum sedentem in porta civitatis
et vidit abbatiam in qua vivebat mo-
nachorum assistebat dyabolus. quo vero querit
ab angelo ductore suo hoc quare esset
vidit. Tota civitate illa omnes
faciunt dyaboli voluntatem sufficit illi

C

sicut in hac abbatia omnes
necesse est ut vincatur vel
resistat. Tercio modo repugnandum est

Mundus convenientissime repu-
gnandum est ut cogitacio
in mente resistatur. peccatum in
destruendum est cum in corde est antequam
exeat per locucionem vel per operacionem
processerit. si cogitacio mala intrat tam-
diu pugnandum est contra eam per dilectionem
meditacione orando. vnde Vitas patrum Interro-
gatus abbas pastor de immundis cogita-
cionibus respondit. Numquid gloriabitur securis
sine eo qui incidit in ea. Tu vero
eis non porrigas manum et ociose erunt.
Item quidam abbati sicut capsa ple-
na vestibus si dimissa fuerit tempore
longo vestes putrescunt in ea. ita et
cogitaciones in cordibus nostris si non
fecerimus eas corporaliter in tempore lon-
go terminantur et putrescunt. Item ad
abbatem Joseph. Si quis clauderit ser-
pentem vel scorpionem in vase et ob-
turat illud procedente tempore serpens mo-
ritur. Ita male cogitaciones que stu-
dio demonum pullulant paciencia ergo
tamen minutim paulatim desiciant.
Contra immundas cogitaciones valet
confessio qua eas sancti patribus
manifestant. vnde quidam senior cuius
impugnatus a spiritu fornicacionis dixit
filii mei non abscondas cogitaciones
tuas ita cum confiteris immundus spiritus
recedit. Nichil enim confundit tam et
elidit quietem demonum. quo processu
secreta immundarum cogitacionum reuela-
verit sanctis ac beatissimis patribus.
Item ad suspendum demones multum
valet timor domini. Vitas patrum
Abbas Amoys dixit cuidam fratri
interroganti a bono aliquem sermonem
vade et fac talem cogitacionem tuam
qualem faciunt illi qui sunt in carcere
illi enim interrogant homines ubi est
iudex et quando veniet in ipsa pena
expectacione plorant. sic et monachus
debet cuiuslibet animam suam obiurgare dicens.
ve michi quomodo astare habeo an-
te tribunal christi. et quomodo reddere
racionem. si sic semper meditatus fueris

poteris salvus esse. Contra iniurias que
inferunt nobis persecutores nostri pa-
cienciam habere debemus. Primo
contra contumeliam verborum. Ille qui
maledicit reputandus est ut inimicus
unctus a deo missus ut si abstergat
maculas eius cui maledixit. Gregorius
Ideo dominus linguas detractorum
in electos laxat ut si quid in eis ela-
cionis surrexerit lingua detractoris
eradat. Ro apud Ypranum qui patitur
contumelias non est miser. sed qui facit
se bonum reputari velit cui maledicitur
Mathei Beati estis cum vos maledixerint
vobis homines. Exemplum huius pacie
habemus in Christo Ysaye liiio Dedi
genas meas ad ecclesiam. deinde et faciem
agnus coram tondente se obmutes-
cet et non aperiet os suum. Johannis xviiio
Cum attigisset a principibus sacerdotum
nichil respondit. Secundo contra molestias
corporum. Vnde dominus Si quis percus-
serit te in maxillam vnam prebe ei et
alteram. Tercio contra dampnum tem-
poralium. Vnde dominus Qui vult tecum in
iudicio contendere et tunicam tuam tollere
dimitte ei et pallium. De hac paciencia
commendat quosdam Apostolus ad Hebreos
xo Rapinam cum gaudio bonorum
vestrorum suscepistis cognos-
centes vos meliorem et manentem ha-
bere substanciam. Item Incipientium est su-
stinere mala que eis inferuntur paci-
enter. Vnde apostolus Tribulacionem pa-
cimur sed non angustiamur. sed proficientium
proficiencium est vero sustinere ea non
solum pacienter sed eciam libenter.
Vnde apostolus Ego libentissime impendam
et superimpendar ego. In perfectis autem
vero perfectorum vero non solum li-
benter sed et letanter. Vnde apostolus
Michi autem absit gloriari nisi in
cruce domini nostri Ihesu Christi. Vnde
qui perfectam habet scienciam pacien-
ciam et mala inferuntur in mente
eam ondit letatur cum ei malum
infertur. Actuum vo Ibant apostoli gau-
dentes a conspectu consilii etc. Item

inferunt malum operatur. i. Petri. i.
Inpaciencia preteritam. Item inferenti
ei malum officium beneficium largitur
sicut precepit dominus. Luce. benedicite
maledicentibus vobis. Et apostolus male
dicimur et benedicimus blasphema
mur et obsecramus. Item deo regraci
amur sicut fecit Job qui immobilis
dei timore fuit gracias agens deo
omnibus diebus vite sue. Et Bernardus
gracias ago tibi domine Ihesu quia
hostia tua effici merui. Item in angustie
tribulacionis deo gracias agimus si
miles sunt altaribus qui quandoque
assantur pinguedine sua et sup
fundunt. et sicut pinguedo assata
gracior sapor est quam cruda
sic graciarum accio gracior est deo.
qui personat in hiis qui sunt in tri
bulacione quam si personet in hiis qui
sunt in prosperitate. De fortitudine

Dicto de paciencia dicendum est de
perseverencia. Dominica [illegible]
Perseverencia est singularis filia
summi regis intuitum finis et q sup
tis. Greg. Assecuti sunt multi inicio
bene currentes esse in fine defecisse et dispo
nenti. Quare utilitas tenuit et primo
fuit florentem postea [illegible]. Gregorius
Persistit velocitate cucurrit. qui prius
quia ad metam venerat defecit. Ben
dixit dominus qui perseveraverit usque
ad finem hic salvus erit. De iusti
cia

Dicto de fortitudine
dicendum est de iusticia. Iusti
cia est sui cuilibet tribuere.
Et notandum quod quedam debemus omnibus
ut dilectionem et veritatem et fidem quedam
vero non omnibus. ut in tria de
bemus aliquid superiori aliquid in
feriori aliquid pari. Item aliquid
speciale debemus nobis specialiter ut
ut parentibus. Superiori i. deo de
bemus ad ordinem. Apocalypsis. Venite adoremus
et procidamus ante deum. Et Apoc. legitur
de xxiiii senioribus quod procidebant ante
sedentem in throno. adorabant viventem

in secula seculorum amen. Legitur de beato
Bartholomeo quod centies in die flexis
genibus et centies in nocte orabat
deum. Et de beato Jacobo minore legi
mus quod tam iacebat super genua sua orans
quod genua habebat ut camelorum si
militer duriciem habens in eis si
milem duriciem camelorum. Alia adoracionis
est quam sibi deus specialiter voluit ob
tinere. Et hoc dicit Ysaias xlii. Gloriam
meam alteri non dabo. et licet oracio
soli deo sit exhibenda. debet eciam exhi
beri illi homini qui est filius dei. scilicet
Ihesu Christo. Non enim exhibetur ei inquantum
est homo sed inquantum est deus. Dei
plus cultus debetur deo. Primus est
cultus cordis. qui in tribus consistit
primo in cognicione ut cognoscat
homo summam potenciam dei. summam
bonitatem. summam sapienciam. et cognos
cat quod ipse omnium bonorum creator et con
servator mundi gubernator. hominis
recreator sic in eternum sibi. liberalissimus
retributor eorum vero qui peccaverint
ter ei rebelles sunt zelantissimus
ultor. Item in affectione. In affecti
ones vero pertinet ad cultum dei.
Prima est timor. sed talis timor quasi
ille timendus cuius potencie nullus
potest resistere cum sit summa summe ad
maliciam. et sine fine puniet eri
meas quos peccatores invenerit
timendus est ergo super omnia. Secunda
est spes non qualitercumque ponenda
est in eo cuius potencie facillimum
est liberari ab omni miseria cuius
sapiencie notissima est miseria nostra
abyssus enim misericordie non immo
tat abyssum misericordie nisi agit
tatur. et cuius bonitati proprium est misere
ri semper et parcere. qui eciam propter
liberalitatem suam fecit quia omnia
fecit ad dandum ipse ergo super
omnia sperandum est. Tercia amor
non qualiscumque amor sed talis quali
amandus est qui optimus est ipse. et ideo
amore dignissimus et qui est fons
omnium bonorum eterno et superius omnia bona

que habemus vel habuimus et a quo suscepturos nos speramus quidquid boni suscepturi sumus ¶ Secundus est cultus oris scilicet professio divine maiestatis qua fideles fatentur frequenter deum orando laudando et benedicendo gratias ei agendo ¶ Tercius est cultus operis ut cum aliquis cognoscit opere singulare dominium dei quod etiam ore cognoscit ipso dicens Tu solus dominus dominum nostrum istud ad personas nostras recognoscimus deo quod in flexione et prostratione Ysa xlv° Michi curvabitur omne genu Ezechie vi° Curvabo genua deo celesti cum vero aliquam oblationem alicuius partem honoris illorum que a deo recepimus Deutero xxvi Profiteor hodie coram domino deo etc. ¶ Tradidit nobis terram lacte et melle manantem et ideo offero tibi nunc primicias frugum terre que dominus dedit michi ad cultum hominis pertinebant sacrificia veteris legis que fiebant de animalibus quorum immolatione sacrificantes ostendebant deo se plenissime esse subiectos etiam ad occidendum morte enim animalium ostendebant deum eos occidere posse et eos mortem meruisse et sperabant una dei mortem propriam quam meruerant in mortem animalium commutare Aug[illegible] nondum quod sacrificium soli deo debetur Augustinus Sacrificium certe nullus hominum est qui audeat dicere deberi nisi deo Omne autem pro peccatis sacrificium spirituale ¶ Primum est cordis contritio Psalmus Sacrificium deo spiritus contribulatus cor contritum etc. ¶ Cum est cordis igne divini amoris inflammati de quo Luc[illegible] suavissimum incensum adolemus cum in eius conspectu pro sanctorum amore flagramus ¶ Tercium est corporis per quod mortificati ad Ro xii Obsecro vos per misericordiam dei ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem sanctam deo placentem ¶ Quartum est corporis per quod pro sanguine [illegible] Luc [illegible] victimas [illegible] usque ad sanguinem [illegible] ¶ Certum

est laudis de quo Hebr [illegible] unigenitus [illegible] carnes [illegible] etc. Immola deo sacrificium laudis ¶ Sextum est vite quo miserie premii volumus sibi nemini [illegible] Hebr [illegible] ¶ Beneficentie et communicationis nolite oblivisci talibus enim hostiis promeretur deus ad cultum etiam operis pertinet thurificatio que ostendit affectum nostrum integre dirigendum esse in deum quasi in omne bonum sicut totus fumus thuris tendit sursum ¶ Secundum speciale debetur honor humane nature quam filius dei assumpsit Specialis vero honoranda est humana natura in Christo propter humiliationem quam in cruce sustinuit secundum illud ad Philip ii Humiliavit se ipsum factus obediens usque ad mortem mortem autem crucis propter quod deus exaltavit illum et dedit illi nomen quod est super omne nomen propter hoc ex institutione ecclesie fit adoratio crucis in qua passus est Christus ignominia vero crucis est causa illius honorationis Exhibendus est honor beate virgini in qua et ex qua carnem assumpsit filius dei propter filium enim honoranda est mater Exhibendus est etiam honor angelis et sanctis qui sunt in statu glorie ab hiis qui sunt in statu miserie Status miserie est inferior statu glorie Luc vii Inter natos mulierum non surrexit maior Iohanne baptista qui autem minor est in regno celorum maior est illo Exhibendus est etiam honor hiis qui presunt in ecclesia militante qui sunt in gradu superiori ab aliis qui sunt in inferiori qui enim presunt loco dei sunt et ideo honor et cultus est eis exhibendus Unde et dii vocantur Exo xxii Diis non detrahas et principi populi tui non maledices precipue vero honor exhibendus est hiis qui presunt presbiteri duplici honore honorandi sunt maxime hii qui laborant in verbo dei et doctrina Exhibendus etiam est cuncti dei ministri hic qui sunt [illegible] qui se reputant [illegible]

flacione suffragia solent petere a[illegible]-
libus Sciendum est quod honor potest
exhiberi deo in creatura · vt in ymagine
dei vel in ministro eius vel in templo
materiali vel spirituali · vel in altari
vel in aliis rebus deo dicatis vel loco
sacro · scilicet templo vel cimiterio vel in rebus
que pertinet ad ornatum templi vel sacro-
rum videtur esse quidam timor quo ti-
memus intrare in templum dei illuati
et sacrificati vel appropinquare altari vel
aliis rebus sacris vel contrectare res
sacras vel inquinare nos in loco vel tem-
pore vel quemlibet opera exercere Et de hac
timore legitur Gen. xxviii Quam
terribilis est locus iste non est hic aliud
nisi domus dei et porta celi Unde apostolus
Si quis templum dei violaverit disper-
det illum deus Traditur de pompeio quod
pugna illi qui cum eo erant prophana-
verunt templis et locaverunt equos in
porticu templi nunquam postea pugnaverunt
quin vinceretur qui antea fuerat for-
tissimus et eliodorus volens templum spo-
liare divinitus flagellatus est · i machabeorum

Dicto de cultu De oratione

De dicendum est de oratione que
sic describitur Oratio est pius
mentis affectus in deum directus Iste
affectus desiderium est unde super illud
ad thessalonicenses Sine intermissione orate dicit
glossa Ipsum desiderium est continua oratio
Octo sunt que nos invitant ad
orationem Primum est frequens ammo-
nitio quam scriptura sacra facit
ad orandum Luce xviii Non mi-
[illegible] orare semper Ieremie xxxiii
Clama ad me et ego exaudiam te [illegible]
Non tamen hoc dicitur ut peteremus in-
[illegible] velit Secundum benignitas humana pi-
gritia plus vult ille dare quam nos
accipere · plus vult ille misereri quam
nos a miseria liberari Sextum est
exempla et inter ea est efficacissimum
exemplum Christi qui licet oratione
non indigeret cum ipse omnia posset
tamen ut daret nobis exemplum orandi to-
tiens orabat De eius oratione Ma-
thei xiiii Dimissa turba ascendit
in montem solus orare Et de eius [illegible]

xxvi Sedete hic donec vadam illuc
et orem Et progressus pusillum procidit
in faciem suam orans et dicens pater
mi etc. et paulo post iterum secundo abiit
et oravit dicens pater mi et subditur
et oravit tertio eundem sermonem Iste
oratula sanctorum Legitur de beato Mar-
tino quod etiam moriens invictum ab
oratione spiritum non relaxabat Et de
paulo primo heremita legitur quod quasi
mortuus orabat Unde habuit figuram
orantis quasi genu et manibus erectis
tum invenerunt [illegible] caverna eius apo-
[illegible] a beato Anthonio qui
de eo ait patet quod assidue quantumcumque
oraret deum unus qui non desinit
orare mortuus Et Iacobus apostolus
ex utero matris sanctificatus ex assidui-
tate orandi contraxerat in genibus
duritiem callorum Et Bartholomeus
centies in die centies in nocte ante
deum genua flectebat Tertium quod filius
dei adeo diligenter nos voluit ora-
re instruere Vix enim est aliquod opus
ad quod ita diligenter instruxerit
Ipse enim docuit quid orandum sit et
ubi et quando · et quo orandum et quo
fine et qua necessitate ut in sequenti-
bus patere poterit Noluit nos negli-
genter addiscere quod adeo voluit dilige-
nter docere Verecundum est discipulis
ignorare quod magister eorum diligentissime
docuit Item verecundum est eos raro
facere quod magister eorum tam frequentavit
Quartum est dignitas angelorum qui ora-
tiones nostras deo offerunt Tobie xii
Quando orabas cum lacrimis et sepeliebas mor-
tuos ego obtuli orationem tuam domino
Non debet homo esse onerosum [illegible]
illud offerre deo quod angelus non de-
dignatur offerre ei immo quod plus
est Christus quam qui mediator est ho-
minum sacerdos illud offert deo patri
quod figuratur in hoc quod oratio [illegible]
dicitur turibulum sacerdoti et sacerdos tur-
rificare [illegible] Christus orationes [illegible]
[illegible] multum facit
[illegible] Quintum enim [illegible]
temperetur quod [illegible] meditatione

imitatur. ¶ Tercium est facilitas huius
operis. Si dicatur alicui quod debet
aliquam elemosinam dari pro peccatis
se excusat quia non habent semper argentum.
Si dicitur ei quod ieiunet pro peccatis
satisfaciat, tunc multi debilitate propter cor-
poris ieiunare non possunt. Sed ab
oratione nullus se excusare potest, potest
quilibet enim potest habere orationem sal-
tem mentalem etiam si sit mutus.
Ps. xli. Apud me oratio mea. ¶ Quar-
tum est quia hoc opus honorabile
est. Multa sunt officia que aliquibus
cedunt ad dedecus sicut arare vel
fodere, sed orare dominum nulli quantu-
cumque nobili cedit ad dedecus. Quia
cum oramus tunc cum deo loquimur et
sine dubio magnus honor est. Ysi-
dorus. Qui vult cum deo esse fre-
quenter oret et legat. Nam cum
oramus tunc cum deo loquimur. ¶ Quin-
tum est quod officium est illud valde lu-
crosum est. Hoc enim est officium quo
potest lucrari omni tempore. ¶ Secunda
in orandi necessitatis quam in primis
habemus. Tria solent esse occasio
clamandi hominibus. Primum est
ignis, hoc est vix est dies in qua domus
consciencie nostre non succen-
ditur igne infernali sed igne con-
cupiscencie prave. Unde necesse habemus
clamare ad aquam divine gratie
et ad aquam lacrimarum contri-
cionis. Ignis iste qui ex una parte
extinguitur ex alia parte incen-
ditur. Scriptura enim aqua lacrima-
rum non debent extingui. Qui
vires assumit, ut cum aliquis ba-
ne gloriatur de hoc quod peccata sua
deplorauit. Item vix est dies in quo
homo non sentiat fumum malorum
cogitacionum super caput cordis sui.
Unde necesse habemus clamare illud
Math. viii. Domine salva nos, pe-
rimus. ¶ Tercium sunt hostes, hoc enim
est dies in quo homo non videat ho-
stes suos apertam castri sui ut
eum ubi mala habeat vel saltem
iniuriam recipiat. Oracio multum com-
petit loco in quo sumus. Sumus enim
in valle miserie, ideo necesse habemus
ad deum iugiter clamare orando pugna-
mus cum eo de quo scriptum est Job
xli. Non potestis in terra que ei vale-
at comparari. Ideo necesse habemus
frequenter auxilium dei invocare.
Qui subito cessabit, hostis pugnat. Ideo non
erit ibi necessaria oracio. ¶ Item
oracio octo bona facit homini.
Primo ab infirmitate corporis homines
liberat. Eccli. xxxviii. Fili in infirmi-
tate tua ne negligas te, sed ora
dominum et ipse curabit te. Jac. ult.
Oracio fidei salvabit infirmum.
¶ Secundo vitam prolongat. iiii Reg.
xx. Audivi vocem tuam et
vidi lacrimas tuas, ecce addiciam
super dies tuos annos quindecim.
Tercio ab obprobrio liberat ut Sa-
ram filiam Raguel. Tho. iii.
Quarto oracio liberat a mortis periculo ut
Susannam. Dan. xiii. ¶ Quinto li-
berat a principe iniquo. Baruch
iiii. Clamate ad dominum et ipse eri-
piet vos de manu iniquorum prin-
cipum. ¶ Sexto sanat morbos
spirituales. Jac. ult. Inducant
presbiteros ecclesie et orent sup-
er eos etc. et si in peccatis est dimittentur
et [illegible] sanant pestes inet.
¶ Septimo in bello corporali tri-
umphat. Exo. xvii. Cum levaret
manus Moyses vincebat etc. Ju-
dith iiii. Memores estote Moysi
servi dei qui Amalech non ferro
pugnando sed precibus sanctis de-
lecit. Glo. super iiii. Plus valet
unus sanctus orando quam innu-
meri peccatores preliando. Oracio
sancti celum penetrat, quam inter
hostes non venit plus victoria
acquirit una oracio quam mille
milites armati acquirunt et

terra longo tempore preliando Certo
de hostibus spiritualibus triumphabat Ysi-
dorus est remedium eius qui viciorum
temptamentis estuat ut totiens tan-
gatur quolibet vicio totiens se ad ora-
tionem subdat Ad puritatem
cordis tria sunt necessaria Primum
est ieiunium et elemosina. Hec sunt due
ale deprecantibus Ysidorus Qui ieiunio
corporis sui maceraverit dum misericordiam
sumit provocat dei iram et sic ora-
tionem inanat Qui vero elemosinam
dat dum misericors primo dederit deo
misericordiam sibi invenit Mt v Beati
misericordes quoniam ipsi misericordiam consequentur
Ysa lviii Frange esurienti panem tuum
tunc invocabis et dominus exaudiet
clamabis et dicet ecce assum quia miseri-
cors dominus deus tuus Qui vult aliquid
ab aliquo petere premittit munera
ut facilius impetret Eccli xxix Con-
clude elemosinam in sinu pauperis
et hec orabit pro te Secundum est renovatio
cordis ab exterioribus ad interiora
cum recollectione eius Mt vi Cum autem
oraveris intra in cubiculum et clau-
so hostio ora patrem tuum Ingressus
in cubiculum est renovatio cordis Ysi-
dorus Purgandus est primo animus atque sepa-
randus a terrenis cogitationibus [illegible]
ut pura acies cordis ad deum vere
et simpliciter dirigatur Tercium est con-
tricio suspirans Ysidorus Cum deo assistimus
gemere et flere debemus reminiscentes quam
gravia sunt que commisimus quam dira
inferni supplicia que timemus

De impedimentis orationis

Sequitur de impedimentis orationis
Dicebat abbas agatho nullum
laborem tantum esse in religi-
one quantum orare deum Dyabolus enim nullum
opus conatur tantum impedire vel interrumpere
quantum orationem devotam. aliud enim
opus quodcumque perficiatur habet requiem
oratio vero militiam Sex sunt impe-
dimenta orationis Primum est peccatum o-
rantis Ysa i Cum multiplicaveritis
orationem non exaudiam. manus enim ves-
tre sanguine sunt plene Ps

Iniquitatem si aspexi in corde meo non
exaudiet dominus Ysa lix Peccata vestra
absconderunt faciem eius a vobis ne
exaudiret Secundum est oratio dubitans
Jac i Postulet in fide nichil hesitans
et sibi dicitur de hesitante Non estimat
homo ille quod accipiat aliquid a domino
Bernardus Indignus celesti benedictione quam
esse qui deum dubio querit affectu
Tercium est quia non petitur quod
petendum est quia scilicet vile est quod petitur
vel non expediens petenti Ysidorus
Multi orantes non exaudiuntur
Providet enim deus meliora illis quam
petunt sicut contingere persepe solet illis pue-
rulis qui ne in scolis vapulantur
deum orant et non datur illis petitio-
nis effectus quia impedit talis exau-
ditio ad profectum Quartum est indigni-
tas eius pro quo oratur Je vii Noli ora-
re pro populo isto ne assumas pro eis laudem
et orationem quia non exaudiam te Je xv
Si steterit Moyses et Samuel
coram me non est anima mea ad
populum istum Vitas patrum legitur quod quidam
frater semper patiebatur aspera molesti-
am fornicationis et abiit sepe ad se-
niorem ut pro se oraret Cumque fre-
quenter dixisset senior cum non immutaret
de nocte senior orans vigilans fratris
esse in tanta quare non exaudiretur
videt enim senior monachum sedentem
et spiritum fornicationis in modum forme
mulieris ludentem apud ipsum et ipsum
cum eis delectari vidit et angelum
domini astantem et indignantem graviter
contra eundem monachum quia non sur-
gebat nec prosternebat se in orationem
ante deum sed magis delectabatur
in cogitationibus suis cognovit ergo
senior culpam fratris esse quod ipse non
exaudiebatur pro eo et dixit fratri
impossibile est ante discedere spiritum forni-
cationis aliis pre orantibus nisi
turpe laborem assumas in ieiuniis
et orationibus et vigiliis rogans deum
cum gemitu audiens frater ista
fecit et punctus est corde et pacificata
corporis incontinentia. Quintum

est durities que quadruplex est. prima est in pauperes. Prover. xxi°. Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis clamabit et ipse et non exaudietur. Secunda est ad eos quibus dimittere nolumus. Marc. xi°. Cum stabitis ad orandum dimittite si quid habetis adversus aliquem ut et pater vester qui in celis est dimittet vobis peccata vestra. Matth. v°. relinque primo reconciliari te et tunc deprecanti tibi peccata solventur. Tertium est diaboli suggestio que multos ab oratione trahit. Gregorius in dialogo refert exemplum de quodam monacho qui non poterat morari in oratorio in oratione sed semper exivit cum sepe correptus noluit emendari. Ergo cum quadam die beatus Benedictus venisset ad eum corrigendum vidit quendam nigrum puerum eum tenentem per fimbriam vestimenti cumque orassent presbiter dominus Benedictus Pompeianus et Maurus illi tres viderunt puerum illum et beatus Benedictus monachum illum verberibus corripuit et demum recessit ac si ipse esset verberatus. Quantum sit orandum.

Tempus orandi dictat. Luce xviii°. Oportet semper orare et non deficere. Non debet miles Christi saltem orationis amore diem bellum dimittat. Bellum ante diem durat. Durat vita nostra. Job. Militia est vita hominis super terram. Oratio et gratiarum actio debent magnam partem vite nostre occupare omnia tempora nostra debent peccata gratiarum actio saltem cum videmus mala in nobis vel in aliis gratiarum actionem esse instaurandam. i ad Thes. v. Sine intermissione orate. est ergo orandum maxime exemplo Christi. Marc. i. Diluculo valde consurgens ivit egressus abiit in locum desertum ibique orabat. Item vespere exemplo. Math. xiv. ubi sic legitur. dimissa turba ascendit solus in monte orare. vespere autem facto solus erat ibi. Item in nocte exemplo eiusdem. Luce vi. sic legitur quod pernoctavit in oratione dei. efficacia matutine orationis commendatur. Job. Si diluculo consurrexeris ad deum et omnipotentem deprecatus fueris statim evigilabit ad te. Item tempus ad orandum idoneum est dies pristine in qua dominus noster largius fuit quam nunquam sicut Johannis. regum latro in corpus et diem in redemptionem humani generis dedit. Ideo ecclesia illo die pro omnibus orat. scilicet pro iudeis paganis scismaticis et hereticis. Ubi sit orandum.

Ubique enim est orandum cum ubique sint pericula et ubique auxilio dei indigemus. i Thim. ii°. Volo vos orare in omni loco levantes puras manus. Est autem duplex locus ubi specialiter orandum est. primus est locus secretus. Math. vi. Tu autem cum oraveris intra cubiculum tuum etc. Oravit Christus dimissa turba ascendit in montem solus. Secundus locus est templum materiale dedicatum. iii Reg. Domus mea domus orationis vocabitur. ii Paral. Oculi mei erunt aperti et aures mee erecte ad orationem eius qui adoraverit in loco isto. et subditur. Elegi et sanctificavi locum istum ut sit nomen meum ibi in sempiternum et permaneant oculi mei et cor meum in cunctis diebus. Christus multum frequentabat templum materiale. Luce. Erat cotidie docens in templo. Ibi invenitur cum a matre sua. Luce ii. In hiis que patris mei sunt oportet me esse. Luce xix. Intravit Jhesus in templum. Origenes. Primum erat boni filii ut veniens ad civitatem primo ad domum patris mei curreret. tu ac imitator Christi intrans civitatem primo ante omnes actus ad ecclesiam curras et super Act. xxii. De Ste. Ingressus vel videns primo in templum adeat deus formam religionis ut quotiescumque domum orationis si ibi est adeamus et postea ad communia ad agenda negotia secedamus. Quomodo sit orandum. Quomodo quis orandus est attente. Bernardus super... vigilate in orationibus. De stilo. Nec animus cogitet aliquid preter id solum quod precatur. indiscrete orare videtur qui deum precatur ut ei non intendat ipse vero

nec s(er)uet deo intendit. Sed quod deterius
est immittit in corde versando fetorem
horribilem aspectui dei ingerit. Prepa
rare debet cor suum qui vult orare
II. Re. ait david Invenit cor suum ut
oraret te potius orandum est corde
quam ore. I. Re. Anna loquebatur
in corde suo et vox illius penitus
non audiebatur. Mt. Orantes autem
nolite multum loqui. Item cum ma
gnitudine desiderii. Deutro. Cum
quesieris dominum deum tuum invenies
eum si tamen toto corde quesieris
Ie. Cum quesierit me in toto corde
vestro inveniar a vobis. Magnitudo
desiderii est clamor quem deus exau
dit magno clamore. Exo. Quid
clamas ad me ait dominus ad
moysen. Item cum gemitu dedit
indulgentiam xpus fusis lacrimis
postulemus. Tercium in oratione
sit petendum. Nota quod in oratione
petenda sunt gratia et gloria. ut regnum
vel iusticia regni. Mt. Primum querite
regnum dei et iusticiam eius et hec omnia adici
entur vobis. Non monet dominus ut
queramus temporalia. quia debentur hiis
qui habent iusticiam regni. Iusticia
enim regni filios facit. filiis hereditas
in perpetuo debetur. Item petere possumus
ut deus custodiat nos ab occasione
peccandi exemplo Salomonis dicentis
mendicitatem et divitias ne dederis
michi. Sed tantum victui meo tribue necessa
ria ne forte saciatus illiciar ad ne
gandum et dicam quis est dominus et
egestate compulsus furer et periurem
nomen dei mei. Est etiam dup
lex oratio. Prima est secreta que
fit devocius et humili affectu. Qua
lis fuit oratio publicani qui non
audebat oculos suos ad celum leva
re. Item talis fuit oratio filii prodigi
qui ait ad patrem suum. pater peccavi
in celum et coram te iam non sum
dignus vocari filius tuus. Verecundia
multum placet deo in penitente sicut
impudicicia displicet ei in peccatore

Sed quantum displicet deo impudici
cia in peccatore tantum placet ei verecun
dia in penitente. Glossa. Infructuosa
et hec est simulata que solis labiis
Ysa. c. Populus hic labiis me
honorat cor autem eorum longe est
a me. Item sic habetur: Appropinquat
populus iste ore suo et labiis suis glo
rificat me cor autem eorum longe
est a me.

De laude dei

Ad laudem dei duo nos incitant
primo sacra scriptura. Eccli. In
omni corde et ore collauda
te nomen domini. Apoc. Laudem
dicite deo nostro omnes sancti eius
et qui timetis deum. pusilli et magni. Secundo
omnis creatura. Glossa. Turpium est
quod homo deum semper non laudat
cum quelibet creatura ad eum lauda
dum semper incitat. Opera laudabilia
artificem laudabilem ostendunt. Eccli.
Quoniam artificum opera laudabuntur.
Laudatio dei nobis est valde operatio
cum angeli et alii iam bene hanc op
erationi intendunt. Ps. Beati qui
habitant in domo tua domine in secula
seculorum laudabunt te. Ber. loquens
de eternitate dicit quod eius operatio est
assidua dei laudatio. Multum gau
dere debet qui vocatur admittitur
ad tam celestem operationem comper
tendam. Tercius deus tam de illo
nichil indigne dici possit admisit
te hunc vos ob sequium et ubi
unius insua laude gaudet colunt
qui beati sunt perfecte laudant deum
et qui sunt in presenti vita imperfecte
iubilant. Job. Cum me lau
darent astra matutina et iubilarent
omnes filii dei. laudant angeli
qui iam tante claritatis latitudi
nem in sublimitate induunt. Iubi
lant beati homines qui adhuc in
inferioribus sui cordis angustias
sustinent. Loquela homini data
est ad laudandum deum. et qui deum
non laudat quasi mutus reputandus
est. Tullius. Se tacentibus de te qui

loquaces muti sunt felix esset qui
laudi divine semper posset insistere
Ro. Felix lingua que non novit nisi
de divinis texere sermonem Ps. Sem-
per laus eius in ore meo Et
nonus quod homines maxime debent in-
stare laudi divine ex quo ad hoc sunt
redempti Unde nato domino facta
est multitudo milicie celestis laudan-
cium deum ad provocandos homines
ad laudem dei Dicit David Confi-
teantur tibi populi deus confiteantur
tibi populi omnes et subditur terra de-
dit fructum suum Terra dedit fructum
suum id est beata virgo que dedit fructum
sufficientem et hominibus et angelis ad
eternam refectionem ei qui vult laudi
divine insistere primo providendum est
iusticia Eccl. Non est speciosa laus
in ore peccatoris Non solum laudandus
est deus sermone sed bene vivendo.
laus vero bone vite magis grata
est Aug. Qui deum lingua lau-
dat non semper laudare potest qui deum
moribus laudat semper laudare potest
ad Cor. Sive manducatis sive bibitis
vel aliud facitis omnia ad laudem
dei facite Sequitur de gratiarum actione

Sex sunt que nos invitant ad
gratiarum actiones Primum est scriptura
Thess. Omni tempore benedic deum
Col. Omne quodcumque facitis verbo aut
opere omnia in nomine dei in fa-
cite gratias agentes deo patri
Secundum est creatura Beneficium enim
datum alicui invitat eum ut gratias
danti agat ergo cum omnia que vi-
demus homini data fuerint secundum illud
Gen. Faciamus hominem ad ymaginem
et similitudinem nostram et presit
piscibus maris et volatilibus celi et
bestiis terre universeque creature Omnia
que videmus ad gratiarum actionem
nos invitant Tercium est quia gratiarum
actio operacio est que operatur in paradiso
Ps. Misericordias domini in eternum
cantabo hoc canticum erit gratiarum actio
de hoc fine insperavit apostolus li-
berati Ysa. Gaudium et leticia in-
venietur in ea gratiarum actio et vox
laudis Unde bonum est assuescere hanc
operacionem quam in futuro exercebimus
bonum est addiscere officium quod tamdiu
facere oportebit Quartum utilitas
duplex que ex hoc opere sequitur
prima est quod ipsa hominem custodit
in tribulacione deinde ad esse est faci-
ens quod signatum est Dan. in pueris
tribus qui in fornace positi gratias age-
bant deo [illegible] facti sunt et quartus
apparuit similis filio dei Secunda est
quia provocat divinam largitatem ad
dandum Prov. Anima que benedicit
impinguabitur Eccl. Benedicentes
deum exaltate illum quantum pote-
stis exaltantes autem replemini
virtute Quintum est ingratitudo que
gratiarum actioni contraria est Rusticitas
magna est si magna rusticitas
est ei qui mittit vasculum vini
gratias non agere quanta rusti-
citas est ei gratias non agere qui
incessanter nobis tribuit bona
sua Greg. Dignum est semper gra-
tias agere quia deus nunquam cessat
bene agere et facere Sextum est
triplex malum quod provenit ex ingrati-
tudine Primum est quod bona iam a deo
suscepta aufert Unde super illud
ad Rom. Qui cum deum cognovis-
sent non sicut deum glorificaverunt
aut gratias egerunt dicit Aug.
Quod deus dat gratis tulit ingratis
Secundum est quod impedit ab hiis que da-
rentur nisi fuisset ingratus Ber. Non
est dignus dandis munere qui non ait
gratias de datis Ber. Ingratitudo est
ventus urens siccans sibi fontem
pietatis rorem misericordie fluenta gracie
Tercium est quod non solum homines
privat bono ymmo etiam penam
addit Unde etiam Ezechias propter
ingratitudinem eius et deduxisset
dominus templum in Babilonem et
pauperes dominus est lxxxvb.

multa incastitas. Demachetib licet filii
Iosephum dominum propter illos hostias deo immo-
lassent non tamen digne gratias deo egit
et canticum non cantavit sicut homines
patres consueverunt facere et ideo egro-
tavit ad mortem. De beneficiis pro
quibus regratiandum est deo. ¶ Secundo
quod gratias debemus agere pro gratia libe-
beneficiis. Regum iiii. Agamus gratias
factori nostro. Item benefactori nostro
redemptori nostro. ¶ Item pro specialibus
beneficiis specialia sunt tria. Primum est
exspectationis quod deus patienter exspectat
peccatores per misericordiam suam quod quisque co-
gitare. Primo quoties meruit ut tempus
penitencie auferretur quoties enim mor-
taliter peccavit hoc meruit enim peccator indi-
gnus est vita quia indignatus est auc-
tori vite. Job xxx. Cum ipsa vita
probabantur indigni. ¶ Secundo quanto
primus fuerit quisque cum missione ta-
to enim una gravior est quanta pe-
na primior eque liberatur ut si ali-
quis suspendendus rem haberet laque-
um in collo vel si mutilandus membro
iam membrum haberet super lignum ubi
mutilari deberet magnum beneficium
putaret quando liberatur. Unde debet
homo cogitare si quisque sunt in periculo
mortis dum in statu erat dampnationis
et quod dampnatus tunc fuisset si in illo
statu decessisset et quibus perierunt apud
deum ut tunc deus eis imperaret. ¶ Tercio
quam preciosam rem deus ei contulit
cum tempus penitencie eidem dedit. ¶ Pre-
ciositas temporis ex duobus perpenditur.
Primo in hoc quod in momento temporis
potest homo lucrari regnum celorum.
¶ Secundo in hoc quod illis qui in inferno sunt
plus valeret momentum temporis in quo
penitenciam agerent quam tanta massa
auri quanta est totus mundus.
Bernardus. Nil preciosius tempore sed heu
nil vilius reputatur. Valde ingratus
est peccator qui non vult cogitare cum
quelibet hora temporis cum deus ut
plus valeat quam centum marce
auri. ¶ Quarto quam male me-
ruisset ut rem tam preciosam ei conferret
qui magnum tempus sibi prius datum
in contumeliam dei expendit. Quinto
quod deus sciverit usurum tanto be-
neficio in magna parte in contumeliam
sui tamen non dimisit propter hoc dare
illi in hoc monitur cumulus divine
gratie. Secundum est beneficium iustifi-
cationis quo deus ad spectatos convertit in-
fundendo gratiam suam. Circa quod quisque
debet cogitare. ¶ Primo a quibus vin-
culis deus eum liberavit. Enim tot vinculis
est peccator ligatus quod peccatis tenetur ut
illud Proverbiorum. Iniquitates sue capiunt
impium et funibus peccatorum suorum quisque
constringitur et sicut acto servata
vincula ista quod etiam nec per mortem
quisque solvuntur. Unde non parum de-
bet esse deo gratus quem dominus a talibus
vinculis liberavit. ¶ Secundo quod tanta
~~ei deus a talibus vinculis liberavit~~
pro peccatis mortali ei dimisso reus
erit mortis eterne. ¶ Si quis reus
esset mortis temporalis cui moneta
nota est per dimissio ne illius parato
esset ille fere tota vita sua quid
ergo faciendum est per dimissione
mortis eterne que etiam uni soli mor-
tali debetur. Damascenus. Cum dam est nomi-
ga ne moriatur et pinguer sunt levia
inter deus ut in cui unimus et
obedire negligimus. ¶ Tercio ad quan-
tam dignitatem deus eum elegit
quem enim iustificavit elegit eum et
adoptavit eum. ¶ Quarto in quali
statu deus eum elegerit hostis enim
dei erat et indignus etiam pane
quo pascebatur. ¶ Quinto quod deus vel
quod quibus tale beneficium non presti-
tit immo in peccatis suis eos perire permi-
sit. ¶ Tercium beneficium est conservationis
quo deus eum in statu bono conservat
circa quod debet cogitare. ¶ Primo atten-
denda est difficultas standi que ap-
paret specialiter in tribus personis. Prima
est lucifer qui cum esset sine corruptione
in maxima lucina celi ad modicum
tempus superbie cecidit. ¶ Secunda est
adam cum esset sine corruptione

ne naturam eam propter tortuositatem
unius mulieris paradisum amisit quo
incremento semper quod paradisi colonus
de possessione multiplex eiecerit si po
tuit mulier eicere eum quidam sunt
in paradiso non est mirum si eos impediat
qui non dum in paradisum venerunt
¶ Tercia est undas qui cum esset sub
pastore tanto et inter fratres tales
tam occasione modice amministracione
cecidit et non adiecit ut resurgeret
¶ Secundo est attende pugne continuita
tem in qua sumus. Dyabolus enim nos in
pugnare non cessat ut saltem nos
tedio vincat. Mirantur aliqui cum
audiunt aliquem bonum cecidisse. Sed
non est mirum si quandoque cadit
qui continue est impugnatus ymmo
mirum est si quisque non cadit. Legitur
in vitis patrum quod quidam venit ad abba
tem theodorum dicens ei Ecce quidam
frater rediens est ad seculum. Audit
Abbas mihi non admireris sed si au
dieris quod prevaluit quis effugere de ma
nu inimici hoc admirare. Tercio
propter infirmitatem. Tante enim infirmi
tatis est homo ut ad sibilum unius
verbi deiciatur. ¶ Quarto hostis impu
gnant cum astucia et crudelitate
et potestate. Job xli Non est potestas super
terram que ei comparetur [illegible]
Gen iii° Serpens erat callidior
cunctis animantibus terre. De crudelitate
igitur nichil se fecisse estimat cum
animas non sauciat. Incessanter sitit
dyabolus sanguinem animarum unde sanguisu
ga vocatur Prover xxx Sanguisu
ge due filie sunt dicentes Affer affer. Quinto propter varietatem
Cot ij. Sunt enim tot pericula quod
cum quis vult se cavere ab uno in
cidit in aliud. De obediencia qua
tenemur creatori et creature

Dicto de hiis que soli creatori
debentur dicendum est de obe
diencia que debetur creatori
et creature. Que sic describitur
obediencia est voluntas faciendi pre
ceptum vel mandatum superioris. Tria
sunt que nos ad obedienciam monent
Primo scriptura. Apostolus dicit Omnis
anima potestatibus sublimioribus sub
dita sit. Et iterum Obedite prepositis vestris
et subiacete eis. Ipsi enim pervigilant
quasi racionem pro animabus vestris reddituri
¶ Secundo creatura insensibilis que o
bediens est universaliter creatori suo
Psalmus Preceptum posuit et non preteribit
Baruch Stelle vocati sunt et dixe
runt Assumus. Ambrosius Non mediocris
pudor est nempe insensibilia ele
menta parere et homines non parere
quibus sensus ab ipso tributus est auctore
¶ Tercio exemplo que in sacra scrip
tura invenimus et inter ea specialiter
notabilia sunt exemplum Abrahe et
exemplo Christi. Tripliciter autem deus
probavit obedienciam Abrahe. Primum
fuit patrie deseratione Gen xii Egredere
de terra et de cognatione tua. Secundum
fuit de circumcisione Gen xvii dicit
dominus ad Abraham et tu custodies
pactum meum et semen tuum post
te in generationibus suis hoc est pactum
quod servabitis inter me et vos et semen
tuum post te Circumcidetur ex vobis
omne masculinum et post sequitur Tulit
Abraham Ysmahelem filium suum et
omnes masculos domus sue universos
quos emerat et circumcidit carnem
preputii eorum sicut preceperat ei dominus
¶ Tercium fuit de filii ymmolacione
Gen xxii Temptavit deus Abra
ham et dixit ad eum Tolle filium
tuum unigenitum quem diligis Ysaac
et vade in terram visionis atque offeres
eum tibi in holocaustum super unum
moncium quem monstravero tibi
Igitur Abraham de nocte surgens
stravit asinum suum ducens secum
duos iuvenes et Ysaac filium suum
Cumque concidisset ligna in holocau
stum abiit ad locum quem preceperat
ei dominus. Tulit ergo ligna holocausti

et imposuit super Ysaac filium suum ipse
vero portavit ignem et gladium. Cum-
que colligasset filium suum posuit eum in
altare super struem lignorum. Extenditque
gladium ut immolaret eum. Et ecce an-
gelus domini clamavit dicens: Ne exten-
das manum tuam super puerum tuum. Nu-
nc cognovi quod timeas deum et non
pepercisti filio tuo unigenito propter
me. Circa hoc preceptum quinque attende.
¶ Primum est quod Abraham voluit ad preceptum
domini dare rem sibi carissimam et vo-
luit amantissimum filium suum occidi.
Posset esse quod aliquis deus vellet tradere
filio suo ita ut numquam eum recederet
videret qui tamen nollet eum occidi
coram se immo ipsemet manu propria
voluit hoc facere. ¶ Secundum est quod filius
ille erat unigenitus non enim habuit
filium alium de libera uxore quem
[illegible] habuerat ex uxore vetula
et sterili [illegible] et
quo magna promissio sunt facta sic
tat. qui erat magnum solatium ma-
tris sue quod notatur ibi cum dicitur Ysaac
quod interpretatur risus. Dixit enim mater
sua ex hoc: Risum fecit michi deus
quicumque eum audierit corridebit michi
Gen. xxi°. Et dixisset mater Ysaac
si Abraham revertens dixisset ei immola-
vi, dixisse ei immolavi filium tuum.
¶ Tercium est quod voluit eum non solum
occidisse etiam incendi. Unde dicit
ibi offer eum in holocaustum quod
interpretatur totum incensum. noluit
ei parcere nec vivo nec mortuo. ¶
Quartum est quod non apparebat aliqua
precepti utilitas. Immo tercium occidere
dampnum enim manifestum erat. Nec
excusasset eum auctoritas precipi-
entis. ut nullis testibus affuisset. Sed nec
crederetur ei si diceret deum hoc pre-
cepisse. quia hoc erat rationi con-
trarium. nec precesserat sancte scriptu-
re sancte obedientie exemplum.
¶ Quintum quod omni agnorum noti-
ciam precessisse imminebat scandalum
Abraham precepto tam difficili

non se excusavit causam precepti
non interrogavit sicut faciunt qui-
dam imitatores dyaboli qui ait
Gen. Cur precepit vobis dominus
ut non ederetis de ligno quod est in medio
paradisi. Item non procrastinavit
mandatum quod quidam multi consilium
communicavit. si aliquos eorum fecisset
forsitan meritum amisisset. quia ad
dixit ei nolebam quod faceres sed ad
probandum te dixi. Et nota quod
sicut dominus obedientiam Abrahe
probavit si per obedientiam ipsum pro-
bare voluit in quo volebat sibi no-
vum formare filium. Christus non
tantum sicut Abraham sed etiam dede-
runt ipse matrem dulcissimam reliquit
ipse domum reliquid quia ipsum ipse
noluit cum vulpes foveas habent
etc. Christus formam spiritualis circum-
cisionis dedit quod voluntatem patris
sue preposuit dicens Non sicut ego
volo sed sicut tu vis pater. Christus
mandato patris in holocaustum
obtulit ipsius sunt discipuli et doctor
obedientie. Si filius dei diligit obe-
dientiam ad docet non debet homini
esse onerosum addiscere et maxime
hiis qui sunt in scolis etc. Si in celan-
stro valde verendum est illis qui do-
mini fuerunt in scolis hiis si obedien-
tie ignari inventi fuerint. Adam
inventus est se male habuisse in
obedientia in qua dominus eum
voluit et quam grave disciplina ei
dominus dedit omnes novimus. ¶
Obedientia facit hominem gratum
de bona ¶ Primum est quod dominum suum
efficiat quod non est modicum quia Si
enim honorabile est esse servum regis
terreni multo honorabilius est esse
servum regis celestis. Obedientia enim in hoc
quod efficit etiam dominum hominis domi-
num non vere reputat inobediens
dominum suum et si ore vocet dominum
suum eum. Luce. Quid vocatis me
domine domine et non facitis que dico
Inobedientes dudum dicuntur non fuisse

seruos suos cum regi celorum ianu
am eius claudit. Mathei vij Non omnis
qui dicit michi domine domine intrabit
in regnum celorum. sed qui facit volunta
tem patris mei qui est, intrabit. Ma
gna securitas est habere dominum
obedientem. Ambrosius. Queri non timeo
quia dominum bonum habeo. Beatus est
homo qui habet hunc dominum. Prouerbiorum. Beatus
populus cuius dominus deus eius. Secundum
quod hominem Christi fratrem facit. Primo
quod omni genere attinencie attine
tem. Mathei xij Quicumque fecerit volunta
tem patris mei qui in celis est, ipse
meus frater soror et mater est.
Tercium est quod facit mira et dominant
patet in petro qui obediens christo ince
dit super aquas. Et Gregorius refert in
dyalogo. Quoniam placitus puer
cum sim de merso esset cum vellet
aquas haurire beatus benedictus in cel
la consistens et hoc intelligens dixit
Maurus. frater maure curre quia puer
ille cecidit in aquam in lacum
et cum iam vnda longius traheret
Maurus ante consistens se currere
super terram currerit super aquam et
eductum puerulum extraxit qui po
stea reuersus ad se attribuit hoc sancti
tati benedicti. Quartum est quia ponit
hominem in excellentissimo statu in
[illegible] et infinito [illegible] ordinatur. De vita
Si audieris vocem domini dei tui
faciet te dominus deus tuus excel
siorem cunctis gentibus. Hinc est quod
[illegible] fratrum patrum in collacionibus po
sito qui vidit quatuor ordines an
gelorum. Primus erat hominum infirmancium
Secundus eorum qui sectant hospitales
Tercius eorum qui solitudinem sectantur
et non vident homines. Quartus
eorum qui propter deum et obedienciam
sunt subiecti patribus. Erat autem
hic ordo superior illis tribus et ma
iorem gloriam preter habebat. Vnus
corona aurea et cum quereret fortis

quare hoc concessum est ei. Quoniam
omnes regimen haberent alij, adim
plendo proprias voluntates. quamuis
in bonis operibus. hij autem omnes vo
luntates suas relinquentes totum pen
dent in voluntate patris inherent. Queri
to qui hic nullum habent regimen infi
nitum habebit summam. Ad philippenses dicitur
de christo factus obediens usque ad mortem
propter quod et deus exaltauit illum et de
dit illi nomen quod est super omne nomen
Vere obediens meretur a deo glorificari.
j Regum ij Quicumque honorificauerit me
honorificabo eum. Ecclesiasticus Semen hominum
honorificabitur hoc quod timet deum. Semen
autem hoc exhonorabitur quod preterit
mandatum domini. Quintum est quod
facit hominem triumphare. Prouerbiorum. Testis
fabi mendax peribit. vir obediens lo
quatur victoriam. Testis mendax
est qui professus est obedienciam et
eam non seruat. qui in puncto perit quia
in bello spirituali succumbit et infinito
peribit et eternaliter dampnabitur. Exem
plum habemus de hoc in populo iudaico qui
promisit se seruaturum legem Exodi
xxiiij omnia que locutus est dominus faciemus
cum vero transgrediebatur legem vince
batur. Iosue vij Anathema in me
dio tui est non poterit stare coram
hostibus tuis. Et iij Regum xj
de salomone. Fecit salomon quod non
complacuerat deo et subditur. Suscita
uit dominus aduersarium salomoni. sic
accidit ei qui in religione est qui
obedienciam non seruat cui tamen promisit
quod dominus mittit eum impugnari et
vinci et sic perit qui propriam volu
ntatem vult sequi tamquam filius
perdicionis. Iohannes xvij Nemo perijt ex eis
nisi filius perdicionis. Vere filius
perdicionis est ille qui voluntarie sibi
laqueum iniecit quo periturus erit.
Illaqueatus es verbis oris tui. Vere
filius perdicionis est qui de loco salutis

fecit sibi locum de temptacionibus. Secundum quia hominis animam custodit. Prov. Qui custodit mandatum custodit animam suam. Obedientem merito custodit deus tamquam suum. Prov. Verbum custodiens filius extra perdicionem erit. Eccl. Qui custodit preceptum non experietur quicquam mali. Vitas patrum. Quidam senex cum deesent necessaria vite precepit discipulo suo ut iret in vicum ad quemdam qui solebat ei necessaria deferre. Et ille licet timeret ire propter scandalum tamen dixit: Ego ire propter bonum obediencie. Senex vero dixit: confide in domino, deus proteget te ab omni temptacione. Cum autem venisset frater ad hostium, invenit apertum hostium, intravit. Illa quoque amplexata eum cepit alicere ad commixtionem carnis. Amplectans eum et eum urgeret. Cum cogitaciones clamavit ad dominum dicens: Domine propter oraciones eius qui me misit salva me ex hac hora. Et statim inventus est ad flumen iuxta monasterium suum. Et reversus est ad patrem suum sine macula.

Septimum est quod obedienti obediunt omnia. Et creator et creatura. De creatore habetur Josue x ubi sic legitur: Tunc locutus est Josue domino in die qua tradidit amorreum in conspectu filiorum Israel, dixitque coram eis: Sol contra Gabaon ne movearis et luna contra vallem Ahylon. Steterunt itaque sol in medio celi et non festinavit ad occidentem spacio unius diei. Non fuit prius aut postea tam longa dies obediente domino voci hominis. De creatura vero multa habemus exempla. Vitas patrum. Quidam senioribus misit discipulum suum ad hauriendum aquam, et erat puteus remotus a cella. Discipulus vero oblitus funem venit ad puteum, et propter longitudinem vie non audens reverti pro fune et ne forte contristaret senem, prostravit se in oracione, et surgens de oracione clamavit: Puteus, misit me servus ihesu christi abbas meus ut

hauriam aquam. Et statim ascendit aqua ad os putei, et implevit frater lagenam glorificans potenciam salvatoris. Aqua autem putei reversa est ad locum suum. Item abbas Paulus discipulo suo Johanni precepit ut afferret ei fimum bovinum quod erat ei necessarium. Ad illum ait: In loco ubi fimus est habitat leena. Cui abbas: Si venerit super te, alliga eam et duces eam tecum. Ivit Johannes et invenit leenam irruentem super eum. Qui volens eam tenere et ipsa fugit. Johannes vero sequebatur eam dicens: Abbas meus precepit ut alligarem te. Ductam ad eum substitit bestia, et tenens eam revertebatur ad monasterium suum. Et cum vidisset abbas, ne forte discipulus extolleretur, dixit ei: Sicut tu insensibilis es, ita insensibilem bestiam attulisti. Solve eam ut pergat locum suum. De gradibus obediencie.

Notandum quod sunt septem gradus obediencie. Primus gradus. Tangit quosdam qui non libenter obediunt. Quem gradum ut ipse ait non potest attingere qui voluntatem propriam sequitur. Non fecit libenter obediebat qui dicebat: Meus cibus est ut faciam voluntatem eius qui misit me. Secundus qui ocultis satagit ut quod vult hoc ut ipse ei prelatus iniungat. Ipse se seducit si forte sibi de obediencia blandiatur. Nec enim ipse ea re ipse prelato sed magis ei prelatus obedit. Bernardus. Nec dubium quin ampliorem graciam mereatur qui se exhibet ante mandatum quam qui ei obedire satagit post mandatum. Psalmus: Voluntarie sacrificabo tibi. Coacta servicia deo non placent. Tercius quidam sunt similes rusticis qui dominis suis nullum servicium volunt facere nisi coacti. Obediencia in difficilioribus gracior est. Et obediencia gracior. Inobediencia vero in faci

lioribus deo multum displicet. Aug(ustinus): In paradiso tanto maior inobediencia fuit quanto id quod preceptum fuit nullius difficultatis fuit. ¶ Secundus est obtemperare simpliciter. Multos enim videmus per sapientes in proprium multas facere questiones quare sepius generare videntur. Quibus hoc invenit consilium ... miraculum ratio, excusatio simulata, impossibilitas, advocatio amicorum. Ad simplicitatem obedire pertinet non indagare quare sibi precipiatur. Bernardus: perfecta obediencia maxime in incipientibus est indiscreta, hoc est non discernere quid et quare precipiatur, sed ad hoc tantum niti ut fideliter et humiliter fiat quod a maiore. Deuteronomio: Quod precipio tibi hoc tantum facias nec addas quicquam nec minuas. Cum enim Iulius Cesar imperator Romanus de hostibus quinque annorum spacium sibi promissum transisset, licet gloriose triumphasset, honor tamen debitus sibi denegatus, nec urbem ingredi permissus est, eo quod ultra terminum sibi prefixum moratus est. Debent inferiores audire mandata superiorum quasi a deo dicitur. Luce: Qui vos audit me audit. ¶ Tercius est hylariter obedire. Quibus enim libenter imperat homini in tristiciam efflanti? Ad Philippenses: Omnia facite sine murmuracione. Prelatus cuius subditi cum tristicia et murmuracione obediunt similis est illi qui haberet omnia membra infirma, qui necesse haberet movere et nullum posset movere sine dolore, qui esset in magna miseria. Prelatus talis imperat illi et ille confingitur et contristatur cum eo, et sic qui ob sequi debuerint offendunt. ¶ Quartus est velociter obedire. Luce: Dictum est Zacheo: velociter descende; et subditur: festinans descendit. Hodie salus huic domui a deo facta est. Ber(nardus): Perfecta obediencia est sua imperfecta relinquere.

Vitas patrum: Abbas Silvanus habebat duodecim discipulos, inter quos unum eorum Marcum quem pre ceteris diligebat propter bonum obediencie quod erat in eo. Cumque quidam dicerent ei quod alii discipuli contristarentur de hoc, ipse pulsavit ad hostium uniuscuiusque vocans eum nomine, et nullus eorum venit. Tandem vocavit Marcum, ad cuius hostium qui statim exivit; et Silvanus in eius quaterno quem scripserat ille tempore vocacionis ultimam literam imperfectam invenit, quam post vocacionem pro obediencia non complere voluit. Tunc illi iudicaverunt eum magis esse diligendum eo quod deus magis eum diligeret. Propter bonum obediencie valde gratum solet esse principibus cum precepta eorum velociter adimplent. Proverbiorum: Vidisti hominem velocem in opere suo, coram regibus stabit et non erit ante ignobiles. ¶ Quintus gradus est viriliter adimplere mandatum. Bernardus: Quam virtus imposuisti ad forcia agendum, constanter et constanter obediendum exemplo Christi qui factus est obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. ¶ Sextus est humiliter obedire. Dominus dixit discipulis suis: Cum feceritis omnia que precepta sunt vobis, dicite: servi inutiles sumus; quod facere debuimus fecimus. ¶ Septimus est indesinenter obedire. Bernardus: Perseverancia singularis filia est summi regis. Jeronimus: Quid currere prodest et ante metam deficere? Sic currite ut comprehendatis. Hii sunt septem gradus quos videbat Jacob dormiens in itinere. Gen. xxviii. Scala ista obediencia est, cuius duo latera possunt intelligi paupertas voluntaria et continencia, et abrenunciacio proprii sensus et proprie voluntatis

attendenda debeo sicut quatuor que
debat scala dicuntur ¶ Primum est
quod erat stans super terram in quo nota-
tur altitudo intentionis que debet esse
in hiis qui viam obediencie aggre-
diuntur ¶ Secundum est quod cacumen tan-
gebat celum in quo significatum est
quod conversatio religiosorum debet esse
in celis neque immediate transitus
est in morte curia perfecte obedien-
tie in celum paucum enim vel nichil
morantur perfecte obedientes in pur-
gatorio ¶ Tercium est quod vidit Jacob
angelos descendentes per scalam
illam in quo insinuatur quod via obe-
diencie vita est angelica sine cum
ascendunt deo assistendo et in ora-
cione lectione meditatione ad mo-
dum angelorum voluntatem dei pagunt
quando quantum ad illos impletur
illa domine orationis peticio ¶ Quartum
est quod dominus erat innixus scale in
quo insinuatur quod perfecta obedien-
tia se habet immediate ad dominum nul-
lum enim intervallum vel modicum
est inter mortem vere obedientis
et divinam visionem [Ps. lxxii] Te-
nuisti manum dexteram meam et in
voluntate tua deduxisti me et cum
gloria suscepisti me. Item insinuat
in hoc quod erat dominus innixus sca-
le quod ipse paratus est innitere et con-
servare eos qui viam obediencie
aggressi sunt quasi suos. Item
attendendum est quod sequitur vere
dominus est in loco isto dicit Jacob
Dominus se exhibet obedienti cus-
todiendo conservando et exaudien-
do et merito enim ille exhibeat et
servum dei voluntatem eius adimple-
ndo. Attendendum est etiam quod Jacob
postea dixit Quam terribilis est
locus iste. Terribilis est locus iste
scilicet locus religionis propter dominum
presenciam sollicite enim debent se
habere qui sunt in religione
hoc enim est unum illorum que

dominus requirit ab homine scilicet sollici-
te ambulare cum domino deo tuo
[Michee vi.] Tercio timere debet mente
hiis qui peccant in locis sanctis pena
eorum qui in locis sanctis peccaverint
ut pena luciferi et ade. Sequitur
Non est hic aliud nisi domus dei. Dicitur
religio quia cum vere obedientibus
dominus habet domicilium porta vero
celi est propinquitas qualem habet per-
fecta obediencia ad dei visionem
de illis qui de porta celi faciunt por-
tam inferni et de domo dei spelun-
cam latronum ut qui symoniace intrat
aliquam religionem vel proprii sunt
ibi et de illis religionis qui de sca-
la regni celestis faciunt scalam con-
fusionis quorum quod tanto amplius no-
cent hominibus quanto ipsi sunt
in gradu altiori. Duo sunt que
primum est [ad]versantur prudencie
primus sensus. Sicut enim equus vi-
debus non est idoneus currere ad
molam sic qui habet proprium sen-
sum non est aptus voluntati o-
bediencie. Exemplum relinquendi
proprium sensum dedit Christus cum re-
sta in templo inventus [Luce ii] Descen-
dit cum eis et venit nazareth et
erat subditus esse in consilio suo
qui sum sapientia ipsa deservit proprius
sensus oculus est vetere hominibus
qui inimicus est domini et ideo est
vitandus. Secundum est propria volun-
tas que deo displicet inter omnes
si deum multum displiceat Ipsa
enim est que deo primo inimicatur.
Ipsa sola aufert deo dominium
suum et dat illud dyabolo. Sicut
enim obediencia efficit hominem
servum dei sic propria voluntas effi-
cit servum dyaboli. Et ideo multum
dyabolo placet [Eccli.] Post concupi-
scentias tuas ne eas et a volun-
tate tua avertere si prestes anime
tue concupiscentias eius faciet te

ingratitudinem in multis homini
multum nocet. Sexta voluntas
sex mala homini facit. primum e(st)
q(uod) aufert ei deum. Ber(nardus) non debet obe
dienti copiam sui. tantus obedien
tie amator ut mori quam non obe
dire maluit. Secundum e(st) quia homini
beneficia dei subtrahit. Gregorius di
gnum e(st) ut ab eius beneficiis sit quilibet
extraneus qui eius mandatis superiori
bus non vult esse subiectus. Tercium
e(st) q(uod) meritum euacuat. Ysay. Quare
ieiunauimus et non aspexisti humili
tatem. Et subditur. Ecce in die ie
iunii inuenitur voluntas vestra.
Ber(nardus) Grande malum propria voluntas
qua fit ut bona tua tibi bona non
sint. Quartum e(st) q(uod) reddit hominem
maledictum. Deutro. Si audire no
lueris vocem domini dei tui ut custodi
as omnia mandata eius et facias
venient super te omnes maledictiones
iste et apprehendent te. maledictus
in ciuitate. maledictus in agro. ma
ledictum horreum tuum. et maledicte
reliquie tue. maledictus fructus ven
tris tui. et fructus terre tue. Quinta
est quia hominem confundit. Confu
ndetur iste in voluntate sua. Ysay.
Confundentur omnes qui repugnant
ei. iste confundetur qui propriam vo
luntatem in religione sequitur.
contrarium ei accidit illius quod
intendit. querit alicubi consolatio(nem)
ex hoc propter ea maiorem habet desola
tionem vel in commissione consecratio(nis)
vel in iniunctione penitentie vel infirmi
tate. quecumque ex hoc sequitur. qui
plus vult facere in religione vo
luntatem suam plus cogitur facere
contra eam. Jonas effugere voluit
ut dei voluntatem non impleret. im
plevit eam tamen invitus. Greg(orius)
Ecce Jonam fugitivum tempestas dei
invenit sors ligat mare suscipit
et quia auctori veri obedire dimisit
ad locum quo missus fuerat suo reg
auctore portatur. Sextum e(st) q(uod)
morte eternali et temporali dignum

efficit. Deutro. Si genuerit homo
filium contumacem qui non audi
at patris aut matris imperium et co
ercitus obedire contempserit lapidibus
obruet eum populus. ii Re(gum) vii Vir
dei qui non obediens fuit ori domini
passus e(st) a leone. Ber(nardus) Quicquid odit
deus aut punit quid preter volun
tatem propriam. Cesset enim propria vo
luntas et infernus non erit. Hic
dicendum est de disciplina.

Dicto de obediencia que redditur
ab hiis q(ui)bus debetur superiori dicendum
est de disciplina qua redditur
quod debetur inferiori. quam magis
ter hugo de sancto victore describit
disciplina inquid bona e(st) et honesta
cui parum e(st) studere in hiis que bene
agit perfecta irreprehensibilis appa
rere. Ber(nardus) Disciplina mores componit
ponit supercilia comprimit vultum ligat
oculos cachinnos prohibet moderatur
linguam gulam frenat iram sedat
format incessum. Secundo q(uod) disciplina
que dicitur reductio corrigendi
inferiore. Unde apostolus Rogamus vos
fratres corripite inquietos. Et iterum
Educate filios vestros in disciplina
et correctione domini. Quatuor
sunt que solent hominem impe
dire ne correctio debito modo fi
at. Primum est indiscreta humilitas
Augustinus loquens de prelatis quando
necessitas discipline in moribus co
hercendis dicit vos dura compellit
si etiam vos ipsi modum excessisse
sentitis non a vobis exigitur ut
a vestris subditis veniam postuletis
ne apud eos quos oportet esse
subiectos dum nimium servatur hu
militas regendi frangitur auctori
tas. Ad Titum hec exhortare et fac
loquere et arguere cum omni imperio
Secundum e(st) timor scandali veritas
enim doctrine vel vite vel iudicii propter
scandalum dimittenda non e(st). Ad Gala(tas)
ii dicit paulus. Cum venit petrus

in Anthiochiam in faciem ei restiti
quia reprehensibilis erat et cum
discipuli dicerent xpo scis quia phi
arisei audito hoc verbo scandalizati
sunt xpc dixit Omnis plantatio
quam non plantavit pater meus era
dicabitur sinite eos ceci sunt et du
ces cecorum Tercium e timor humanus
contra quem legitur de helya Eccli Non
pertimuit principem nec superavit eum
nimium aliquis Tercio de faciendi
correctionem Et nota quod quinque
modis debet esse correctio Primo debet
fieri cum amore Apoc Ego vos amo
arguo et castigo. Sed sunt aliqui qui
illos maxime volunt corrigere quos
videntur non amare quorum correctio
hiis quibus adhibetur non videtur
cor rectum sed hostilis persecutio Isaie
egredietur virga de radice yesse
Yesse interpretatur incendium Incen
dio amoris egredietur virga cor
rectionis Apostolus nolite quasi inimicum
existimare illum sed corripite ut fratrem
Secundo debet fieri cum compassione
necesse est enim qui alios habet cor
rigere ut iugiter meditari propriam in
firmitatem ut in semetipso discat quid
alii portare possint ad Gal Consi
derans te metipsum ne et tu tempteris
Omni potens deus ideo principem omnium
apostolorum fecit cadere ut in culpa sua
disceret qualiter misereri deberet Et de
xpo legitur Isaie vir dolorum et sci
entem infirmitatem Qui non didicit
pati disciplinam nescit eam in alios
ostendere Quidam religiosi abba
tes abbatem crudelissimum in exponendo
disciplinam quam in alios exercere so
lebat coegerunt eum secundum professionem
inter fratres et ipsi se tamquam sim
plicem monachum quem cottidie pro
clamantes et egregie verberantes ta
dem restituerunt eum sedi sue dicentes
Ecce per mensem fuisti in scolis discip
line et non solum audisti sed et sensi

sti disciplinae doctrinam non erat
lucrum si nesciebas quod non dedicit
tas sis memor eorum que didicisti
aliorum certe memoratorum faciens
eorum qui didicit ex hiis que est
disciplina Sunt multi qui volunt
alios corrigere a deo solo curalia
cum omnem tactum humanum fugiat
Tercio debet fieri in mansuetu
dine Ecclesiastici Sicut vicia animi sicut et
vicia carnis et corporis leniter trac
tanda sunt Apostolus vos qui spirituales
estis huiusmodi instruite in spiritu mansue
tudinis Quarto debet fieri secrete
si culpa sit occulta Mt Si peccaverit
in te frater tuus corripe eum inter
te et ipsum solum Si culpa sit ma
nifesta manifeste faciendum est .1.
ad Tim Peccantes manifeste et
coram omnibus argue ut ceteri ti
morem habeant Ysidorus manifesta
peccata non sunt occulta purgatione
purganda palam enim arguendi sunt
qui palam nocent ut dum apta
increpatione sanantur hii qui deliqu
erunt peccatores imitando corrigantur
dum unus corrigitur plurimi emen
dantur Quinto fieri debet cum mo
destia Sunt qui zelum habent
non secundum scientiam qui vocantur
vulgariter homines sine capite deliri
na coibic semientes in peccatores
quintus eos de honestantes non me
dicos sed hostes se exhibentes quatu
mens est iudicium dei evacuantes
dum omnia iudicare volunt. si enim
hic omnia vindicarentur ut ait Augustinus
locum divina iudicia non haberent
Inordinate vero eorum personat voces dum
absolute cunctis quod propter fundatur et
ponatur ceciatur potestas corporis est
ut gladius in manibus furibundi vix
ab ore corporis auditur corrigat Ipsi
solum vicere norunt et secant et
egritudini Ignem et ferrum adhi
bere volunt ignorantes quod omni
medicamentorum salubrius est scriptura

Sapientie nono per sapientiam omnes
sanati sunt quicumque placuerunt deo
ab initio. Tullius undique sufficiendi
sunt qui currunt arguendi qui ceciderit
et sanandi qui vulneratus sunt non
novo vulnere transfigendi. Qui zelum
indiscretum habent similes sunt il
lis qui veteres pelles vel patellas
reficiunt qui volentes obturare
foramen uno ictu mallei multa faciunt
vel aliud augent vel patellam omni
no frangunt. Similes etiam sunt
tales cuidam qui muscam videbat
super caput alterius volitantem quam du
rum temptavit percutere et cerebra
vit eum. Timendum est ne zelum alicuius
inanis gloria excitet ut accidit cui
dam qui ut iustus videretur apparere
proprium filium plenum delicto decolla
vit. Criminator infamissimus est qui mor
tem filii sui Balam laudem compa
rat iusticie. Zelus iste indiscretus
procedere solet ex imprudentia disscipli
ne in se ipsis et ex ignorantie proprie
infirmitatis et aliene et ex amore [illegible]
anis glorie talibus non est danda potestas
esset enim gladius in manibus fu
rendi isti ad instar demonum quotiens
ex introeunt incendium per se dimittunt
Cui vero habent zelum discretum medi
cos corporum imitantes morbos spiritua
les ex quaerentes salutem vero egrorum
quaerentes non irascuntur medici corporum
pacientibus immo consolantur eos
et ad tollerandum errorem medici
ne corpus in se excitaverit. Idem dicit
Augustinus de salvatore. Salutem in
quid medicus verbis corpus ne illum ab
horreret egrotum non puniunt qui
habent zelum discretum homines qui sunt
in culpa hoc deo relinquunt sufficiat eis
ut faciant eos penitere tales offitium
tortorum dyaboli et angelis eius relin
quunt. De partibus disciplinae

Notandum quod quedam disciplina per
tinet ad omnes scilicet disciplina
proprii corporis cuius consistit in

ieiunio maceratione vestium in duricia
lectorum in peregrinatione in vigiliis
in disciplina verberum. Circa primum
notandum est quod ieiunium multipliciter est
commendandum primo exemplis. Et primo
exemplo Moysi qui ieiunavit XL
diebus et quadraginta noctibus. Item
exemplo Helie qui tantundem ieiuna
vit. Item exemplo Christi. Beda Marcus
Et cum ieiunasset quadraginta diebus
et XL noctibus postea esuriit. Ergo
in hoc quod debet esse fundamentum vir
tutum. Johannes Non est perfecta virtus
sed est ceterarum virtutum fundamen
tum. Item multiplici suo effectu
primus eius effectus est qui misericordiam
dei affectat et impetrat. Vide Johannes
in. Facto ieiunio misertus est dominus
Niniven. Secundus est quod complacet
dei et angelorum incitat. Vide per hoc
ieiunium domini accesserunt angeli
et ministrabant ei. Tertius est quod mer
etur quandoque naturalem refectionem
a deo sicut enim testatur Johannes
Pauli primus hic vita semper ieiunavit
quousque panis sibi desuper de celo
mittebatur qui duplicatus est cum be
atus ad eum Antonius venit ille sua
liter conmedium duplicata est
et nobis annona. Quartus est quia
carnem vincit que est hostis famili
aris. Johannes In ieiunio passionis
oratione sananda sunt pestes men
tium. Quidam dyabolus simul
ait quod plus consideret magnitudo
carnis quam in aliquo alio quia
plus nocet domesticus hostis. Hoste
est enim nec effugere possum nec
fugare conmisceret ne[illegible] est enim
quem agitatum mihi primere
non licet sustentare cogor hostem
meum ad necessitatem me introito et
sunt dedignos esse in prisone illos
qui dicunt se carnem non posse
vincere cum homo possit ei ieiu
nando victualia subtrahere ut
est castrum a deo forte quod non

xl

possit expugnari si possent ei vic
tualia subtrahi. nec est ignis
adeo magnus quin extinguatur si lig
na subtracta fuerint. Proverbiorum. Cum
defecerint ligna ignis extinguetur.
Non est quisquam ita adeo fortis
quin ad debili domini non possit si for
tis necesse habet tenere dietam quam
debilis voluerit. Secundo est quia per
ieiunium dyabolus quodammodo oc
ciditur. Ambrosius. Videns quanta sit
vis ieiunii ut ieiunius homo spiritu
suo tirannum serpentem mortificat.
Multo ergo fortius spiritualem serpen
tem scilicet dyabolum. Nota quot
triplex est ieiunium. Primum scilicet
ieiunium acceptum deo. Cum per quod
est apud deum abstinentia corpo
rum animo ieiunat animis. Quid
prodest attenuari abstinencia absti
nentia cum animus intumescit su
perbia. Ysidorus. Cum a cibis absti
net et prave agunt demones
imitantur quibus esca non est.
Quare ieiunavimus et non as
pexisti et additur. Ysaie. Ecce in diebus
ieiunii vestri invenietur voluntas
vestra etc. Ecce ad lites et contentiones
ieiunat et post nunquam tale ieiunium
elegi dissolvit cogitationes impi
etatis. Secundum est ieiunium acceptabile
hoc est triplex. Primum est indifferens
quando scilicet homo ieiunat tan
tum in suavitate vel indigencie solum.
Secundum est detestabile scilicet ypo
critarum de quorum ieiunio dominus dicit
Cum ieiunatis nolite fieri sicut ypo
crite tristes. Cum ieiunat propter
laudem humanam multum sunt fa
tui de hoc enim quod boni hosti subtra
hunt duos hostes pascunt scilicet mun
dum et dyabolum. Item detestabile est
avarorum qui corpori subtrahunt in
os dyaboli ponunt. Os dyaboli est
bursa avari. Ieronimus. Est ieiunium

non maiis sibi lucrum sed saturitas
avariciarum. Item detestabile est
gulosis qui ieiunant ut melius
comedant quorum deus venter est
qui imminente sollempnitate dei
sui scilicet ventris faciunt ieiunium vigi
lie. Augustinus. Non deo sed sibi ieiunat. Si
ea que ventri debent ad tempus
subtrahit non inopibus tribuit
sed ventri postmodum offerenda custo
dit. Tertium est laudabile ieiuni
um. Laudabile est quod homo pure et
simpliciter propter deum ieiunat
pure videlicet ut sit absque mortali
peccato. Ieronimus. Obsecro vos per miseri
cordiam dei ut exhibeatis corpora vestra hostiam
viventem etc. Cum in mortali ieiu
nant corporis sui vale cadaver
mortiferum deo offert. Simpliciter
ut homo non querat delicias etc.
Ysidorus. Spernitur ieiunium quod in
vesperis deliciis compensatur. Sunt
quidam qui delicatiora volunt
habere cum ieiunant et plus co
medunt una quam duobus come
derent si non ieiunarent. Et talem
gratiam videntur facere deo qualem
facit ille qui dat duos obulos pro
denario. Ieiunium laudabile
tres habet species. Scilicet ieiunium bo
num melius et optimum. Ieiunium
bonum est quando cum caritate fit
et ad satisfaciendum deo pro peccatis
nimbis. Cum caritatem non habet ac
bonum amittit quod habet. I Cor. Si
tradidero corpus meum ita ut ar
deam caritatem autem non habeam
nichil michi prodest. Melius est
quando quis ieiunat ad dei laudem
et honorem et ad proximi utilitatem
ut scilicet dei contineue laudem dicere in
corde suo et ut pauperibus tribuat
quod sibi subtrahebat ad talem ieiuni-
um monet dominus. Mathei. Dicens. Tu
autem cum ieiunas unge caput

Interlinealis. Ero ieiunat qui per
amorem se maceriat et quod sibi subtra
hit alteri largitur. Optimum quod de
homo vna parte abstinet. et ex alia
parte bona agere non cessat. Isidorus
hoc est perfectum ieiunium quando
homo exterior ieiunat et interior
orat. Sunt aliqui qui nichil bo
ni possunt facere cum ieiunant sed
laborant ne sint ociosi. Tercium est
ieiunium a gaudio corporali quo
ieiunant viri contemplatiui sic
ieiunabat qui dicebat renuit con
solari anima mea. Thobie iii. Dicebat
Sara animam suam custodiuisse
ab omni concupiscencia. numquam
cum ludentibus me miscui. nec
cum hiis qui in leuitate ambulant
participem me prebui. Item quar
tum est disciplina pertinens ad eos
qui presunt ceteris hominibus et
hec est duplex. Prima est spiritualis
et hanc debent et possunt exercere
prelati ecclesie in subditos suos quos
possunt corrigere et ferire gladio
spirituali. id est sententia anathematis
exemplo pauli qui ymeneum et
alexandrum tradidit sathane
ut discerent alii non blasphemare.
Sicut ouis morbida que a grege
separatur ne grex ab ea inficiatur.
et sicut membrum infirmum et cor
ruptum et sicut humores prauam
a corpore eiciuntur ne infirmitatem
corpori inducant sic homines
pestilentes ab ecclesia per excommunicacionem
separandi sunt ne ceteros corrumpant.
Aug. quali grauari sic sunt membra
corporis quomodo humores quando
eiciuntur tunc releuatur corpus
sic et mali quando eiciuntur tunc
ecclesia releuatur. Secunda est mate
rialis. sicut cum delinquentes fe

riuntur gladio materiali que ma
xime pertinet ad principes terrenos
qui iusta de causa possunt corri
gere homines et occidere gladio
materiali quod potest ostendi ex hiis
verbis scripture que scribuntur Luce
Inimicos meos illos qui noluerunt
me regnare super se adducite ad
huc et interficite coram me

De equitate

Dicendum est de equitate que
est virtus rara et tamen
valde necessaria maxime
quatuor generibus hominum. Primi
sunt socii si enim hec virtus deest de
bent esse domini qui debuerunt
esse socii et super alios se exaltant
volentes se preferri et honorari uel
se tamquam grauamine aliorum dilatant
volentes habundare habere ea
quibus alii indigent. Et quibus in sanctis
congregationibus deterimum est illud.
Ysa. lix. Equitas non potuit in
gredi et inuenitur in eis quod dicitur
vulgariter quod licet sint omnes fratres
tamen non omnes scutelle sunt soro
res. E contrario de filio dei facto
fratre nostro dicitur ad hebreos
quod debuit per omnia assimilari fratribus
ut misericors fieret. qui enim ha
bundanter habent nesciunt per ex
perienciam quid sit indigencia nec
compatiuntur sociis indigentibus.
Secundi sunt dispensatores. Si enim
deest hec virtus. dant habundanter
propinquis et familiaribus quodam
dum sint indigentibus et pascunt
oculos diuitum ex hiis que subtracta
sunt necessitati pauperum. Tercii
sunt mercatores. hiis necesse est
equitas maxime in ponderibus et
mensuris [illegible] inique faciant.
Leuitici. Statera iusta et equa
sint pondera iustus modius equus
que sextarius. Prouerbiorum. Statera

Dolosi abhominatio est apud deum et
simplices equum voluntas eius. Cu-
rati sunt iudices quibus necessarium
est ut sine acceptione persone inter
partes contrarias equalitatem
servent. Levitici 19: Equum iudicium sit
inter vos sive peregrinus sive civis
peccaverit quia ego dominus deus vester.
Dicitur deus non est acceptor persona-
rum et ita vult quod modo iudicando
vices eius non sit acceptor personarum.
Sequitur de misericordia.

Misericordia que sic describitur: Mise-
ricordia est virtus per quam animus
super calamitate afflictorum movetur.
Quatuor sunt que nobis mise-
ricordiam commendant. Primum est
natura. Nam naturali compassione
unum membrum compatitur alteri mem-
bro. Apostolus: Si quid patitur unum
membrum compatiuntur omnia membra.
Item animalia eiusdem speciei movent
naturali pietate ad invicem. Dicitur
in libro de natura animalium quod non est
avium unius speciei quod se comedunt. Item
quod mortua aquila pullum eius relictum
alia suscipit nutriendum. Item ir-
rationabilia animalia ad res alterius
speciei moventur naturali pietate. Dici-
tur leones ad viam reducere erran-
tes et parcere hominibus prostratis coram
se et animalibus inferioribus quam ipsi
sunt nisi necessitas famis ad alios
eos cogeret. Item communis opinio
est quod lupi parvulos derelictos et a
matribus expositos ab aliis bestiis de-
fendunt et etiam nutriunt.
Secundum est scriptura et hec in multis
locis. Deuteronomio: Omnino indigens et men-
dicus non erit inter vos. Item pre-
cipio tibi ut aperias manum indigenti
et pauperi. Thobie: Noli avertere
faciem tuam ab ullo paupere ita
enim fiet ut nec a te avertatur faci-
es domini. Tertium est creator qui ex-
emplo suo ad misericordiam nos invitavit;
miserationes enim eius super omnia
opera eius. Joelis: Benignus et mise-
ricors est et patiens et multe mise-
ricordie et prestabilis super malitia.
Quartum sunt exempla sanctorum
que nos ad misericordiam movent et ma-
xime exemplum Christi, beati Job qui se ipsum
pro nobis dedit. [illegible] Gratiam
fideiussoris tui ne obliviscaris dedit
enim pro te animam suam. Propter tria
misericordia diligenda est. Primum est
quod deo multum placet. Non est quod deo ho-
mines ita amabiles faciat ut pie-
tas. Proverbiorum: Facere misericordiam et iudicium
magis placet deo quam victime.
Misericordia unguentum est quo ungi-
tur et maxime quantum ad membra
illa que maxime unctione indigent,
scilicet quantum ad pedes, id est pauperes qui sunt
pedes Christi. [illegible] Bonum est unguentum
contritionis quod de recordatione peccatorum
conficitur, melius devotionis quod fit
recordatione beneficiorum dei, porro mi-
sericordie unguentum pietatis. Secundum est
quod diabolo multum displicet cum per
eam maxime unitur qui tamen diabo-
lo in multis respectu hominis excellat in
hoc tamen quod misericordiam non habet homo eum
precellit. Ipse crudelis est et non mise-
rebitur. Tertium est quia homini maxime
prodest. Ad Thimotheum: Exercitatio corpo-
ris ad modicum utilis est, pietas autem
ad omnia utilis est. Misericordia qua-
tuor bona facit homini. Primum est
quia peccato obstat. Ecclesiastici: Ignem ar-
dentem aqua extinguit et elemosi-
na resistit peccatis. Item multa peccata de-
lent peccatori a quibus elemosine quas
facit eum custodiunt. Secundum est
spacium penitentie homini impetrat
ubi dicitur [illegible] commissione hic que [illegible] vite
et future. [illegible] ubi dicitur Glo.
Tertium quis iniuriam sustinet [illegible]
patitur vapulabit quidem sed non
peribit quod est intelligendum de illo qui
propter fiduciam quam habet in elemo-
sinis quas facit peccat. Tali enim dici-
tur: An ignoras quod benignitas
dei ad penitentiam te inducit ut ante
secundum duritiam tuam et cor impeniten-
tes thesaurizas tibi iram. Quartum est
quod bona temporalia multiplicat. [illegible]
[illegible] Terrene [illegible] hec quod pau-
peribus distribuuntur multiplicantur.
Bonifacius [illegible] aureos accepit de

Ecc 29

cista nepotis sui constantini presbiteri
et dedit pauperibus quos ille acceperat
et de equo suo vendito qui cum reversus
fuisset et vidisset cistam suam fractam
iratus est nimium. Et episcopus intravit in
ecclesiam rogavit ut deus ei daret aliquid
cum quo mitigaret animum sui aut
fratris presbiteri et invenit statim
in sinu suo duodecim aureos fulgentes
quos dedit ei et dixit. Certo quod post
mortem meam non eris episcopus huius loci.
Ille autem collegerat illos aureos
pro acquirendo episcopatu post mortem eius.
Item bonifacius cum esset puer omnem tu-
nicam matris sue expendit in usus
pauperum. Et cum mater perdidisset
incepit eum increpare et se pugnis cede-
re in faciem. Oratione facta abundan-
tia statim horreum plenum invenit
e quo viso cepit mater eum urgere
ut diceret quare ita celeriter que prius
possederat. Luce. Date et dabitur vo-
bis. Alii dividunt propria et ditiores fiunt
alii rapiunt aliena et semper in egestate
sunt. Ratio huius potest esse. quia homo
iusticiis fideliter dispensat parva bo-
na sibi commissa et ideo maiora super illa
constituitur. Quartum est quod avarum in
infernum misit [illegible] non mittit
Thobie xii. Dicitur quod elemosina a mor-
te liberat et non patietur animas ire
in tenebras exteriores. Unde quando
pauper elemosinam ab aliquo petit
ille a quo petitur quatuor videlicet debet
attendere. Primo quis petit. Mathei xxv.
Quod uni ex minimis meis fecistis mihi
fecistis. 2o. Iacobi. Cum extendimus manum
pauperi extendis christum cogita. Aug.
Christus petit et non accipit et offendis
non porrigat crudelibus nobis et dicit
quod uno filius meus christum illi oppo-
no servos suos mihi reponit ma-
gna iusticia ut habeas unum luxurie
filius tuus egeat. Deus cum enim
legisti. Quod uni ex minimis et non
timuisti. Certe quis esset et filios
tuos amas postremo omnia filios
tuos ad deum illum ut illos deum
tamen omnia bona habes sit ille duos habes

sit ille tertius. tres habes sit ille quartus.
Secundo quid petit deus qui suum petit
non tamen unum habet ingratus qui de
bonis dei habundanter habet in mensa
sua et tamen non vult dare deo mo-
dicum panis petenti. Aug. Dicit
tibi christus da mihi de eo quod dedi tibi
de meo quero et non das. donas
da mihi et reddo. habuisti me lar-
gitorem facito debitorem. Tertio
ad quid petat. Non enim petit ad lan-
dem sed ad mutuandum et ad centuplum
usuras. Aug. Miser homo quid fe-
nerari homini? feneratur deo et centu-
plum accipies et vitam eternam pos-
sidebis. Certe ingratitudo hominum
qui nolunt accomodare deo ad tales
usuras ad quales accomodarent iudeo
vel saraceno. Unde danti elemosinam
dicitur Thobie iiiio. Premium enim bonum
thezaurizas in die necessitatis. Aug.
Considerate fratres quia multi subito
omnia bona perdiderunt que studio-
sissime recondebant vel uno impetu
hostiali captivi ducti sunt vel cum
eis descendentibus flamma succensa
congregatum talis contriverit. qui non
audierunt domini consilium. Super pau-
peribus et habet thezaurum in celo
tradideris amicum tuum consilium tibi
dantem. de thezauro tuo et te tempus
consilium domini. de terra tua immasit
hostis deus in numquam invadet celum et
occidit servum custodet numquam accidet
deum salvatorem. Quid sunt pauperes
quibus damus nisi delatores nostri
delatori tuo das in celum portat
quod das. Immo quod plus est in manum dei
ponitur. et ideo iam auferri ei quod
dedit non potest cum sit nemo qui
de manu sua possit eruere. et ideo
in die mortis tue tibi centuplum
restituet et vitam eternam possidebis.
Quarto debet cogitare quod in necessitate
habet petere. petit ad deum regnum
eternum qui modo petit ab eo modicum
panis. Aug. Remissere meum solu-
quod dedi. Peciam quid accipiabas pa-
nis quem das. tua est de tua ut

rectificatur tua. Age ergo illi gratias qui rem tam preciosam tam vili precio te fecit emere. Dabis quod temporaliter perit, accipies quod in eternum manet. Ubi sitis panis angelorum. Ubi famem sitim numquam patiaris. Et subdit: Nemo dicat quod prestat pauperi, sibi enim plus prestat quam pauperi. Si enim modicum panis dat pauperi, deus ei dabit regnum suum. Proverbiorum xxi: Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, clamabit et ipse et non exaudietur.

Nota. Divisio misericordie.

Nota quod quedam sunt opera spiritualia, quedam corporalia. Spiritualia consistunt in duobus. Primo in compassione cordis. Primus enim est compassio quam dicitur quia rem equivalentem pluribus dat, et qui non compatitur quod in tantum conspicit primo negat. Compassio est crux interior cuius brachium superius est compassio qua quis compatitur hiis qui sunt in hoc mundo quantum ad penalem miseriam. Dextrum brachium est compassio quam quis compatitur hiis que peccant in hoc mundo. Augustinus: Unde ne in te desit humane compassionis qui plangat corpus a quo recessit anima et non plangit animam a qua recessit deus. Septem sunt propter que aliquis solet compati alii, que omnia circa Christum concurrerunt. Primum est doloris magnitudo. Hec causa debet fuit in tempore Trenorum: O vos omnes qui transitis per viam attendite et videte si est dolor similis sicut dolor meus. Secundum est amoris magnitudo. Propter hanc causam filii qui teneriter amant matres suas sustinent cum vident eas puniri quam si ipsi punirentur. Anselmus: Dubitat Christus magis amandum esse quam carnales matres. Que mater tot et tanta passa est pro filio suo quanta Christus pro nobis. Nonne matrem propriam reliquit pro nobis, insuper animam suam morti posuit pro nobis. Jeremias: Reliqui domum meam, dimisi hereditatem meam, dedi dilectam animam meam in manibus inimicorum meorum. Tertium est innocentia. Magis enim ei compati solemus

qui innocenter patitur. Hec causa debet fuit in Christo. Ipse enim peccatum non fecit nec inventus est dolus in ore eius. Propter hoc etiam letatur in passionibus aliorum sanctorum, in die beati passionis Christi contristabatur. Quartum est cum aliquis pro culpa nostra patitur pro compassione, sicut simus pro occasione, sicut patet in David ii Regum ult. Qui cum videret angelum populum occidentem propter hoc quod ipse fecerat, ait enim dixit ad dominum: Ego sum qui peccavi et ego inique egi; isti qui oves sunt quid fecerunt? Vertatur obsecro ira tua in me. Hec causa debet fuit in Christo. Unde illud Ysaie liii: Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras et attritus est propter scelera nostra. Et passio Christi pro occasione et ideo etiam quantum ad utilitatem et ideo deberet nostra quanta ad compassionem. Quintum est patientis nobilitas. Hec causa debet fuit nobilissimus quia filius fuit altissimi dei. Sextum proprietas. Unus patientis magis compatitur ei ad quem novit esse proximum et compatietur quam ei quem novit esse sine proprietate. Ipse enim deus non inventus hominibus ... sine misericordia. Jacobi: Iudicium sine misericordia fit ei qui non fecit misericordiam. Unde nemo duri cordis salutem inveniam adeptus est nisi forte deus misericors abstulit ab eo cor lapideum et dederit ei cor carneum. Hec causa fuit in Christo qui de compassione passus est, que sustinuit in mundo isto. Septimum est aliorum compatientium. Aliter enim solet homines mutare ad se compatiendum. Que causa tunc inveniuntur circa Christum, cui creature insensibiles compassi fuerunt. Unde sol radios eius abscondit quasi indignati eius tenebras faciens. Petre etiam scisse sunt quasi ea compatientes. Secundum in ministracione dimissione, ad quam nos monet dominus dicens: Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet et vobis peccata vestra pater celestis. Lucas: Multa sunt genera elemosinarum quas cum facimus adiuvamur ut nobis

peccata dimittat sed inter ea nullum maius
quam cum ex corde inimicis qui in nos
quisque peccavit. Aug. Enarrare non di-
mittat quis parvum facit. ut ei do-
minus dimittat totum. Isidorus. Non
solum qui esurienti vel sitienti et in-
digenti vestitum largitatem impendit sed
etiam qui inimicum diligit et qui lu-
genti affectum compassionis impertit
et in quibuslibet necessitatibus a-
liis consilium adhibet sine dubio
elemosinam facit. Corporalia vero con-
sistunt in septem. Primum est esurientes
pascere. Ysa. Frange esurienti pa-
nem tuum. Secundum est sitientes potare.
Prov. Si esurierit inimicus tuus
ciba illum. si sitit potum da illi.
Ad hec duo opera nunc mittuntur ubi
scriptum est. Item mittite partes eis
qui preparavit sibi. Et Tho. panem
tuum cum egenis et esurientibus come-
de. Item exemplis sanctorum patrum.
Tho. de facultatibus suis esurientes
alebat. Job. Si comedi buccel-
lam meam et non comedit pupillus
meus ex ea etc. humerus meus a iunctura
sua cadat et brachium meum cum suis
ossibus conteratur. Item mercedis
promissione. Luce. Cum facis convi-
vium voca pauperes et debiles clau-
dos et cecos et eris beatus quia non
habent unde tibi retribuere. retri-
buetur autem tibi in resurrectione
iustorum. Item divites qui habent
ad mensam suam nichil volunt
dare pauperibus in fine nichil ha-
bere inveniunt. Non remansit de cibis
eius. propterea nichil remanebit de bonis
eius. Tercium est colligere hospites.

Hospitalitatis duo bona facit
homini. Primo bona temporalia multi-
plicat ut patet in illa vidua que
Heliam in hospicio recepit. cuius fari-
na et oleum non defecerunt. Secundo
deum et angelos meretur recipere
qui hospitalitati deservit. Unde refert
Greg. in dyal. quod quidam pater
familias multum fuit hospitalitati
studiosus. quadam autem die cum peregrinos
recepisset et aquam daret manibus
ex humilitate unus fuit inter eos cui-
us manibus aquam fundere debuit et
cum versus eundem aspexisset eum
non invenit. Cumque hoc factum apud
se miraretur. eadem nocte ei dominus
per visionem dixit. Ceteris diebus me
suscepisti. Greg. Quidam Martirius
nomine vite valde honorabilis mo-
nachus fuit qui ex suo monasterio
visitacionis gratia ad aliud mona-
sterium tendebat cui spiritualis pater
preerat. pergens itaque leprosum quen-
dam ulceribus elephantino
morbo succumbentem redeuntem inve-
nit in via volentem ad suum hospi-
cium redire et per lassitudinem non
valentem. in ipso vero itinere se pro-
hibebat hic hospitium. quo idem
Martirius monachus ut estimabat
vir autem dei eundem leprosum las-
situdine miseratus pallium quo ve-
stiebatur in terram protinus proiecit
et expandit hoc et super leprosum
posuit eumque suo pallio constrictum
super humeros levavit secumque re-
vertens detulit. Cumque iam mo-
nasterii foribus appropinquaret spiri-
talis pater monasterii huius ma-
gnis clamare vocibus cepit. Cur-
rite et ianuas monasterii aperite
quia frater Martirius venit deum
portans. Statim vero ad mona-
sterium ut pervenit is qui leprosus
esse putabatur de collo eius desiliens
in ea specie apparens qua recognosci
ab hominibus solet redemptor hu-
mani generis deus homo Ihesus Christus
ad celum Martirio respiciente re-
dit. eique ascendens dixit. Mar-
tiri tu me non erubuisti super
terram. ego te non erubescam in celis.
Qui sanctus vir mox ut esset mo-
nasterium ingressus. ei pater mona-
sterii dixit. Frater Martiri ubi
est quem portasti. Cui ille respondens
dixit ego si scivissem quis esset

pedes eius detersisset. Tunc idem
charitatis narrabat quia cum por-
tasset pondus minime sensisset. Quod
pondus eius sentire poterat qui por-
tantem portabat. Christus in specie
leprosi apparuit etiam qui est vene-
rendus super omnia videri despectus
infra omnia dignatus est. Cum hec [illegible]
nos tardiores admoneret quatenus
quibus quibus et qui interius est festinat
aspectu humiliari super terram et compa-
ti etiam abiectis et de hospitalibus
fratribus non recusat. Luc. Dense
te fratres quanti hospitalitatis sit
virtus ad mensas vestras christum sus-
cipere et vos ab eo suscipi ad sedes
divina etiam valeat. Preferte mo-
dico peregrino hospitium ut vos
in iudicio non peregrinos quasi nesciat
sed ut proprios ad regnum suscipiat. An-
gelos etiam meruit suscipere. Ad he-
breos. Hospitalitatem nolite oblivisci
per hanc enim quidam placuerunt an-
gelis hospicio receptis ut Abraham
et Loth. Duo genera hominum
maxime recipiendi sunt hospi-
cio. Quidam sunt boni viri in 4 Regum
audito quod sanctus dei esset iste
qui transit per nos frequenter faciamus
ei cenaculum parvum et ponamus in eo
lectum etc. Econtrario in aliquibus
locis boni viri vel non recipiuntur
vel male recipiuntur. Iudicum xix.
Vadimus ad domum dei nullus vult nos
ad tecta recipere. Similem querelam
multi boni viri possunt facere ho-
die hinc dicit dominus. Ego veni
in nomine patris mei et non accepi-
stis me. Si alius venerit in nomine
suo illum recipietis. Secundi sunt pereg-
rini pauperes recipiendi sunt quia indigentes
quia magis indigent. Iob. Foris non
mansit peregrinus viatori hospitium
meum patuit. Ysai. Egenos et va-
gos induc in domum tuam. Item non
solum sunt recipiendi sed etiam tenendi
et cum magna reverentia sunt suscipi-
endi viri quidam viri religiosi

dicebat fratres advenientes adorari
cum christum sit per advenientium corpus ad-
venientium dominum nostrum Ihesum Christum. Sic
recepit Abraham tres viros. Gen.
xviii. Quos cum vidisset Abraham
occurrit in occursum eorum de hospitio
tabernaculi sui et adoravit in terram.
Sic recepit Loth angelos. Gen. xix.
Quos cum vidisset surrexit et ivit
obviam eis adoravitque pronus in terram.
Item recipiendi sunt hylariter. Vnde ca-
nitur I. Petri. Hospitales invicem
sine murmuratione. Et ministrandum est eis
habundanter. Iudic. xix. Pax tecum
sit ego prebebo omnia que necessaria sunt
tantum quaeso ne in platea maneas. Fa-
cit etiam ad hoc quod hospitalitas devocior sit
gratior si dominus in propria persona hos-
pitibus serviat. Vnde dicitur dominus
Dominus loquens de Abraham quod tres
viros receperat non servis precepit ut ho-
spitibus ministrarent sed tamen quod decebit
per se ipsum ministravit sed quasi prede-
cessori. Cum sancta Martha humilitate so-
lus recumbit ipse pedes lavit ip-
sius vitulum de argento in humeris por-
tavit ipse ut servus stetit peregrinis
manducantibus et manibus coctos cibos
ieiunaturus apposuit. Item peregrini
sunt qui hospicio recipiuntur [illegible]
parentibus. Gen. xix. Habitatum
filias habeo meas sicut vobis placuerit
facitote modo viri isti nichil mali fa-
ciatis. Iudic. xix. Nolite fratres
malum hoc facere quia ingressus
est homo hospitium meum. Item mul-
ti tenendi sunt ad quietem audiendi verbo et
exemplo. In dialogo legitur. Quia
abbas Cassianus venit ad quendam
senem qui coegit eum plus comedere
quam cum diceret se saciatum. Et ait
Ego cum diversis fratribus supervenientibus
septies manducavi et adhuc esurio
tu vero semel manducans es saciatus
et dixit ieiunium iuste frangendum propter
hospites quia in hoc suscipitur christus
et nunquam possunt filii sponsi lugere
quamdiu cum illis sponsus est tamen eis. Item

quidam senex. In vitis patrum multum fuit
hospitalis faciens manducare omnes
ad se venientes. Venit autem ad eum
quidam senex solitarius volens refi-
ci dicens se ieiunare. Cui senex
exeamus et oremus sub arbore ac et-
iam fuit arbor inclinata ipsum sequentem.
Orante autem solitario seni hospitali
arbor est inclinata. Tertium est vestire
nudos. Ad hoc monet nos scriptura
Tho. De vestimentis tuis nudos tege.
Ysa. Cum videris nudum operi eum
et carnem tuam ne despexeris. Hoc opus
misericordie commendatur nobis exem-
plo sanctorum et maxime exemplo dei
qui adam et uxorem eius postquam
peccaverunt in statum amicire fecit tu-
nicis pellicis. Item exemplo Job.
Si despexi euntem pretereuntem eo quod
non haberet indumentum et absque operi-
mento pauperem si non benedixerunt mihi
latera eius et de velleribus ovium
mearum calefactus est humerus meus cadat
a iunctura sua et brachium meum cum
ossibus suis confringatur. Job xxxi°.
Item exemplo dorcas que hoc operi
inte fuit. Aqua suscitavit. Actuum ix.
Quartum infirmos visitare. Visitare
ad quod monemur. Ecci. Ne te pigeat vi-
sitare infirmos ex his enim in dilectione
firmaberis. Hoc opus inter deo multum
placet. Jac. Religio munda et immacula-
ta apud patrem hec est visitare infirmos
pupillos et viduas in tribulacionibus
suis. Hoc opus inter cetera videtur
omnes respectum precedere. Ut in vitis
patrum. Quidam frater interrogavit quen-
dam senem dicens duo fratres sunt
quorum unus ieiunat sex diebus alter de-
servit infirmis. Primus vero multum laborat
alter vero servit egrotantibus. Cuius opus
magis acceptum est deo. Cui dixit senex
Si frater ille qui sex diebus ieiunat
laborat appenderet seipsum naribus non posset
esse equalis illi qui infirmantibus
deservit. Hoc opus inter commendavit nobis
filius dei exemplo suo visitans genus
humanum in infirmitate positum.

Quintum est visitare eos qui sunt in
carcere. Ad hoc monemur. Hebr.
Memento vinctorum tanquam
simul vincti. Visitandi sunt qui sunt
in carcere non solum ut necessaria
eis ministrentur vel aliqua consola-
tio eis adhibeatur sed etiam ut a
carcere liberentur. Ecci. Libera eum
qui iniuriam patitur. Ysa. Ege-
num et pupillum de manu peccato-
ris liberate. Hoc opus inter commendatur
nobis variis exemplis sanctorum.
Legitur de thobia quod pergebat per omnes
qui erant in captivitate et monita
salutis dabat eis. Daniel Susannam
adiudicatam morti liberavit. Nicolaus
tres pueros morti adiudicatos liberavit.
Prov. Erue eos qui ducuntur ad mortem.
Sextum est sepelire mortuos. De
hoc opere inter commendatur thobias
de quo legitur quod cum invitatus esset ei
quod unus de filiis Israel iugulatus in pla-
tea iaceret statim exiliens de accu-
bitu suo relinquens prandium ieiunus
pervenit ad corpus tollensque illud
portavit ad domum suam occulte ut
dum sol occubuisset caute sepeliret.
Hoc opus misericordie exercuerunt
Joseph et Nicodemus. Item et zozimas
simul leone obsequiente sepelivit
illam penitentem Mariam egyptiacam. Hoc
opus commendatur nobis ex brutorum anima-
lium etiam. Dicitur quod mortuo delphi-
no circumstant alii delphini ne eo
mordeant enim pisces et deferunt eum
ad profundum aque et sepeliunt. Unde
quod multi propter peccata sua hoc beneficio
privantur. Sicut Jezabel iiii Reg. ix.
Et Jason qui insepultos abiecit mul-
tos ipse et inlamentatus et insepultus
abiectus est sepulture. De quo ele-
mosina sit facienda.

Elemosina sit facienda de his
que iuste acquisita sunt. Prov.
Honora dominum de tua substantia.
Thobi. Fili de tua substantia fac
elemosinam. Omnia bona videtur
illa que fit de patrimonio Christi in
quo solam dispensationem clerici

Habent. Jeronimus. Facultates ecclesie pa-
trocinia sunt pauperum. Et sacrilega
eius crudelitate subripitur quidquid
sibi ministri et dispensatores non utique
domini et possessores ultra victum et
vestitum. ¶ Secunda est melior que fit
de proprio patrimonio ¶ Tertia opti-
ma que de labore fit de his que pro
labore acquiruntur. Ad Ephesios. Qui fu-
rabatur iam non furetur magis autem
laboret manibus suis quod bonum
est ut habeat unde tribuat necessitatem patienti.
Et sciendum quod elemosina non est faci-
enda de furto vel rapina quia deo non
placet [illegible] qui potest facere cum sint
testamentum. Augustinus. Equale est illud
[illegible] quod alter cum gaudio accipit
alter cum lacrimis amittit. Eccli. Im-
molantis ex iniquo immaculata est ob-
latio. Item qui offert sacrificium
ex substantia pauperis quasi qui
victimat filium in conspectu eius
patris. Gregorius. [illegible] mali sacrificio
hostia offertur omnipotenti dei
non placat [illegible] sicut
aqua que munda est lavat. sed immunda
inquinat. sic elemosina si sit de re in-
iuste acquisita lavat et sicut non est dan-
da elemosina de re furtiva sic nec de
accipienda. Tho. Non licet nobis
dare de furto aliud aut contingere.
Et nota quod elemosina est tanto gra-
tior quanto res que datur danti
erat carior. Cui danda sit elemo-
sina. Pauperibus danda est elemosina.
Hieronymus. Quem satis communiumquam nolo bonorum
divites sed boni pauperes ac debiles
[illegible] imitari debemus in hoc. Regina(?)
Luce. Esurientes implevit bonis. Jeronimus.
De pauperibus non locupletibus nostris
superbis de quo necessitas sustentetur
non quo augeatur opus. Item dan-
da est malis ut simus imitatores
eius qui solem suum facit oriri super
bonos et malos et pluit super iustos
et iniustos. et Luce vi. Omni pe-
tenti te tribue. maxime tamen
danda est bonis. Eccli. Benefac iusto
et accipies retributionem magnam
et si non ab ipso certe a deo. Abdiem

de dono et ne recipias pauperem (peccatores). Be-
nefac humili et ne dederis impio quod
intelligendum est in duobus casibus.
Primus est si credas quod propter donum tuum
negligat iustitiam. ¶ Secundus cum datur
causa [illegible] ut faciunt illi qui dant
histrionibus causa histrionatus. Item
danda est hominibus non tamen viciis. Augu-
stinus. Dedit pauperibus quod solo homini de-
dit nomine simili sicut et tibi. ¶ Quo-
modo danda sit elemosina. Primo
quod danda est elemosina cum animo be-
nivolo. Deus enim plus respicit ad a-
nimum quam ad datum. 1 Reg. Dominus
intuetur cor. Item danda est cum hy-
laritate. Eccli. In omni dato hylarem
fac vultum tuum. Augustinus. Qui dat ut
careat tedio interpellantis non ut refi-
ciat viscera indigentis et rem et meritum
perdit. Item cum sermonis dulcedine.
Eccli. Declina pauperi sine tristicia
aurem tuam et redde et responde pacifica in man-
suetudine. Item cum festinatione. Prov.
Qui pronus est ad misericordiam benedicetur. [illegible]
Job. Si negavi pauperibus quod vole-
bant et oculos vidue expectare feci.
[illegible] Item danda
est cum homo vivus et sanus est. Eccli.
Fili si habes bene fac tecum et deo di-
gnas oblationes offer. memor esto quoniam
mors non tardabit. Elemosina quam
quis dat in vita sua est sicut lucerna
que precedit aliquem euntem
ne cadat in lutum vel foveam. Elemo-
sina vero que fit post mortem est sicut
lucerna que fertur hominem post tergum
que non custodit hominem quin cadat
in foveam. In inferno non est liberatio.
Item danda est cum humilitate ita
ut vitam [illegible] non queras. Eccli.
Conclude elemosinam in sinu pauperis.
Gregorius. Sufficit [illegible] regno
expectant communicare. Et in legenda
beati Nicolai dicitur. [illegible] homo
est in [illegible] mundi [illegible] per [illegible]
sua multum [illegible] sic appetere [illegible]
legitur ut elemosinam si tamen [illegible]
non causa obtinendi fiat. Item de
elemosinis quas das si [illegible]

et salutem proximis ad hec monemur Eccli
vii Ne dicas in multitudinem munerum meorum res-
piciet deus et offerente me deo munera
mea accipiet elemosina enim
ei non valet qui in malo permanet Se-
cundo est secundum facultates hominis Eccli
Secundum vires tuas exporrigens da
pauperibus. Da altissimo secundum donati-
onis. Tho Quomodo potueris esto mise-
ricors si tibi fuerit exiguum etiam libenter
impertiri stude si tibi multa fuerint ha-
bundanter tribue. Nullus potest se ex-
cusare a collatione elemosine etiam si
sit pauper cum tamen placeat quandoque deo
quod pauper dat pro deo obulum sicut si dives
daret centum marcas. Libenter pauper
emeret carnes in macello si tamen cre-
deret se habiturum pro uno denario quantum
dives pro centum solidis. Luc Dixit deus
de paupere vidua que miserat duo era
eta minuta in gazophilacium vidua
hec plus quam omnes misit. Si non
potest pauper dare obulum det calicem
aque frigide et non perdet mercedem
suam. Si hoc non potest det verbum consola-
tionis vel orationis super illud Justus
autem miseretur et retribuet. Justo
semper est aliquid quod det vel orationem
saltem. Item tertio est ordinate ut ab se
ipso miseratur sibi ipsius Eccli Miserere
anime tue placens deo Aug Qui vult
elemosinam ordinate dare a se ipso debet
incipere. Item deus rogat ut miserearis
tui et non vis. Quomodo exaudiet te de
indigentie necessitate supplicantem cum tu
eum petere non audis rogantem. Qui
sibi nequam cui bonus. Sicut non
est misericors qui matri sue indigenti
non miseretur ita vere non est misericors
qui anime sue infirmitati ad mortem
non miseretur cum magis eam diligere
debet quam matrem. Sap Semper tibi
proxima esto ad ordinem pertinet
ut prius misereatur anime quam corpori que
est in maiori miseria quam et qui communi

De donis que christus in se habuit

Dicto de misericordia dicendum est de
donis que christus in se habuit
de quibus Ysa xi Requiescet
super eum spiritus timoris domini spiritus
sapientie et intellectus spiritus fortitu-
dinis et consilii spiritus scientie et pi-
etatis et replebit eum spiritus timoris
domini. Ista septem dona sunt quasi
septem stelle in dextera dei Apoc i
Et bene stelle dici possunt quia noc-
tem presentis vite illuminant. Presens vita
nox dicitur et propter adversitates qui-
bus plena est et propter tenebrositatem
culpe et ignorantie que in ea habun-
dant. In dextera vero christi sunt hee
stelle quia christus donationem horum
donorum ad manum suam retinuit. Ista
septem dona concedit christus ecclesie sue
et hoc contra septem mala presentis vite.
Primum est puerilitas Sap xv
Infantium insensatorum vita viventes
contra hoc malum est maturitas sa-
pientie. Ber Sapientiam maturi homi-
nis ad maturitatem sapientie pertinet presentia
despicere et eterna intellectu capere
et affectu desiderare. Presentia intelligas
hic sanitatem temporalis et bona temporalia
que sunt parva et poma comparatione
eternorum diviciarum. Eterna intelligas
eterna gaudia. Secundum est malum bru-
talitas que exteriora sola in rebus
sensibilibus capimus illis solis herebus
et quasi foris stantes. Interiora vero
eorum non attingimus contra hoc malum
donum intellectus penetrans interiora.
Tertium malum est precipitositas contra
quod est donum consilii Prov xi Erit salus
ubi multa consilia. Quartum est
malum continuitas certaminum contra
quod est donum fortitudinis. Audi iste est
ceptus certaminis. Job Militia est vita
hominis super terram. Quintum est error
circa bona et mala quandoque credimus
bona que sunt mala Ysa v Ve
qui dicitis bonum malum. Quandoque enim
credimus quandoque esse magna bona
que sunt parva et econtrario. Contra
hoc malum est donum scientie. Scien-
tia enim respicit bonum et malum. Sex-
tum est vite acetabilitas qua scilicet vita
nostra deo non est honorifica immo est

contumeliose contra eum est secundum prouecta
tis patet sed prouectus senectus sanctorum
primo sed deuincti eorum que ei sacrifica
ta sunt. ¶ Septimum est stulta securi
tas quia nichil est periculosius homini
tot malis obsesso contra hoc ma
lum est donum timoris. Et nonum quod
minimum eorum donorum preualet omni
auro quod est in mundo [illegible] videtur esse
donum timoris. Exemplo legitur Eccli. Nichil
melius quam timor domini. Timor sanc
tus est timor fugiens quod ei aduersatur.
Ad timorem domini hortatur nos Psalmista
dicens Timete dominum et seruite ei in
timore. [illegible] perfecto. Matth. Timete eum
qui potest corpus et animam mittere in gehe
nnam ignis. Textus Tria bona facit
timor in homine. ¶ Primum est quod ma
lum culpe quod in homine inuenit expel
lit [illegible] nam qui sine timore est
non poterit iustificari. Eccli. Qui ti
ment dominum preparabunt corda sua ac
in conspectu illius sanctificabunt animas
suas. ¶ Secundo obedientem reddit.
Eccli. Qui timent dominum custodient
mandata eius. Idem Qui timet deum
inquiret que placita sunt ei. ¶ Tertio
hominem adeo meliorat ut unus timens
mille aliis preferendus videtur.
Eccli. Melior est unus timens deum quam
mille filii impii. ¶ Sex sunt species
timoris. ¶ Prima est naturalis est quo
timet quilibet naturaliter nociuum nature
hic timor non est meritorius nec deme
ritorius quia non sub est libero arbitrio
hoc timore timuit christus naturaliter
mortem. Marci Cepit ihesus tedere et pa
uere et mestus esse. ¶ Secundus est humanus
cum scilicet aliquis timet amplius debito
corpori suo qui timor prohibebatur
Matth. Nolite timere eos qui occidunt cor
pus et procedit ex nimio amore pro
prie [illegible] et sic amor proprie vite quandoque est
veniale peccatum ut quando est circa [illegible].
Item timor humanus quandoque est veniale
peccatum ut cum oritur ex honore amore
mortali. Exemplo amore Iohannis qui
amat animam suam perdet eam ex timore

humano negauit petrus ihesum. Tertius
est mundanus quando aliquis mundus timet
rebus suis. Iste timor fuit in iudeis
qui occiderunt christum. Io. Si dimittimus
eum sic omnes credent in eum et venient
romani et tollent nostrum locum et gentem.
Iste timor multum fit [illegible] Aug.
Diuicie plus cruciant adepte amissionis
timore quam concupite adeptionis ar
dore. ¶ Quartus est seruilis timor. Ser
uilis est enim propter timorem iehenne
continet se homo a peccato et iste timor
non est cum caritate. Unde Aug. loquens
de timore. Inaniter magnus putat se vic
torem esse peccati qui timore non peccat
quia si non impletur foris negotium
male cupiditatis intus est hostis. Item
ipsa voluntate reus est qui vult facere
quod non licet fieri. Inimicus vero iusticie est
qui pene timore non peccat amicus
autem erit si eius amore non peccat.
¶ Quintus est initialis qui est cum imperfecta
caritate. Exemplo i Iohannis perfecta caritas
foras mittit timorem quia timor penam
habet. Glo. timorem illius. Exemplo dicit
Initium sapientie timor domini quia timens
[illegible] maiores opera iusticie ne dimittat
[illegible] modo et se minus castigatum
[illegible] hunc timorem timet [illegible]
dampnet [illegible] et timet [illegible] quem iam amat
[illegible] timor separationis principalis est. ¶ Sex
tus est timor filialis qui est cum perfecta
caritate qui secundum usum aliquid manebit
in patria. Exemplo in psalmo Timor do
mini sanctus permanens in seculum seculi [illegible]
Qui hic timorem filialem habet [illegible] offendere
patris celestis sicut bonus filius
etiam si sciret ex illa offensa nichil
mali accidere cum illo timore securi
tas enim accipit perfecta caritas perfectam
iusticiam facit nec habet unde timeat
[illegible]. Dicitur tamen sancti ma
xime timuere iehennam quia maxime
timent ea que ad iehennam ducunt
ergo mens illuminata plus timet. Hic
timor filialis in patria dicitur esse
quedam reflexio [illegible] altitudinem in
[illegible] quedam fuga spiritualis
diuine altitudinis [illegible] secundum [illegible]
refugium se equare deo volentes ei [illegible]

subiectissimi Primum est consideratio pas
sionis xpi Le' Ex consideratione tremen
di precii unde estimo quantitatem
sceleris cum occiditur medetur ut vulneri
bus meis preciosi sanguinis balsamo
medicatur agnoscat homo quanta grauia
sunt tua vulnera pro quibus necesse est
xpm dominum vulnerari. Secundum est conside
ratio culpabilitatis me si tamen timet
aliquis cum scit se reum esse vindicari
minus iniuria alicuius tiranni principis
quantum timere potest qui scit se tot et
tantorum criminum esse apud districtissimum
iudicem. Legitur de quodam nobilissi
mo rege qui fuit in grecia qui memor
malorum suorum et diuini iudicii semper
tristis erat. Etiam cum solempnitates
cum principibus suis celebraret. qui in
terrogatus super hoc a quodam fratre
suo noluit ei causam sue tristicie osten
dere et misit buccinatores suos ante
portam suam quod secundum consuetudinem
illius regni certissimum signum erat mortis
et cum frater regis ad regem esset ductus
et non modicum timeret et valde tri
stis esset. requisiuit quare non gau
deret. cui cum frater diceret quomodo
in tali statu gaudere posset. indicauit
ei rex causam tristicie sue. Si enim
tantum timebat qui sciuit regem esse
fratrem suum et qui in nullo faciebat se ei
culpabilem apud eum qui nisi aliqua
signa offense regie audierat. me
rito timere poterat qui in tot et tantis
faciebat culpabilem se esse apud diuinam
maiestatem. Tercium est opera iusticie
que dominus legitur fecisse in isto
mundo. Primum est de lucifero et angelis
eius qui ei adheserunt quos propter peccatum
superbie irreuocabiliter dampnauit.
Unde vidi sathanam quasi ful
gur de celo cadentem. Secundum est pena
inflicta propter primorum parentum. Tercium
est diluuium quo totus mundus submersus
est preter carnibus excepto octo animabus.
Quartum est dispensacio dei cui nemo
potest resistere et quem nemo potest effugere'

Ysa xl viij Ultionem capiam et non
non resistet michi homo. Quintum
est zelus iusticie diuine qui ex hoc
apparet quod deus pater potius voluit
ut eius unigenitus penam quam debebat
genus humanum solueret quam ipsi re
mitteret eam. Ad Roma viij Qui proprio
filio suo non pepercit. Glosa Qui non
pepercit filio suo innocenti pro peccatis alienis
quomodo parcet seruo nocenti pro peccatis suis. Sex
tum est extremum iudicium. De isto
horribili attendendo et extremo
iudicio. Primum est quod sacra scriptura
in tot locis comminaciones facit peccatoribus
venientibus ad hoc iudicium Deutero 32
Si acceperit iudicium manus mea
reddam ultionem hostibus meis
et hiis qui oderunt me. Inebriabo sa
gittas meas sanguine et gladius
meus deuorabit carnes i. carnaliter vi
uentes. Ysa xlvi Dies illi dies
ultionis domini ut sumat vindictam
de inimicis suis. Sophonie i Dies il
la dies tribulacionis et angustie.
Secundum est sollicitudo quam habe
bant antiqui de antiquitate de hoc
iudicio Job xxxi Et facit ad iudi
candum deus et cum quesierit quid
respondebo ei. Job xiiij Quis mihi
tribuat ut in inferno protegas me et
abscondas me donec pertranseat furor
tuus. Ieronimus Siue bibam siue comedam
siue aliud faciam semper in
sonare videtur auribus meis illa
terribilis tuba Surgite mortui ve
nite ad iudicium. Vitas patrum.
Dixit abbas ammon cuidam fratri
interroganti aliquid simonis vade et
fac talem cogitacionem tuam qua
lem faciunt illi qui sunt in carcere
illi enim interrogant homines ubi est
iudex et quando veniet. et in ipsa
expectacione penarum suarum plorant.
Sic et monachus debet obiurgare
animam suam dicens. Ve michi quum
astare debeo ante tribunal xpi et cum
meorum reddere racionem si sic semper me

dicatus fuerat potest salvus esse. Ter-
tium est quia homo debet attendere signa
terribilia precedencia iudicium. Circa que
signa tanguntur. Luce. Erunt signa
in sole luna et stellis et in terris pressura
gentium pre confusione sonitus maris
et fluctuum. De tribus primis Ysaias
dicit et ecce terre motus factus est magnus
et sol factus est niger quasi saccus cilici-
nus. Et luna tota facta est sicut sanguis
et stelle celi ceciderunt super terram sicut
ficus cum emittit grossos suos cum
a vento magno movetur. Secundo
quod erit pressura in terris legitur Mathei 24
Erit enim tunc tribulacio talis qualis
nunquam fuit ab inicio mundi. Tercium
est confusio maris quam confusionem
aliqui estimant fore quod mare cum ma-
gno fragore peribit similiter Apocalypsis 21
Et mare iam non est. De quindecim signis
que erunt ante diem iudicii. Ponit
in aliquibus libris hebreorum invenit quinde-
cim signa dierum ante diem iudicii sed
utrum continui sint futuri dies illi
an interpollatim non expressit. Primo
die eriget se mare quadraginta cu-
bitis super altitudinem montium stans
in loco suo ut murus. Secundo tantum
descendet ut vix videri possit. Ter-
cio marine belue apparentes super ma-
re dabunt rugitus magnos usque ad
celum. Quarto ardebit aqua et mare.
Quinto herbe et arbores dabunt ro-
rem sanguineum. Sexto ruent edi-
ficia. Septimo petre ad invicem colli-
dentur. Octavo fiet terre motus. No-
no equabitur terra. Decimo exibunt
homines de cavernis et ibunt velut
amentes et non poterunt loqui mutuo.
Undecimo surgent ossa mortuorum et
stabunt supra sepulcra. Duodecimo
cadent stelle. Tredecimo morien-
tur homines ut cum mortuis re-
surgent. Quartodecimo celum et terra
ardebunt id est superficies terre et aeris.
Quindecimo fiet celum novum et terra
nova et resurgent homines. Quar-
tum causa quare iudicium prece-
dit. Primam tangit Gregorius in omelia

dicens quia in tumultu delinquimus mundi
finiunt et subdit omnia que ad usum
nostrum accepimus ad usum culpe convertimus
sed cuncta que ad usum percipimus infle-
ximus ad usum nobis convertuntur ulcio-
nis. Secunda causa est ut sit creatura om-
nis parata esse ad ulciscendum cre-
atorem de hostibus suis. Unde sapiencie
Creatura tibi factori deserviens exarde-
scit in tormentum adversus iniustos. Ter-
cia est ut sint incitamenta doloris. Sicut
patrefamilias mortuo domus eius tur-
batur familia plangit et nigris se ve-
stimentis induit sic humano genere ...
facta sunt omnia circa finem constituto
tota destruitur mundi. celi miseria luget
et candore deposito tenebris induitur.
Quintum est quod homo debet attendere insignia
passionis Christi videlicet crucem clavos
lanceam que erunt ante iudicium et in
carne eius videbunt cicatrices ut videant
in quem pupugerunt. tunc peccatoribus
exprobrabitur beneficium eis exhibitum
scilicet beneficium passionis Christi. cum quanta
...pius mortem suam ab eis tamquam
precium quod pro eis dedit cum se ipsos ei
abstulerunt quos ita care emerat. et
ostenditur ingratitudo eorum. quo semel
crucifixerunt pro eis iterum crucifixerunt
filium dei. Unde multum confundentur
insignia passionis Christi videntes. Mathei 24
Tunc apparebit signum hominis in celo.
Crisostomus. Non erit tunc necessitas clavorum
tamen videbunt crucem et Christum ihesum ha-
bentem in corpore suo testimonia pas-
sionis. Sextum est tunc illius magni-
tudo coram quo reprobi confitentur
totus enim mundus erit congregatus ibi. Io-
helis. Congregabo omnes gentes et de-
ducam omnes in vallem Iosaphat
et disceptabo cum eis. capitulo xxv. Se-
debit super sedem maiestatis et congre-
gabuntur ante eum omnes gentes. Sex-
tum est iudex summa potestas a quo non li-
cebit appellare. quia non est qui de manu
sua possit eruere. Septimum iudicis per-
spicacitas qui in eis eque modo videbit
iusticie in iusticiam cognoscet. Psalmus
Cum accepero tempus ego iusticias iudicabo

Bernardus Sic deus unicuique nostrum consi-
derat sic gressus dinumerat ut nec
minutissime cogitaciones eius iudicio
ac verba tenuissima que apud nos
usu viluerunt indiscussa remaneant
De cogitacionibus dicitur Sapientie vi°
Ipse cogitaciones nostras scrutabitur
Mathei xii° De omni verbo ocioso
quod locuti fuerint homines reddent
racionem in die iudicii Petrus B
Omne tempus tibi impensum requi-
retur qualiter sit a te expensum
et non solum de operibus ipsis exigetur
racio sed quocumque modo de illicitis Item
exiget racionem de bonis que ipse ho-
mini commisit ¶ Octavum iudicis inflexi-
bilitas quia si beata virgo et omnes an-
geli et sancti ac sancte rogarent iu-
dicem pro aliquo qui tunc esset in mor-
tali peccato iudex non exaudiret eos
Proverbiorum vi Zelus et furor viri non
parcet in die vindicte nec acquiescet
cuiusquam precibus nec suscipiet pro
redempcione dona plurima Gregorius
Tunc nec divicie divitibus nec parentes
parentibus succurrent nec amici sic
solebant pro hominibus facient verbum
quia natura iudicis nec faciet iuste(?)
Proverbiorum Non proderunt divicie in die
ulcionis ¶ Nonum horribilitas sen-
tencie que tonitruum dicitur Job xxvi° Quis
poterit magnitudinem tonitrui eius intueri
Job Sonus iram eius tollet tinnientem(?)
... non poterit collectari(?) Apocalypsis(?)
Qui ceciderunt ad unam vocem
eius moriuntur quid facient ad vocem
iudicantem Apocalypsis De ore eius gladius
utraque parte acutus exibat Gla-
dius acutus utraque parte est sententia
qua anima cum corpore dampnabitur
et hec sententia est valde notabilis verbum
¶ Decimum multitudo ministrorum paratis-
simorum ad execucionem sententie quia
in consummacione seculi mittet filius
hominis angelos suos et colligent
de regno eius omnia scandala et eos
qui operantur iniquitatem et mittent eos
in caminum ignis ¶ Undecimum au-

gustia reproborum Bernardus Quemadmodum angustie
erunt undique reprobis sursum erit iudex
iratus erit subtus horrendum chaos in-
ferni a dextris peccata accusancia a sinistris
infinita demonia ad supplicium tra-
hencia intus consciencia urens foris
mundus ardens iustus vix salvabitur peccator sic depre-
hensus quo effugiet latere erit impos-
sibile apparere intollerabile Gregorius
Quere quis te adiuvet totus mundus per-
tinet habere gladio(?) ¶ Duodecimum impo-
tencia reproborum qui non poterunt resistere
sicut nec palea potest resistere igni vel
aliquis ligatus hiis qui eum liga-
verunt Mathei xiii° In tempore mes-
sis dicam messoribus colligite primo zi-
zaniam et alligate eam in fasciculos
ad comburendum Gregorius Nec resi-
stendi vires nec fugiendi facultas
nec locus penitencie nec tempus satis-
factionis ex angustia omnium rerum in-
ihil remanet nisi luctus Mathei Ibi
erit fletus et stridor dencium Item
defectio auxilii quia non audiebit
nec angelus nec aliquis sanctorum
pro aliquo dampnato rogare ecce
qui tantum honores dilexit quod de-
semel peius videbit se dampnatorum
ipsorum Proverbiorum i° Ego quoque in interitu
vestro ridebo Sancti eciam qui pro
salute hominum morti se exposuerunt
letabuntur qui videbunt deum vindictam
vindicari Psalmus Letabitur iustus cum
viderit vindictam nec compacientur
sancti miserie reproborum ¶ xiiii° de-
nudacio peccatorum Mathei In fine hominis
denudacio operum eius Ysaias Reve-
labitur ignominia tua videbitur obpro-
brium tuum ¶ xv° quod adversarii multi
erunt et fortes adversabuntur enim pec-
catoribus angeli Job Revelabunt
celi id est angeli iniquitatem eius et terra
adversus eum id est mundus consurgent
Item sancti Sapiencie Stabunt
iusti in magna constancia adversus
Item peccata ipsa que dampnatos

erunt ipsi enim peccatores habebunt
libros manu propria scriptos in consci-
enciis suis que testificabuntur
contra ipsos Dan. Antiquus dierum
sedit iudicium et libri aperti sunt
conscienciarum Apoc. Iudicati sunt
mortui in hiis que scripta erant in
libris secundum opera eorum. Hoc inevita-
bile [illegible] est inpuniti ut
racionem reddamus coram creatore
nostro. Beati qui custodiunt et faciunt
iusticiam in omni tempore. Bernhardus quo
cogitatur hoc iudicium multa mala
preveniunt. Psalmus Inquinate sunt vie
eius in omni tempore et subditur
causa aufferunt iudicia tua a facie eius
Prov. Viri iniqui non cogitant iudi-
cium qui autem requirunt animad-
vertunt omnia Greg. Ante iudicium [illegible]
rogate [illegible] Cogitandum esset illud iudi-
cium cum grave aliquid [illegible] tollera-
tur. B' Illum diem statuas carissimi ante
oculos ponite et quidquid modo geri-
tur in eius comparacione levia [illegible]
De penis inferni. Septimum est [illegible]
multa hominum timorem est consideracio
penarum futurarum circa quas quinque
attendenda sunt. Primum est acerbitas
gravissima enim pena tollerabitur in
hoc mundo que minor est pena purgato-
rii. Augustinus [illegible] [illegible] sit
[illegible] est ignis ille excedit omnem
penam quam aliquis in hoc mundo
passus est. Secundum est penarum diversitas
invenimus enim in sacra scriptura [illegible]
[illegible] prima ignis Iob devorabit
enim ignis qui non succenditur. Secunda
est vermis Ysa. vermis eorum non
morietur et ignis eorum non extingue-
tur. Non est necesse quod ignis ille
succendatur cum nunquam extinguatur
Apoc. 20 Qui non est inventus in libro
vite scriptus missus est in stagnum ignis
Luc. Descendite [illegible] maligni in
ignem eternum. Tercia est fetor quia
sulphureus Ysa. Ignis sulphuri-
et spiritus procellarum pars calicis eorum
Apoc. pars illorum erit in stagno
ardenti igne et sulphure

Quarta est frigus Iob Transibunt
ab aquis nivium ad calorem nimi-
um. Quinta fames et sitis Ysa. Servi
mei comedent et vos esurietis. Erit
ibi tanta inopia quod nec una gutta
haberi poterit ut patet in divite qui
[illegible] in inferno sepultus qui guttam
aque peciit qui [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] Ibi erit tantus defectus boni ut omni-
a que potest [illegible] in mundo essent
ab omnibus desideraret. Apoc. Desidera-
bunt homines mori et fugiet mors
ab eis. Ibi habet locum illud Eccli. O
mors quam bonum est iudicium tuum
[illegible] esset homini si se tunc interficere
posset quam si posset interficere diam
[illegible] eius in [illegible] non cessaret
tenacitas eorum. Sexta est tam ho-
[illegible] demonum Iob ubi nullus
ordo sed sempiternus horror inhabitat
Si tantum horror ~~[illegible] si tamen~~
horror habet homo qui videt unum
[illegible] demonem quantus horror erit ibi
ubi tot horribiles apparebunt. Si
[illegible] demonum [illegible] infernalis [illegible]
tum habet horrorem quid horren-
dum erit ipsa carcer. Septima est ob-
scura erunt tenebre et vincula de
quibus dicitur ligatis manibus et pedi-
bus mittite eum in tenebras exte-
riores super hoc B' Ignis infernalis
[illegible] habet sed lumen non habet
Octavum est penarum diuturnitas Apoc. 24
Ite maledicti in ignem eternum Diuturna
pena affliget multum reprobos. Eter-
nitas est iacere in uno lecto [illegible] et
[illegible] et si aliquo [illegible] [illegible]
lecto [illegible] iacere et quiescere quod opor-
tebit te ibi iacere viginti annis [illegible]
[illegible] potius velles esse mortuus quam
[illegible] esse de illo igne qui erit in
[illegible] et scias [illegible] mansurus
igne ardenti et scias te mansurum
ibi non viginti annis
nec centum nec mille sed per infinita
seculorum secula In hac meditacione
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] qui pro
[illegible] sunt [illegible] Tholozanus [illegible]

Asperitas [illegible] que [illegible] gloriosum [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
Diuturnitas [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
Principalitas
Iniquitas

[illegible]

Nimis poterit habitare cum ardori
bus sempiternis. ¶ Secundum est pene
universalitas. Omnia enim membra ho
minis pro diversitate meritorum erunt in igne
cum aliquis non posset sustinere ignem
in minima parte digiti per unam horam
quantus erit dolor quando totum erit
in igne eternaliter. Augustinus: Longe peius est
morte quam ubi est mors sine mor
te. ¶ Quintum huius doloris est quod dampna
ti flebunt. In ewangelio dicit: Ubi erit fletus
et stridor dentium. ¶ Si singulis die
bus quibus erunt dampnati in infer
no flerent unam materialem lac
rimam plus quam esset de aqua per proces
sum temporis ab uno dampnato quam
omnia vasa huius mundi infinita
sunt et numero et magnitudine infinitis
vero diebus erunt reprobi in inferno.
¶ Sextum est penarum infernalium in
utilitas. Pena presentis est brevis et levis
et fructuosa. Futura est longa et ma
gna et gravis et infructuosa. Quia si
aliquis fleret in inferno tantum lacrimarum
quantum est aque in toto mundo non
sufficeret ad ablucionem unius macu
le mortalis. Plus virtutis habet una la
crima quam omnes ille. Augustinus: In infer
no etsi erit cumulus penitudinis ma
la erit ibi correctio voluntatis. A quibus
ita culpatur iniquitas sua et simul
latenter posse ab eis diligi iusticia.

Tribus de causis aggravatur
dolor malorum. ¶ Prima est ex amissi
one glorie eterne. Iob: Pones eos
ut clibanum ignis in tempore vultus
tui, i. dum sancti vultum et faciem
tuam videbunt. ¶ Secunda est ex pra
va societate. Socios enim habebunt
demones horribiliores et horridos
igne infernali comburentes. Ysa: Unusquisque
ad proximum suum stupebit, facies
combuste vultus eorum. Item facies
eorum sicut nigredo olle. ¶ Tercia
ex loci qualitate qui erit tenebrosus
et fumosus, quod valde grave est qui
in puncto volebant habere sine fumo.
Ysa lxv: Iste fumus erit in
furore meo.

De dono sciencie.

Dicto de dono timoris dicendum
est de dono sciencie. Pertinet
ad agnoscere que sunt vera bo
na et que sunt vera mala. ¶ Et nunc
quod mala in quibus sumus in hoc exili
o que ad donum sciencie pertinent.
¶ Quedam sunt ex parte anime, que
dam ex parte corporis, quedam ex parte
proximorum, quedam ex parte rerum tem
poralium. ¶ Ex parte anime patimur
tenebras ignorancie. ¶ Item concu
piscencias carnalium voluptatum
contra motus ire. ¶ Ex parte corporis
multa incommoda. Est enim ut ser
vus malivolus cui tortura et com
pedes debentur. ¶ Est etiam ut ma
lus consiliarius. Seneca: A consiliario
malo conserva animam tuam. ¶ Ex
parte proximorum in multis malis su
mus. Impellunt nos ad mortem. Gregorius:
Mundi alter alterum tendimus quos
ante ad salutem revocare possemus
quos nemo retinet. Plus impel
lit. Interrogatus quidam quid plus esset
esse inimicissimum homini, respondit:
Alter homo periculosus est homini.
Inter homines vivere quam inter
lupos. Lupus solo ore nocet ho
mini, vero non solum ore, nec etiam mi
nus ore nocet quam lupus. Lupus
nocet corpori, homo vero anime et
corpori. ¶ Cum aliquis venit inter
homines periculosum est ei audire et
audiri. Bernardus: Attende ut diligen
ter audiat quid hora dampnabi
lis, non enim facile dixerim. Item
periculosum est ei videre et videri.
Oculi hominum admodum basilisci
solo visu interficiunt multos. Illos
regni sunt hanc glorie et vane
laudis. ¶ Ex parte rerum temporalium
in multis malis sumus. Laquei
enim nobis sunt res iste. Unde
dicit psalmista quia laqueos
comedimus, bibimus et vestimus, ideo

cum et potu et vestibus adiuvari capi unt. Sapie x. Creatur dei in odium facte sunt in temptationem anime hominum et in muscipulam pedibus insipientium. Item ad donum scientie pertinet agnoscere infirmitatem peccati originalis. Infirmitas spiritualis originalis est velud lepra quia aliquis eicitur extra castra electorum quasi indignus eorum consortio. Unde qui decedunt non baptizati non mittuntur ad ignem purgatorii. Item infirmitates spirituales similes infirmitatibus corporalibus que inveniuntur in aliquibus est febris spiritualis ut in illis quos ardor luxurie vexat[ur] que febris est signata Io. [iiii]. febrit filius reguli qui erat infirmabatur capharnaum villa. Item pinguedinis aliqui melancolia laborant qui semper lugubres sunt habentes tristiciam seculi que mortem operatur. Aliqui vero velud frenetici gaudentes cum flendum est. Aliqui spirituali ydropisi laborant ut avari in quibus sitis cupiditatis sedari non potest. Aliqui adeo incurvati sunt ad bona temporalia quod cor ad celestia erigere non possunt quorum infirmitas signata est in infirmitate mulieris que erat inclinata nec poterat omnino sursum respicere quam dominus sanavit Luce xiii. De dono pietatis. Pietas autem facit humanum hominem. Hominem in quo deus subicit tamquam animal mansuetum. Hoc est ita adequa. Ad Thimo. Pietas ad omnia utilis est. Est enim dicta inter nimam et pietatem qui elemosinam dat pauperi quia frater ut naturalis eius [illegible] nobiscum. Pietas vero elemosinam dat pauperi quia filius dei est ut membrum corporis Christi. De dono fortitudinis. Tunc post quam dictum est de scientia que facit homines lugentes subdit ut assurgunt ad fortitudinem ut mundi eis crucifixatur. et ipsi mundo. Ad Gal. et tollitur fames sitis que

iustitie. Postquam aliquis abiecit iugum diaboli per timorem et mansuete portat iugum Christi per pietatem et agnoscens mala huius seculi luctu gaudio preelegit ipse crucifixus sum mortuus mundo. et mundus mortuus ei. ipse nec bona mundi concupiscit nec mala pertimescit. Iustitie bene tollit qui enim esurit et sitit eam fortis est. De consilio. Ad consilium dei non constringimur sed invitamur. Quod est preceptum, quod est imperare ut impleamus aliud ad testate ut impleamus. et licet consilia dei non impleamus. et licet consilia dei sint magnifica et vera tamen multa sunt hodie spreta spernuntur. Sed qui sapiens est libenter audit consilium dei. Hoc enim est consilium Christi. Si vis perfectus esse vade et vende omnia que habes et da pauperibus hic spreverunt habes et invenies adolescens dixit Christus et abiit tristis erat enim habens multas possessiones. De dono intellectus. Secundum quod donum intellectus gratia datur intelligendi salubres significationes signorum materialium et dicitur intellectus quasi intus lectio. Hoc donum non habuerunt pharisei qui visibilia huius mundi non acceperunt ut signa sed quasi materialia qui exigimus. Sap. xiii. Si enim tantum potuerunt scire ut possent estimare seculum quomodo huius dominum facilius non invenerunt. ipsi similes puerorum pueri enim in libris pulchris et deauratis litterarum pulchritudinem mirantur sed hi quoque signat non curantes. Signa materialia sunt omnes creature omnes enim nobis loquuntur dei laudantur omnes enim nobis loquuntur. Deus enim effudit sapientiam super omnia opera sua Eccli. i. et Iob xii. Interroga iumenta et docebunt te et volatilia celi indicabunt tibi loquere terre et respondebit tibi et narrabunt pisces maris. Quaeritur ergo quasi in libris sumus lege per donum intellectus

ea que ad salutem pertinent ¶ De duobus
sapientie ¶ Secundum quod sapientia
quasi sumitur pro sapida scientia.
sapidum saporem habet cum res quas
agnoscit sapiunt ut debent. sicut quibus
mala culpe sunt ei amara bona
temporalia vilia. bona spiritualia cara.
Ber[nardus] in sermonibus Invenisti plane
sapientiam si prioris vite delictas
peccata. Si huius seculi desiderabilia
parvipendis si eternam beatitudinem
toto desiderio concupiscis Invenisti
sapientiam si horum singula tibi sapi-
unt prout sunt. Tractatus de conte-

placione

Dicto de donis
dicendum est de contemplatione.
Duas siquidem vitas domi-
nus predicatores novit scilicet activam
et contemplativam. Inter activam
et contemplativam hec distantia est. activa
versatur in operibus iustitie et pro-
ximi utilitate. esurientem pascit
sitientem potat. nudum vestit pe-
regrinos hospitio recipit et in car-
cere positum visitat. Contemplativa
vero ab omni opere ac in negotio
vacat et in sola dei dilectione de-
figitur et ideo dicitur mihi autem
adherere deo bonum est et post et hic
bonum est necessarium. Glo[sa] Ecce sup-
er deo adherere ¶ Contemplativa
activam precedit in se. primo
hoc quia clarius videt. Non enim
impedit eam pluribus rerum temporali-
um. Unde dicitur de Lya quod lippis
erat oculis per quam activa vita
designatur. Rachel pulcra facie
sed infecunda per quam vita contem-
plativa figuratur. Gre[gorius] quenbet conte-
plando otia appetit plus videt
sed pauciores filios deo generat.
Lya vero ad laborem predicationis se
erigit minus videt et amplius
parit. ¶ Secundo in hoc quia quieta est
unde dicit de Maria quod sedens secus pedes

domini audiebat verbum illius. Glo[sa]
Maria sedet quia contemplativam vitam
tumultibus optatam iam in Christo in-
quiete fruitur. Martha stat quia
activa laborioso desudat militamine
unde dicitur Martha Martha sol-
licita es et turbaris erga plurima.
De Maria vero dicitur quod domini sedebat
¶ Tertio in hoc quia securior. unde de
de utro Germanum amantissimo
domini habitabat considerent amatis-
simum dominum est homo contemplativus ¶
Quarto in hoc quia iocundior. unde
Super illud Luc[e] Maria sedens secus
pedes domini. Glo[sa] Intenta erat Martha
quomodo pasceret dominum intenta erat Ma-
ria quomodo pasceretur a domino hec convivium
parat domino in quo Maria domini illa iam
iocundatur. ¶ Quinto in hoc quod permanet
Unde dicitur Maria optimam partem elegit
que non auferetur ab ea. Glo[sa] Contem-
plativa hic incipit et in celesti
patria perficietur. quia ignis a-
moris qui hic ardere inchoat cum
ipsum viderit quem amat in amore
amplius ignescit Et subditur Activa
cum corpore deficit quia in eterna
vita panem non porrigit esurien-
ti quia nemo esuriet et cetera
opera pietatis aget quia non erunt
necessaria. ¶ Sexto in hoc quia pre-
ciosior eo quod rarior. Isidorus Activa
communis est multorum. Hec figuratum est
Gen. vi° ubi dicitur de archa in
cubitu consummabis summitatem eius
inferius erat tam vel de lata. Unde
ibi dicitur trecentorum cubitorum
erat longitudo arche quinquaginta
cubitorum latitudo. Gre[gorius] Quando
videmus multos in terra superbire
et lascivire et brevibus rebus inhi-
are nasci rerum et proximum lede-
re quia leviter tollerat eos ut con-
tantur quia in arche longitudine
bestie fuisse dicuntur / Videmus alios

Rd 2

aliena non capere illatam iniuriam
equanimiter portare rebus proprijs
contentos esse humiliter vivere. Secundo
quia tam parui sunt angustatur
archa. alios etiam videmus possessa
relinquere nullis terrenis rebus stu
dium dare. sed intus diligere/ terrena
contempnare. omnes motus racione primere/
perfecte desiderium sursum suble
uari. Tercio quia valde rari sunt ra
archa inde tubitum dicitur/ vbi
homines et volatilia continentur. i. vi
contemplati sursum prospicere in ho
santes ¶ Tria tangit sunt species
contemplationis Prima et maxima
est ad intuendo maiestatis diuine quia hester
re vidit domine quasi angelum dei
conturbatum est cor meum pre timore
glorie tue valde enim mirabilis es
domine. et facies tua plena graciarum
hec requirit cor purgatum ut amatus
liberum atque deuotum pectus fa
ciem ad superna leuet ¶ Secunda in
tuetur iusticia dei quo sane paueo
aspectu dum vehementer concutit
intendentem fugat vicia. fundat vir
tutes humilitatem seruat Tercia
occupatur circa memoriam beneficiorum
dei et sollicitat memorantem ad
amorem benefactoris Vnde ecclesiastes Quia
fideli inspicit tamen ne obliuiscatur dicit
enim predicta animam sapiens/ ¶ Ciui
tas parua et pauci in ea viri. ve
nit contra eam rex magnus et val
lauit eam et inuentus est in ea vir
pauper et sapiens qui liberauit eam
per sapienciam suam etc. Et nemo
est qui recogitet beneficia ihesu christi
nobis exhibita qui hunc mundum
adhuc per sapienciam suam obsessum
liberauit ¶ Quarta que retro
sunt obliuiscens in sola accipienda
ait ex spectacione premiorum/ has in
species comprehendit sanctitas gemi
na. videlicet timor domini sanctus et sensibus
amor sanctus perfecta iura veluti ex
duobus brachijs comprehendit

eum perficitur stringit tenet et ait
Tenui eum nec dimittam Quidam
mundi qui potestas eum no potest pote
tat minus timeri deus altitudo cu
ius nunc autem perfecte oportet ut
timeas illum. tunc nec oculus vidit
omnia videns et quid tam amabile
quia amor ipse est videlicet deus qui est
caritas ¶ Nota tria genera contem
plationum ¶ Primum est incipientium
videlicet quando homo incipit considerare
deum et meditari in operibus
eius in quibus recipit eum mira
bilem laudabilem amabilem dicitur
Daniel Domine deus meus quam ad
mirabile nomen est tuum in vniuersa
terra Item mirabilis/ Apostolus orate ut
que ad occasionem laudabile nomen dei
Item laudabilis/ Psalmista dicit deus in operibus
suis sanctus et sanctus in omnibus operibus
eius Item amabilis ¶ Secundum est
proficientium in quo primum ventum ut
est videns ad te ipsum intuitorem
tuum desistas estimare spiritum tuum dis
cutere quid sis paulisper quid sitis
proximi tui quid ad hunc esse potest
peregrinum veluti inter exordia quod re
gnum dei intra nos est secundum luc
Et quia simile est regnum celorum
thesauro abscondito in agro Ut
ergo custodia sua cor tuum abscondi
quod quomodo tibi sciens inueni
primum dicens meditabar cum anima mea
te tamen corde meo et exercitabar
et scopebam spiritum meum scrutabor et
tu spiritum tuum ¶ Fodere agrum istum
attende temetipsum sine dubio in per
sistens hunc exercitio inuenies theza
urum istum absconditum in agro ex
hoc beatitudo crescat anima copia. i.
multiplicatur sciencia. et sapiencia cordis
oculus mundatur/ et ingenium acuitur/
intelligencia dilatatur. Nichil
recte estimat qui seipsum ignorat
negat quin subiectus ei omnis
mundana gloria iacet qui conditionis
sue dignitatem non pensat neglexe
rit omnino quid de spiritu angelico

quid de dominio sentire debeat qui spiri-
sum non cogitat. Qui nondum in dulce-
dine necesse ad tempus et quomodo in dul-
cedine de illa emanavit que sunt super
tempus. Habet enim oculos intellectuales
aperte se solum magnum ex parvissimo com-
peti delectatione. Futura et tot desi-
deriorum carnalium bona multiplicite con-
temptum qui contemplates intimum ad
interiorum secretorum archanis accedant
nisi tamquam divina dignatio quamlibet
pro sua aliorum ne utilitate admiserit
testatur. Unde propheta clamabat Revela
oculos meos et considerabo mirabilia de
lege tua. [illegible] nobis innumeri dicit
opere quam in hac creatione reparatione
et glorificatione apparet eius potestas
sublimior vel sapientia mirabilior vel
bonitas iocundior. Primo spiritualis na-
scitur ut sit. Cognosce o homo digni-
tatem tuam, cogita excellentiam
illam anime tue nature, quomodo
fecerit eam deus ad ymaginem et si-
militudinem suam, quomodo sublima-
verit eam super omnem corpoream cre-
aturam et statim mirari incipies
quomodo inclita filia syon [illegible] sit
de celo in terram et ad eam clamabis
Ecce unde enim mihi est in celo et a te quid
volui super terram. Agnosce quantum
eminencias per [illegible] brutis quan-
tum sub eo creatus per intellectum spiri-
tibus angelicis. Qui attendas pro-
priis [illegible] prordiale Audi-
eam dominum qui in mihi tribuit in-
tellectum. Qui scilicet tu clamabis
Deus tu scis insipientiam meam. In-
vestiga diligenter voluntatem tuam
seu bonam seu malam ut scias
quid corrigas seu unde gracias
agere debeas. Secundo iustificatur
ut bona sit et hoc opus iustifi-
cationis constat sine duobus non con-
summatur. Nunquam enim perficitur
si creature sue creator non compatitur
Tercio glorificatur ut beata sit
glorificationis vero inter modum

omnibus sensibus hominum capere quia ip-
comprehendi non potest. Nunquam ergo
desistas numquam ergo quiescas donec
fruatur eius illius plenitudine et
[illegible] ut [illegible] dictum [illegible] opti-
neas. Donec suavitatis eius dul-
cedinem pregustare incipies. Adhuc
desideremus nos amare nolimus
qui dixit Gustate et videte quoniam
suavis est dominus. Studeat ergo
mundicie cordis qui cupit deum vi-
dere. Est enim cordis intima in
nihil adeo purgat mentem quam mundi-
ciam nisi [illegible] quam vera
animi contricio. Et quod aut [illegible]
[illegible] Beati mundo corde quoniam ip-
si deum videbunt. Tercium est perfec-
tissima enim non solum ad hoc quod
in hac vita [illegible] possimus verum
etiam ad illud divine contemplatio-
nis spectaculum quod in vita futura spera-
mus avidis nisibus suspendere. Tunc
enim anima perfecte omni hora per
cogitacionis sue terminum suo dilecto
[illegible] expectare. Hoc est quod Abraham
in hostio tabernaculi sedebat sic
debet anima sancta et beati sponsi
amica ad dilecti sui adventum sum-
mo cum desiderio anhelare parata
semper venienti occurrere. Debet
semper in hoc sollicita esse ne su-
bito adveniens minus ornatam
inveniat vel dum ex cunctis ullam
molestiam sustineat [illegible]
monilium [illegible] desiderio sa-
tis est molestia. Nam singularis
amor consortem non recipit.
Vide ergo ne tunc primo incipias
turbas cogitationum eicere cum
iam ipse ad hostium cepit pulsare.
Dilectus auditur per [illegible],
videtur per ammirationem. Deoscu-
latur per dilectionem, amplexatur
per devotionem, auditur dico per
revelationem, videtur ergo per [illegible]
[illegible] tota simulatio cog-

tacionum separatur sola quod ipsius
vox audiatur donec solus cum so-
la remaneat et solum sola per
contemplacionem aspiciat. Quarta est
quando cum dilecto suo solum cum
sola immortalis dulcedinis illius
ipsum nisi de teneri omnium oblivisci-
tur in eius dilatacione intime delectatu-
r ipse in intimum dilectum penetratur
qui de intimo affectu et super omnia
diligitur. Cogita quid sit quod inter
tua ardentia desideria dilexisti et con-
cupisti quod te totum dulcedo sufficiebat
et delectabat. Considera si eandem
affectionis ~~violentiam~~ violencia de-
lectacionis quod habundancius sentis
quando in summum dilectionis desideri-
um inardescis qui etiam eius delec-
tacione repletus tunc in intima
cordis tui eum introduxisti. Item
vide quod de magnitudine divine di-
lectionis pendet modus divine reve-
lacionis. Unde dixit discipulis Ioh 14
Iam non dicam vos servos sed amicos
meos quia omnia quecumque audivi
a patre meo nota feci vobis. Et
quia revelacione contingit freque-
ter alienacio mentis et hec tribus de
causis. Prima est magnitudo devocionis
qua tanto celestis desiderii igne
succenditur ut amoris intimi fla-
ma ultra modum humanum excrescat
que etiam ad cere similitudinem
liquefactam a pristino statu resolu-
ta et ad instar fumi in superna eleu-
at. Secunda est magnitudo ammira-
cionis quando divino lumine irra-
diata et in summe pulchritudinis a-
miracione suspensa tanta vehe-
mencia stupore concutitur ut a suo
statu funditus excuciat in modum
fulguris coruscantis quo splendo-
re aliquando homo ita excitatur
ut se ipso alienat. Tercia est
magnitudo exultacionis qua anima
intima illa suavitate potata et

vino plene inebriata quid sit quod
fuerit penitus obliviscitur et super-
mundanum quemdam affectum sub quo-
dam mire felicitatis statu raptim
transformatur. Et vide in quantum ma-
gnum ceciderunt qui ipsum deum ferre
non possimus. hec tribus modis in Can-
tic. describuntur. Primus ibi. Que
est ista que ascendit per desertum sicut
virgula fumi ex aromatibus myrre
et thuris et universi pulveris pig-
mentarii intelligitur devote inar-
descendere qui absque spiritualis
amoris surgit virga gracilis et
recta primum contricionem per
totius ordinem per universum pulverem om-
nium virtutum consummacionem. tunc ani-
ma quasi fumus ascendit qui ex hiis que
in semetipsa invenit sive bonis sive
malis affectum suum intellectum spiritualis
desiderium accendit. Secundus descri-
bitur ibi. Que est ista que progreditur
quasi aurora consurgens pulchra ut
luna electa ut sol. Sicut enim velud
aurora consurgit que ex visionis
ammiracione paulatim ad in ...
cogitacionis proficit. Aurora paula-
tim elevatur elevando dilatatur
dilatando clarificatur. Quid mirum
consurgit contingit unde maior
fit inde ei accidit quod omnino non
sit. Sic humana intelligencia di-
vino lumine irradiata quanto ad
altiora vel mirabiliora ducitur
tanto amplius dilatatur et hu-
infimis remotior in semetipsa in-
venitur. et sicut aurora crescendo
desinit non quidem esse lux sed
aurora ita humana intellige-
ntia ex dilatacionis sue magnitudi-
ne quando accidit ut ipsa iam
non sit ipsa non quidem non ut
sit intelligencia sed ut iam sit hu-
mana sed divina. quia quid ad
here(?) deo unus spiritus est. Tercius
ibidem describitur. Que est ista

que ascendit de deserto delicijs afflu-
ens innixa super dilectum suum qua-
si diceret humana anima ascendit
quando semetipsam in imo deserens et
usque ad celum perfusus solis divi-
ne totum perducentem dirigit et
tunc ex deliciarum affluentia vehemens
divine dulcedinis visione quam
intimis sentit seipsam [illegible] sancta
peregrinatio et exultatione non capit
in se ut exultationis sue magni-
tudo etiam extra seipsam effundit huius
rei formam pulcherrime in avibus
reperies. Solent namque in suis lu-
sibus quosdam saltus dare sic pi-
sces in aquis ludentes super aquas
exiliunt. ¶ Tremo ante tanta ex-
ultatione cordis de suis viribus
presumat ut illa anima que de deserto
ascendere describitur dilecto suo
innixa perhibetur. ¶ Est e dilecto innixa
nisi virtute illius et non propriis viribus
promoveri. Qui ad hunc gradum perve-
nit dum eas [illegible] solitum subi-
to iam sentit quod facere debeat
legimus quoniam Heliseus propheta [illegible]
[illegible] cum se [illegible]
[illegible] prophetie tunc tempore non ha-
beret psalterium adduci quo psalle-
te statim spiritu hausit psalte-
rium dulce est ex beneficiorum divinorum
vel propriorum recordatione cordis de-
votionem excitare. Tunc psalterium
psallere faciunt quando ex magno
cordis [illegible] actiones
assurgentes divinas laudes cum
magno cordis clamore voluntas
hoc itaque agentes quod aliud [illegible]
[illegible] per quam [illegible]
dominum [illegible] Beatissimum
in quo laudat honorificabit me et
illic iter quo ostendam illi salutare dei

Notandum ergo septem sunt que
preparant ad contemplationem
divinorum. ¶ Primum est puritas cordis.
Aaron non intrabit ad sancta sanctorum
nisi prius lotus Levitici xvi 2 capitulo.

Beati mundo corde quoniam ipsi deum
videre potest. ¶ Secundum est solitudo
Osee loquar ad cor eius.
Tertium est desolatio. Stephanus
in tribulatione positus vidit gloriam
dei et Johannes in exilium re-
legatus [illegible] vidit visio-
nes que in Apocalipsi scripte sunt.
¶ Quartum est humilitas que tan-
gitur Genesis xviii [illegible] Dominus
dicitur apparuisse Abrahe in con-
valle mambre; mambre interpre-
tatur claritudo vel perspicuitas. Con-
vallis in qua mambre duplex est humi-
litas cordis et corporis in qua dei
claritas videtur. [illegible] ocu-
lis non videtur abscondi a sapi-
entibus et prudentibus et revelatur
parvulis. ¶ Quintum est quies. Tre-
norum. Sedebit solitarius et tacebit
quia levavit se super se. Genesis vidit
Jacob in sompnis scalam hanc
visionem vidit in itinere. Canticorum in
itinere dormire est in via [illegible]
ad impedimenta [illegible] attingit in
quiete [illegible] isto. Legitur Canticorum
Ego dormio et cor meum vigilat.
¶ Sextum [illegible] Levitici
xvi et Aaron cum ipse et [illegible]
[illegible] intrant in sancta sanctorum. Ambrosius
Sapientia castissima aspectu atque am-
plexu nullo interposito velamento
[illegible] contempla-
tus [illegible] se illa non sunt [illegible]
[illegible] et electi amatoribus suis [illegible]
non. Si aliquam pulchre femine amo-
re flagrares nunc se tibi non daret
si aliud [illegible] preter se a-
mare compulisti. Sapientia castissima
pulchritudo se tibi in solam [illegible]
demonstrabit. ¶ Septimum est [illegible]
[illegible] aptum est velum
[illegible] dilecti est adinveniendum [illegible]
[illegible] et renovandum. Quidam sub-
trahit se ut amplius renovetur
fortius teneatur. Sitiens tenere
vult abiens renovatur. Commotum cor-
dis intelligere [illegible] quia [illegible]

lenit incipit euellere et destruere
edificare et plantare rigare arida
tenebrosa illuminare clausa rese-
rare frigida inflammare. et hoc est
signum ascensionis eius. preter predicta
sunt quedam alia que oculos mentis
emundant ut ad eternum lumen possit
sub leuari videlicet secularium curarum
abscisio. carnis afflictio et lauacrum
fletuum et cum mentes sunt omnino mundi-
cia sursum attollunt meditatio diui-
ne mirabilis essentie dei et tacite veri-
tatis inspectio et iubilus laudibus deo
factorum ardens in deum. Dicta

Ultimo in beatitudinibus
tractatu virtutum dicendum
est de beatitudinibus. de quibus
dominus beati pauperes spiritu. Circa de-
inceps doctrinam duo sunt notanda et
admiranda. Primum est legislatoris
benignitas que in hoc patet quia
nec precipit nec prohibet nec comminatur
nec dulcedine meritorum temptat
difficultatem laboris. Vnde lex eius
potest intelligi illa lex de clemencie
de qua Salomon os suum aperu-
it sapiencie et lex clemencie in
lingua eius. vnde non est ei similis
in legislatoribus. Non sunt ei similes
qui in latitudine preceptorum subditis
suis viam obstruunt paradisi et
comminationes multas et fulmina
non dant locum timori. altissimum ad
doctrinam illam pertinet illud Ecci.
Ego ex ore altissimi prodiui. Cum vestes
que tetigerunt saluatorem preli-
quis habetur quare verba que pro-
tulerunt de ore eius preliquiis non
habentur. Secundum est quod verba
eius sunt magne virtutis. illi enim spe-
cialiter dicitur diffusa est gratia in labiis
tuis. Et Luce. mirabantur omnes de ver-
bis que procedebant de ore eius. Su-
auitatem verborum sentiebat illa que di-
cebat. Anima mea liquefacta est
ut dilectus meus locutus est. Tercia est
suauia extinctas habet continua
doctrina eius a doctrina mundana
que miseros incitat quos illa

diuina beatificat. Tercia quia supra
dicti ascensio continuum iudicium habeat
amicitia immunditie sapientie. hec est
causa quia sapientia mundana que
miseros incitat superficialiter rebus
preit. sapientia vero dei interiora
penetrat ideo suauitatem inuenit.
sapientia mundi. Summa si loqui
posset nucem amarum diceret
propter corticis amaritudinem. qui
vero nucem frangit et ad nucleum
peruenit dulcedinem ibi intus
inuenit. Aperiens ergo illa di-
uina sapientia os suum docebat
discipulos suos dicens. Beati
pauperes spiritu etc. Beda notat
paupertatem spiritus voluntariam pau-
pertatem que est cum spirituali intellectu
sic dicens diligenter attendendum
quod non simpliciter pauperes nominat
propter plerosque pauperes necessitate
miserabili non voluntate laudabi-
bili. Ex quo eadem pensatur
eis apud dominum voluntas. Ima-
ginem paupertatis affectionis sue mani-
festo in hoc in loco dominum di-
cimus non fuisse locutum sed de hiis
qui possunt dicere cum propheta vo-
luntarie sacrificabo tibi. Nec
voluntarie quidem paupertas omnis
laudem habet apud deum. Nam et
philosophi omnia sua reliquisse dicun-
tur ut expediti mundialibus curis studio
vanitatis possent liberius vacare.
hii discernuntur per dictum est spiritu
i. spirituali voluntate et intentione
et desiderio spirituali propter solum bene-
placitum dei et anime salutem.
Et secundum quod propriissima causa
qualiter pauperes spiritu sunt beati il-
la est quam dominus assignauit
quia ipsorum est regnum celorum. quasi
diceret videntur esse pauperes
sed vere sunt diuites. Ipsorum est
quasi pauper cum sit in multis di-
uitiis sic pauper eius considerare

contentorum rerum temporalium regnum
celorum est. Unde dominus: Omnis qui
reliquerit domum aut fratrem aut
sororem aut patrem aut matrem
propter nomen meum centuplum accipiet
premium et vitam eternam possidebit.
Cuius paupertas diuitibus deuitan-
da est? Nota prima quia
deus eam eciam elegit cum amore summi
signum, quia filius dei voluit eam
assumere sibi. Si forte aliquis arbi-
traretur filio dei sublimia esse que-
renda: palacia ut cum gloria vel
gloria frequentaretur, sed non propter hoc
ille ethereis sedibus venit in sim-
ilitudine illius diuitie et gloria mede-
longitudinis vite horum cum aff-
luencia in celo apparebit. Sed paup-
ertas in eis est non inueniebatur.
Porro in terris habundabat sed spes
et nesciebat homo precium eius. Hanc
itaque filius dei concupiscens descen-
dit ut eam eligat sibi et nobis quorum
sua estimacione faciat preciosam.
De paupertate Christi habetur Luce. Pan-
nis enim inuoluit et reclinauit in
presepio. Item Mathei: Ubi misit
dominus ad prestandum tributum
pecuniam? dicit Glosa: Tante fuit pau-
pertatis ut unde tributum non haberet.
Et super illud Luce: Circumspectis omnibus
si quibus eum hospicio reciperet, tante
enim paupertatis fuit et ita nulli adu-
latus ut in tanta urbe nullum in-
veniret hospicium. Unde Paulus:
Scitis graciam domini nostri Jhesu Christi
quia propter nos egenus factus est ut
illius inopia nos diuites essemus.
Ad hanc paupertatem recordandam
hortatur nos Trenorum: Recordare
paupertatis mee. Glosa: Magna
abusio et nimis magna ut deus
esse velit vermiculus mise-
riis propter quem et maiestatis deus
voluit esse pauper. Paupertas Christi
crescendo processit. In natiuitate
pannis inuolutus et reclinatus

in presepio. Hospicium non habuit.
Unde dicit dominus: Vulpes fove-
as habent et volatilia celi nidos.
2o In passione eciam propriis vesti-
bus est spoliatus. Secundum signum
amoris dei ad paupertatem est quia
propter pauperes filius dei in mundum
venit. Unde Psalmus: Propter miseriam in-
opum et gemitum pauperum etc.
Ut congregat diuicias paganus qui
sine deo viuit congregat; inde qui
terrenas possessiones accipit, eque
mente christianus diuicias querat.
Cum Christus beatos pauperes esse pre-
dicauit et diuites infelices dicens:
Ve vobis diuitibus qui habetis hic
consolacionem vestram. Tercio bona
facit Christus pauperibus. Primum
est quia adiuuat eos. Psalmus: Adiuuit
pauperem de inopia. Secundum est quia
parcit eis. Isaie: pauperum suorum
miserebitur. Tercium est quia ex-
audit eos. Psalmus: Desiderium pau-
perum exaudiuit dominus. Quartum
est quia memor est eorum. Psalmus:
Non in finem erit obliuio pauperis.
Quintum est quia sollicitus est eorum.
Ego autem mendicus sum et pauper;
dominus sollicitus est mei. Unde dicit
discipulis suis: Ne sitis solliciti
dicentes anime vestre quid mandu-
cabimus aut quid bibemus aut
quo induamur; scit enim pater ves-
ter celestis quid vobis necesse sit. Sextum
est quia eis regnum celorum tribuit
non solum ad possidendum sed eciam
ad dandum aliis. Unde dicit: Facite
vobis amicos de mammona iniquitatis
ut cum defecerit recipiant vos in eter-
na tabernacula. Septimum est quia
honorat eos. Psalmus: Laudabile nomen
eorum coram illo. Nam cum mori-
untur ab angelis eos deportari
facit ab omnibus hominibus ad lo-
cum quietis. Luce: Factum est ut
moreretur mendicus et deportaretur
est ab angelis in sinum Abrahe.

Secundum est quia iudicium eius tribu
it unde dicit vos qui secuti estis me
sedebitis super sedes iudicantes duo
decim tribus et ut sibi dicatur tan
ta est dilectio eius ad pauperes ut quod
fit pauperi sibi reputet fieri dicens
Quod uni ex minimis meis fecistis
michi fecistis. Sed pauperibus si enim
non amant, qui tamen eos amat
qui tot insignia amoris ostendit cum
tum contempnentur pauperes in hoc
mundo nisi Christus eos tantum hono
rasset ¶ Secunda causa est quia habe
mus se sicut econtrario divitie se
cundum amatores suos inquinantes
Bernardus Beatus qui post illam non habiit
que possessa non onerat amata in
quinat amissa cruciant. Tertia
causa quia beata est Vitas patrum
legitur Quod quidam pauper habebat
unam mattam de medietate se coop
eriebat alteram medietatem sibi substerne
bat et erat habitum frigus et pre
monasterii de nocte clamans audivit
eum dicentem Gratias ago tibi domine
quod quot modo sunt divites in custodia
sunt et qui in exilio sunt similiter
in custodia Ego autem velut impe
rator sum extendens pedes meos et
quo volo ambulo. Quarto quia
secura est Seneca ob secura via paupe
rtas est. Bernardus Qui nichil habet in
mundo quod diligat nichil est in mundo
quod pertimescat. paupertas minis liberi
sapientis bonum est sine calumpnia
pecunia non movetur lites non timet
fures non latrones non raptores
non timet aeris tempestates ipsa
est bonum dei quasi anxiis cogitationibus
Quinta est quia quieta est Seneca
quietissime viverent homines si hec
duo verba tollerentur meum et tuum
quid in hac vita laboriosius quam
terrenis rebus estuare quid quietius
quam hoc in seculi appetere paupe
rtatem. possunt Christus gradum quo
ad perfectum conscenditur dicens Si

vis perfectus esse vade et vende omnia
et da pauperibus. Paupertas omnes
ingredientes mundum primum excipit
sed postea cum multis accidit de possessi
one sua sine culpa sua sed in com
munibus isto tertium tractat eos.
Job Nudus egressus sum de utero ma
tris mee nudus revertar illuc

¶ De illa paupertate que est eorum
qui habent multas divitias quas
se non reputant dominos sed ministros

Nota quod ipsa habet gloriosa est ipsa
est velut lilium inter spinas de pau
pertate huius verum est illud Proverbiorum Est
quasi pauper cum in multis divitiis sit
Ipse mercatores dupliciter negotiat
bene institando et non amando ipse
divitias terrenas in arca servat et
non intelligamus celesti reponit eas
Qui enim ad pios usus divitias ser
vat non claudens viscera sua indi
gentibus in celo iam eas reponit
cum eas corde iam deo obtulerit. pios
usus divitiarum intelligas in uxorum
et filiorum competentes expensas cum
ad dei honorem et aliarum salutem
referuntur et sic de illis amare re
tinendo divitias quos non pascunt
occiderunt dum eos fame mori per
mittunt. Illorum qui nichil proprium se
habere intelligunt sed omnia a deo com
data ad dispensandum et regimen tempora
tamquam eorum qui deo sunt fidelissimi
illius rei dominium sibi usurpantes
bonum rerum dominium de reliquerunt
tres et si auferat ab eis aliquid eorum
quorum dominus et procurator habebat
nullam molestiam sentiant sed
tiunt immo exonerationem hoc reputant
tant. Et notandum quod qui amat
paupertatem non debet sequelam
eius fugere scilicet famem sitim nu
ditatem defectum auxiliorum et
consiliorum. De hiis bene ut predi
ctum pauperes etc.

De humilitate

Post paupertatem dicendum est de humilitate. Oritur enim omnis peccati superbia initium est. Sic initium nostre redemptionis dicitur esse humilitas. Io. Prima virtus christianorum humilitatis provenit ex duplici consideratione. Primo ex consideratione et intuitu proprie conditionis, quam intuebatur Abraham cum diceret: loquar ad dominum meum cum sim pulvis et cinis. Et Job qui dicebat putredini: pater meus es, mater mea et soror mea vermibus. Ad hunc intuitum invitat Micheas: humiliatio tua in medio tuo, i. invenitur ubique devenientur ante se ut semper videre posset materiam sue humilitatis. Secundo ex consideratione et intuitu conditoris quam in hunc vultum quidem i. in speculo divine visionis ad humilitatem monet nos Ecclesiasticus. Humilia valde spiritum tuum. Valde enim debemus nos humiliare, quia quantumcumque nos humiliaverimus tamen Christo vicinius erimus. Verumtamen in medio inimico loco non dicit in medio hostium paradisi humile est quod Christus. Ezechiel dicit: Ego sum hostium; per illud hostium non est periculum quantumcumque intromittet se inclinatum. Si parvum se erexerit offendet. Humilitate ac docuit Christus et nascendo et moriendo et predicando et miracula agendo. Ysaias loquens de isto: parvulus natus est nobis. Oportet namque nos effici sicut iste parvulus. Discite a me quia mitis sum et humilis corde. Nec magnus videlicet deus sine causa factus est homo parvulus. Augustinus. Medicina tumoris hominis humilitas est Christi. Erubescat homo esse superbus, quia humilis factus est deus. Erubescat miles sedere in sella superbo si videt regem sedentem ad terram. Magisterium humilitatis sibi Christus specialiter attribuit dicens:

Discite a me quia mitis sum et humilis corde. Augustinus. Non dicit discite a me mundum fabricare aut mortuos suscitare, sed quia mitis sum et humilis corde. Et licet Christus in omnibus operibus suis nobis humilitatem commendet, precipue tamen in eius humilitatem possumus considerare. Primo in eo quod matrem humilem habuit, pannis involutus fuit. Unde angelus ad pastores ait: Et hoc vobis signum: invenietis infantem pannis involutum et positum in presepio. Bernardus. Insignium posuit se parvum tui ... signum ... insigniter hodie ... contradicetur. Agnosce o homo, agnosce ... magni ... sordidis ... vestibus dum ... cum diabolo. Zacharias iiio. Tercio in eo quod hominibus humiliter subditur. Luce. Descendit cum eis et venit Nazareth et erat subditus illis. Quis? Deus. Quibus? hominibus. Johanni etiam se subdidit ab eo baptizandus. Attendendum etiam est mirabile tamen quod ibi fuit inter humilitatem salvatoris et humilitate precursoris. Johannes enim prohibuit eum dicens: Ego a te debeo baptizari et tu venis ad me. Sed Christus: Sine modo. Sic enim decet nos implere omnem iusticiam. Bernardus. Sic plane decet ut ... etiam humilitate et ... etiam ... sublimitate. Quarto in miraculorum operatione. Unde dicit leproso mundato: Vide nemini dixeris. Quinto quod voluit asinam equitare. Sexto in discipulorum pedum ablutione. Unde dicit: Exemplum dedi vobis. Septimo in passione. Ad Philippenses. Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem.

Quot dominus quique bona fecit hominibus. Primum est quod eos respicit oculo misericordie

Luce. Adiciens respiciam ipse ad
humilem et adquietum et treme-
tem sermones meos. Hoc oculo respexit
mariam magdalenam et petrum
lacrimantem. Secundum quod exaudit
psalmus. Respexit in oracionem humi-
lium et non sprevit precem eorum.
Tercium est quia memor est eorum.
psalmus. Quia in humilitate nostra me-
mor fuit nostri et redemit nobis.
Quartum est quia liberat eos a ma-
lo pene. Psalmus. Humiliatus sum et li-
beravit me. Et in libro Regum. Rex
ab non ne vidisti Achab humilia-
tum coram me. Quia humiliatus est
mei causa non inducam malum in di-
ebus eius. Et humilitate placavit
Ninive iram dei. Quintum
est quia dat eis graciam in presenti et
gloriam in futuro. Iacobus. Deus
superbis resistit humilibus autem
dat graciam. Et deus humiles glo-
rificat ostendit Iob dicens. Qui
humiliatus fuerit erit in gloria et
qui inclinaverit oculos suos sal-
vabitur. Humilitas est locus ha-
bitacionis glorie dei et est deo fidelis-
sima et devotissima bona enim
dei non usurpat sibi. Exemplum est
de illa. Ysa. Omnia opera nostra
operatus es domine. Ipsa dicit homini
illud apostoli. Quid habes quod non
accepisti. Si autem accepisti quid
gloriaris quasi non acceperis. Si-
ne humilitate cetera bona nobis
bona non sunt nec deo placent.
Bernardus. Sine humilitate audeo dicere
nec virginitas marie deo placuis-
set. ¶ De causis humilitatis.
Nota quod in quinque rebus humilitatis
invenire possumus. Primo in hiis
que sunt infra nos. Infra nos
sunt corporalia racione carencia ut
elementa / terre nascencia / animalia
irracionabilia / celi luminaria.
In terra multas causas humilitatis
invenire poteris. Primo ergo at-
tende quia in eam venisti et

reversurus es

Gen. In sudore vultus tui vesceris
pane tuo donec revertaris in
terram unde assumptus es. Quando
ergo respicis terram vel cimiterium
tunc respicis attende eciam quod terra
que nunc sub pedibus tuis est fu-
tura est super caput tuum. Attende quomodo
indiges. Ipsa est que te sustentat
si disrupta fuerit sub pedibus tuis
ut Abiron vivus ad inferna descen-
des. ¶ Secundo attende quod miro
modo pendeat de se dei virtutem.
Unde vesceris quod si non fame perires.
Si ligna non produceret unde cale-
fieres frigore perires. In aere similiter
attende quod sine aere nec ad momen-
tum vivere potes nisi aerem ad re-
frigerium cordis aerem attraheres.
Et si aer a vento frigido quomodo
fuit te intollerabiliter affligeret.
Si pestilens interficit. In aqua simili-
ter que si non fuit immunda importu-
neris sine aqua terra sterilis et
arida erit et sic fame peribis. In
igne similiter. Si ignis non esset
fame et frigore perires. Unde ha-
beres quod cibaria tua decoqueres
vel te calefaceres. Ignis eciam
paratus est ad torquendum impios.
Eccli. In vindicta carnis impii
ignis et vermis. Deuteronomio. Ignis
succensus est in furore meo et arde-
bit usque ad inferni novissima.
Quomodo ergo superbis homo
peccatorum ad cuius combustionem
servatur iam succensus est. Iste atte-
nde circa terre nascencia quod multis in
dignabit bona que sunt in eis
quibus tu cares ut est fulgor
auri / pulcritudo florum. De quibus
Dominus. Considerate lilia agri
quomodo crescunt. Non laborant
neque nent. Dico autem vobis quod
nec Salomon in omni
gloria sua coopertus est sicut

Gen. 3 · Qui sepulturam · Pe 4 · Pe 3 · In aere · In aqua · In igne. · c 32 · terre nascentia · Math 6 · In terra.

diuinum ex parte. Item circa animalia et
volatilia multa bona quibus tu ca-
res ut est sanitatis cautela in multis
animalibus sine magisterio alicuius cura-
tur ad plenam sanitatem in multis
annis edoctus non posses pertingere.
Item velocitas que est in auibus et q[uo]-
rundam quadrupedibus fortitudo et
pulcritudo et habundancia vestitus. Ecce bo-
oportet mendicitatem abiecis vnde in[di]gni-
tatem operas et vnde pulcritudinem
tuam ornes et debilitatem et tarditatem
tuam iuues. Item circa lumina-
ria celi attende quod in luce corporum indi-
ges. sine luce oculi tui essent tibi
inutiles. Secundo in hiis que sunt
de nobis et in nobis metipsis duas
causas humilitatis inuenies. Primo
ex parte corporis siue respiciat eius origi-
nem siue finem siue statum presentem
[illegible] vnde mihi venit et erubescere
debes et ingemiscere quo vadis et
contremiscere. si attendas quando cor-
pus venerit inuenies ex putredine
vnde Job Putredini dixi pater meus
es mater mea et soror mea vermibus
attende eciam vlterius quamuis que
mater que te concepit fuerit. Ps. In
peccatis generatum in tenebris con-
fouentem matres meas in fine que
[illegible] in doloribus parturiuit in partu
matres meas mors [illegible]
Attende etiam quod homo indiget mem-
bris impotens et plorare incipiens
[illegible] a ploratu incipit Sap.
Primam vocem emisi similem omnibus
plorans. Attende etiam attencius
finem de cineribus pulueris sed vnde
puluis es et in puluerem reuerteris
Non est mirum si se erigat con-
tra dominum sicut miles qui habet castrum
super altam rupem inexpugnabile.
sed fatuus est qui non habet nisi de
[illegible] de palea que facillime
potest comburi si contra dominum sicut
potentem se erigat. sic fatuus est

homo cuius habitacio est corpus ad
calorem febrilem inmencium reddi-
gitur nec erigitur ad hoc ignis sed
contra dominum se erigit. Attende etiam
quod corpus alterius est corrodendum
[illegible] Gloria peccatoris stercus et
vermis. [illegible] Nemo superbiat quin se-
cum semper superbiam portat suam.
Secundo ex parte anime autem si sciret
se homo esse inmortali peccato aut non
[illegible] sit in inferiori statu est quam
[illegible] aut porco vel bufo tamen de-
bitor sit mortalis supplicio. Et etiam
cum ille vero vincam mortem de-
beant. Si vero nesciat se inmortalem
esse nescit tamen se in statu salutis
esse sed se esse quamdoque debitorem
mortis etiam nescit vtrum ad hunc
peccatum sibi dimissum sit. Eccles. Sunt
iusti atque sapientes et opera eorum
in manu dei sunt. et tamen nescit
homo vtrum amore odio an di-
gnus sit sed omnia in futurum reser-
uantur incerta. Et si sciremus nos esse
in statu gratie videmus tamen
in nobis negligenciam proficiendi
difficultatem standi facilitatem
cadendi. ad [illegible] [illegible] vbi
quandoque [illegible] difficultatem
resurgendi debilitatem inimicam
[illegible] vincendi. Tertio in hiis que
sunt inter nos vt si attendamus
multos de fratribus nostris esse lepro-
sos multos cecos multos impotentes
multos mendicos et alios multis
et diuersis miseriis afflictos Job vi-
sitans speciem non peccabis. Ter-
cio in hiis que sunt contra nos ho-
stes inuisibiles nos strangularent
nisi diuina potestas hoc impediret.
Job non est potestas super terram que
comparetur ei qui factus est vt
nullum timeret. Et dicit causa
dominum quia nos sumus consumpti.
Quarto in eo quod est supra nos que
si attendamus dei omnipotentiam

ad vindictam superborum de necessitate
te oportet nos humiliari Tercio
de causis solet se aliquis inclinare
vel diminuere Prima est cum gla
dius acutus capiti eius imminet
Secunda quia transitus per hostium hu
milis Tercia propter societatem ali
cuius magne persone Similibus
de causis debet se homo per humili
tatem inclinare Si enim homo se
per superbiam extulerit gladius dei
omnipotentis evaginatus est super
caput eius Prima Petri Humili
amini sub potenti manu dei Item
necesse est transire per humile hostium
paradisi Augustinus super illud Johannis x
Ego sum ostium dicit dominus Ostium
humile est si sano capite volumus
transire oportet caput dimittere Item
ipse sanctus sanctorum et ceteri sancti
in mundo isto humiles esse habuerunt
unde sufficiat servo si sit ut dominus
eius Si enim respiciamus ad bona
sine mala inveniemus possumus ma
teriam humilitatis Bona nostri
aliunde habemus preter ea possumus
si attente ea inspiciamus non domi
nium habere sed precarium et omnibus in
illis habemus pellis censum ma
gnum debemus et non solum ea per
dere sed etiam pellis perdi possumus
Terminalis vero manifestum est
quia humiliare debent homines ma
xime si sunt peccata mortalia cum
pellis adiudicati sunt patibulo
infernali mirum est quod tot et
tante cause humilitatis non omnes
homines humiles faciunt Ber. Omni
a vanitas omnia facultas corde
mi tamque elationem perfecte dirime
tanta materia humilitatis non
sufficit quin adhuc superbiat etiam
et tumeat Duo sunt que ma
xime valent ad humilitatem con
servandam Primum est familia
ritas humilium sicut qui communicat

superbo induet superbiam sic qui ita
qui communicaverit humili induet
humilitatem Secundum est memoria
mortis quod docet ecclesia in principio
quadragesime imponens cineres capi
tibus hominum dicens Memento homo
quia cinis es et in cinerem reverteris
Et nota quod memoria mortis ad duo
utilis est homini Primo valet ad hoc
quia homo propter memoriam mortis
prius desistit peccare unde Ecclesiastici Omnibus
operibus tuis memorare novissima
tua et in eternum non peccabis Et illud
Ecclesiastici Memorare iudicium meum sic enim
erit et tuum mihi heri tibi hodie
Hoc dicitur in persona mortui In
hac meditacione patienda est pietas
cupiditas et vanitas seculi Levitici
precepit dominus ut faciens holocau
stum de turturibus vel pullis columbe
piciet vesiculam gutturis et plu
mas in locum cinerum Holocaustum
facit deo de turture qui dat se deo ut
ei famulet in claustro De columba qui
dat se deo ut ei famulet in mundo
Turtur enim amat solitudinem co
lumba gregatim volat Vesicula
gutturis que est quasi horreum
animum cupiditate mundi signat
pluma vero levitatem In locum
vero cinerum vesiculam proicere
qui consideracionem mortis sue cu
piditatem abicit non curans
acquirere ea que in brevi perdit
et a quibus perditur Ber. Divitiam
congregata tum pereunt et non con
gregator eorum Plumam vero in
locum cinerum proicit qui considera
cione mortis vanitatem huius mundi
respuit intelligens fatuum esse in
hiare ad mortem gaudere Augustinus Ni
hil aliud est tempus huius vite
quam cursus ad mortem Valet secundo
mortis vero memoria ad fugiendum
odium vitiorum vel saltem tedium

Timent latrones adventum iudicis. Sic vicia mortem terribilis est totus iste quasi si porta inferni tanta extoto homnicem rediunt tunc aut saltem mi minuit. Re. sordes eius in pedibus eius non e recordata finis sui. Immectu caniste et descendit ammirabiliter. Sic hominis consideratione mortis. Et sic valet ad temperandam leticiam et multam habet amaritudinis. Eccli. O mors quam amara est memoria tua homini iniusto. De signis hu militatis. Nota quod tria sunt signa humilitatis. Primum e amor proprie vilitatis. Ber. Verus humilis vili vult reputari no humilis predicari. Secundum e quod gaudet de contemptu sui. Et hoc exemplum habemus in david quem saltantem coram archa despe xit uxor sua cui dixit ludam et vilior fiam. Gregorius in dyalogo loquitur de quodam abbate qui con stantius dicebatur. Quidam dixisset cuidam quod nichil hominis haberet pre tinus lectum in amplexibus eius ruit enim et ex amore nimio constringens brachiis cepit et osculari magnas quas gratias referre quod talia iudicas set dixit Tu solus es qui in me oculos apertos habuisti. Ber. Tanto fit quisque vilior deo quanto preciosior sibi et tanto preciosior deo quanto propter eum vilior. Tercium e si con tumelias vel correpcionem man suete audiat. Ber. Qui gloriam non querit contumeliam non sentit. Unde. Act. apostolis. Ibant apostoli gaudentes a conspectu concilii quoniam digni habiti sunt pro nomine ihesu con tumeliam pati. De mansuetudine.

Post humilitatem dicendum est de mansuetudine quam commendat Dominus dicens. Beati mites quoniam mansuetudo est bonitas maliciam vincens nulli malum inferens mala in bonum convertens hii ergo sunt beati qui possidebunt terram eterne beatitudinis. Ad mansuetudinem nos invitat mansuetudo dei quam scrip tura sacra tantum nobis predicat. Daniel dicit Fac nobiscum secundum mansuetudinem tuam. Joelis. Conver timini ad dominum deum vestrum quoniam benignus et misericors est. Et sciendum quod hec sunt specialia ornamenta ihesu christi. Mt. Ecce rex tuus venit mansuetus tibi. Qui dicit discite a me quia mitis sum et humilis corde. Hec virtus e ornamentum multum decens servum dei. Ad Ephes. Obsecro vos ut digne ambuletis vocatione qua vocati estis cum omni humilitate et mansuetudine. Eccli. Fili in mansuetudine observa animam tuam. Quot modis mansuetudo facit hoc. Primum e quod dignum facit eum allocutione di vina. Unde ps. Docebit mites vias suas. Et de Moyse simile legitur quod fuit mitissimus hominum quod loquebatur deus cum eo facie ad faciem sicut homo loqui solet ad amicum suum. Secundum quia dignum facit eum defensione dei. Num. Locuta est maria ad aaron contra moysen quam audissit dominus motus e valde enim erat moyses mitissimus hominum et subditur. Maria apparuit candens lepra. De luctu.

Sequitur de luctu. Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur. Et sciendum est triplex e luctus. Primus malus et hic duplex. Primus cupiditatis de quo dictum e ploravit lacrimis amissa pecunia veris. Secundus eius dampnatorum. Unde Mt. ibi erit fletus et stridor dencium. Seneca. Cum lacrimae nil proficiunt cadunt plora bunt fatui sic hic plorant sa pientes Sed tunc plorabunt quia eis lacrime inutiles erunt. Et non plorarent dampnati nisi lacrimam unam singulis diebus quibus erunt in inferno plus

2 Reg 6

p° Dyal° 4 / 1 parvulo

plorarent quia gutte in mari omnes
enim gutte maris finite sunt et pos-
set deus dicere tot sunt et non plu-
res dampnati vero sunt sine fine
in inferno. Unde quidam abbas
dixit filiis suis. filii flete hic ne
ibi oporteat flere ubi lacrime ex-
urunt corpora vestra. Secundo
vero est triplex. Primus com-
punctionis. de quo david. Lavabo per
singulos dies lectum meum lacri-
mis meis stratum meum rigabo.
Secundus compassionis. de quo
Job. Flebam quondam super eo qui
afflictus est. erat. Tercius est de-
votionis qui est ex desiderio divine
visionis. de quo David. Sitivit
anima mea ad deum fortem vivum.
fuerunt michi lacrime mee panes
die ac nocte. Item luctus etiam de-
votionis est luctus quem habet anima
viri perfecti ex magnitudine gau-
dii spiritualis. Aug. quanto inquit
est quis sanctior et desideriis
sanctis plenior tanto eius in orando
fletus uberior. Item medium vir-
inquit hec lacrimas meas tu in-
serere mee medium non videam
Impaciens est amor nec lacrimis
[illegible] sit nisi amori detur quod amat.
Tercia est indifferens ut luctus
afflictionis temporalis vel etiam gau-
dii. Thobie xi. flevit ambo
pater cum gaudio. Et Gen. xlv.
Erumpebant lacrime et [illegible]
[illegible] flevit lacrimas huius
modi non arbitror esse quibus
consolatione divina promittitur de qui-
bus dicit dominus. Beati qui lu-
gent quoniam ipsi consolabuntur. Non
solum in futura vita sicut de La-
zaro de quo dictum est. Nunc autem hic
autem consolatur tu vero cru-
ciaris. Sed etiam in presenti. Thobie iii.
Post lacrimationem et fletum
exultationem infundis.

Ad luctum duo nos monent. Unde
primum est exemplum Christi de cuius
luctu habemus ad Hebr. Cum
clamore et lacrimis exauditus est
pro sua reverentia. videns etiam ci-
vitatem flevit. Similiter super lazarum.
Bernardus. Cristus compatitur et plo-
rat homo patitur et ridet. Secundum
est exemplum sanctorum et precipue
marie magdalene que in sua
conversione multum flevit et sancti
petri de quo legitur quod egressus
foras flevit amare. Et ideo maria
magdalena dicitur quia lacrimis
cepit rigare pedes domini. Nunc
est tempus flendi in futuro erit
tempus ridendi. Tempus flendi
in presenti miseria ubi est multa
materia fletus quia sunt hic dei inimici
et continue strages animarum in-
colatus proximis miserie dilacio
patrie. In futuro erit tempus ridendi
quia qui erunt in paradiso non ha-
bebunt materiam fletus. Tunc
absterget deus omnem lacrimam
sanctorum neque luctus neque clamor
neque dolor erit ultra. Item Ysa.
Auferet dominus deus lacrimam ab omni
facie. Bernardus. Felices lacrime quas
pia manus conditoris abstergit.
Tunc videbunt electi pleno ore.
Job. Deus non proiciet simplicem
nec porriget manum malignis
donec impleatur risu os tuum
et labia tua iubilo. Ideo videtur
ore se impleno quia risus de-
cori miscebitur. Lacrime que
neque bona faciunt. Primum est
ex homine in mundo aqua lacrima
enim in claustro spirituali quasi aqua
de puteo est si inveniunt lacrime de
profundo pectorum et si sunt proprie
pectoris tunc est puteus in ipso clau-
stro. Secundo sunt pectoris alienis et
habet claustrum illud aquam
quasi de alieno puteo. Si vero

Lacrime sunt pro mercede lacrimarum? ... vel pro dilectione patrie tunc est aqua
si aqua de fonte vivo. Io. iiii Aquam
quam habeo ego qui biberit ex ea fi-
et in eo fons aque salientis vite.
Et aqua lacrimarum balneum est
in quo abluuntur anime ut spon-
se celestis regis fiant. Ieremie. Lava
a malicia cor tuum Ierusalem et salva
fias. Secundum est quia delent litteras
mortis quas qui peccat dyabolo
scribit manu propria in libro consci-
encie. Danielis. Antiquus dierum
sedebat et libri aperti sunt. Libri
id est conscientie. Isti libri preter
effusionem sanguinis delendi sunt
vel aliter deleri possent. Christus
delevit cyrographum nobis con-
trarium. Ad col. Delens quod adversum
nos erat cyrographum decreti
quod adversus nos tulit ipsum de medio
affigens illud cruci. Tercium est
quia et quod homo vult a deo impetrat.
iiii Re. Cum esset anna amaro animo
exaudita est. Ysaias dictum est ezechie
vidi lacrimas tuas et sanavi te.
Et in Tho. legitur quod oravit cum
lacrimis thobias et sara simul et
exaudite. Quartum quia faciunt
oblivisci deum iniquitatum nostrarum.
[illegible] quacumque hora ingemuerit
peccator omnium iniquitatum eius non
recordabitur. Quintum est quia an-
gelos letificat. Luce in ewangelio
Dico vobis gaudium est angelis
dei super uno peccatore. De esurie
iusticie.

Post luctum
sequitur esuries iusticie
secundo domino. Beati qui
esuriunt et siciunt iusticiam id est recte
rectitudinem vel bonitatem et in
se vel in aliis. Sunt beati. Sed aliqui sunt
qui tam vehementer delicta a-
liorum celant ut videri possint
esurire et sitire iusticiam si cen-
sent capiunt eos. Desiderium quoque peccatis
idem iudicium. Et notandum quod opera
bona cibus sunt anime in virtute
eius que sunt quedam membra
anime que sustentantur et reficiuntur
et roborantur. Io. Meus cibus
est ut faciam voluntatem eius qui
misit me. Et quicumque fecerit
voluntatem patris mei qui in
celis est ipse meus frater soror
et mater est. Idem ipse et sedebit
ad mensam eius in regno suo ubi
saturabitur cum apparuerit gloria
domini. De misericordia.

Post esuriem iusticie sequi-
tur misericordia. Sexta dotis.
Beati misericordes quoniam ipsi
misericordiam consequentur. Qui mise-
ricordes alienam miseriam in se puti-
et per compassionem sibi attribuunt
et ideo in futuro a propria miseria libera-
buntur et notandum quod licet miseri-
cors qui est misericors de suo. [illegible]
Alii misericordes sunt de alieno que
ad ipsos pertinet qui scandalizantur
quod non datur hominibus habundanter
sic tamen ut penitus nichil eos
gravet quod si misericordes essent
de suo facerent. Deberent enim et si
non possent de terrena substantia de vo-
luntate bona darent. De hiis
qui forte contra eos peccant vere
indulgenciam darent. Dulce si-
gnum virum bonum quod est super dic-
tum optimum ut eorum mentes ad
penitenciam provocaret deinde
et hiis omnibus quos in peccato esse
cognoscerent compassionem exhibe-
rent et orationem. Munditia cordis

Sequitur deinde munditia cordis.
Munditia cordis secundo domino.
Beati mundo corde quoniam ipsi
deum videbunt. Munditia est inter-
ioris hominis integritas. Animi

amor interius observata ad munditiam cordis quinque valent. ¶ Primum est quod homo libenter audiat verbum dei vel libenter studeat in sacra scriptura. Sic dominus: Vos estis mundi propter sermonem quem locutus sum vobis. Duplici de causa valet sermo dei ad munditiam. Primo quia ostendit maculas cordis et secundum hoc dicitur speculum. Secundo quia dat aquam id est gratiam et significatur per labrum de quo legitur Exodi xxx quod habebat specula exterius in quibus ingredientes immunditiam suam videre poterant et intus aquam unde eam lavabant. ¶ Secundum est contritio cordis ex qua est aqua lacrimarum multum valet ad munditiam quod homo se frequenter abluat cum aqua ista cui aque admiscendus est timor sive memoria mortis temporalis vel eterne vel etiam memoria dominice mortis. Per hunc modum fit lacrima ad abluendum valde efficax. In qua David lavabat qui per singulas noctes lavabat cum illis lectum in quo tamen hospes iacere debebat. Hanc ablutionem non dedignabatur facere licet rex esset. Lavabo inquit per singulas noctes lectum meum.

¶ Tertium est frequens confessio. Confessione mundandum est cor. Sic iiii Regum v: Vade et lava septies in Iordane. Lavatur qui humiliter confitetur hic criminalia peccata. Ps. Quia diligit amat confessionem ob quod amor amat confessionem sicut affectus decorem. Confessione igitur decor acquiritur et pulchritudo. Sic Ps.: Confessionem et pulchritudinem induisti decorem induisti. Item: Confessio et pulchritudo in conspectu eius sanctimonia et

Quartum est austeritas vite tam in victu quam in vestitu. Sicut detersio et abstersio cum panno asperior valere solet ad munditiam corporis sic vite austeritas valet ad munditiam spiritualem. De hac austeritate habemus exemplum in Iohanne baptista. Legitur Mt. iii: Iohannes habebat vestimentum de pilis camelorum et pelliceam zonam circa lumbos suos. Esca autem eius erat locusta et mel. Quintum est elemosinarum largitio. Luc. xi: Verumptamen quod superest date elemosinam et omnia munda sunt vobis. ¶ Sextum est quod cordis munditia oratione acquiritur. Ideo orat Ps.: Cor mundum crea in me deus. Orando etiam conservatur. Sic Machabeorum: Sancte sanctorum domine conserva in eternum domum istam impollutam que nuper mundata est. ¶ Septimum est lima correctionis. Qui munditiam desiderat correctionem non fugiat sed appetat. Beda: Sunt qui peccata sic confitentur ut videri possint ex desiderio cordis mundandi id agere. Omnia enim in confessione lavantur nisi ea que sponte dicunt alii ab aliis pacienter audiri non possunt. Qui si vere mundari desiderarent ut tergerentur non indignarentur sed haberent gratiam ei qui suas maculas illis demonstrarent. Gregorius: Ille solus amicus meus erit qui ante adventum districti iudicis maculas mentis mee tergit. Sunt quidam infelices qui aliqua correctionis assumpta debuerunt contrahere munditiam contrahunt rubiginem. Cum in correctione indigne dignantur et deteriores fiunt. De tali potest dici illud Ps.: Destruxisti eum ab emundatione vel emendatione id est non debent

emundari vel emendari Et quod in
veteri lege fiebat sacrificium trip(lex)
Prima pagnam expiationis de qua
Num xix° y hanc designat sanc
tificatio que fit pagnam in baptis(mo)
ubi abluuntur omnes sordes pecc(atorum)
Secunda per sanguinem de qua Leui(tici)
primo que secundum legem in sang
uinem inducantur phant designat
penitentia que est quedam carnis
mortificatio Tercia fiebat unctione
ut thabernaculum et vasa eius et
aaron cum filiis suis phant desi
gnatur spiritualis sanctificatio que debet
esse ministris ecclesie Erant enim
munda sicuta sunt l calix et alia
vasa ecclesie quam vasa communia
sic ministri ecclesie maiori debent esse
mundicie quam layci Unde dicitur
Mundamini qui fertis vasa domini
Tria hortantur nos ad mun
diciam cordis Primum est preceptum
domini Sancti estote quoniam
ego sanctus sum Deutro perfectus
eris et absque macula coram deo
tuo Secundum est purgatio quam
naturaliter faciunt creature irracio
nabiles et insensibiles quasi ex
ositum haberent immundiciam pur
gat se mare mortuos ad litus
expellendo purgat se vinum purgat
etiam se quod sequitur Tercium
est detestatio sui oppositi scilicet immundicia
pecti Et nota quod duo sunt ex
quibus intelligi potest quantum mun
dum sit immundicia pecti Primum est
dignitas rei quam petum inquinat
videlicet ymago dei id est anima que
petum inquinatur priano preciosi
ori magis timenda inquinatio
quod dicitur de illo qui ymagine
crucifixi vel crucem que corpus
cristi tetigit vel ymagine beate
virginis in lutum proiceret pand
onis certe puniretur Sic et

ymagine dei suam scilicet animam
macula immundicia peccati punit
a deo Secundum est difficultas remedii
que patet in lucifero a quo immundicia
pcti separari non potuit ex quo ei
adhesit immundicia unius mortalis
pecti non potest ablui tota aqua
que sub celo est nisi aqua gratie
desursum descendat que eos ab
luat ex quo peccavit homo nullus
primus homo a peccato perfecte pur
gatus est ut dignus esset videre
faciem cristi donec sanguis cristi
effusus est quo illa perfecta est Et ce
quanti pretii sunt hec mundacio facta est
videlicet sanguine cristi Ad Tytum
Dedit semetipsum pro nobis ut nos
redimeret ab omni iniquitate et mun
daret sibi populum acceptabilem Pa
ulus Ut sanctificaret populum suum
extra portam passus est Unde
Apo Qui dilexit nos et lavit
nos a peccatis nostris in sanguine
suo Immundicia hec adeo detur
pat hominem in qua cadit quod nisi vir
tute divina renovaretur pec
ta est et nichilus esset ei michil
esse quam sic esse pulcherrima
illam creaturam scilicet lucifer
eta deturpavit ut cum esset in
tam sublimi statu in tantum eum
vilificavit ut serpentibus et buffo
nibus inferior videatur esse in
hoc quod bonum esset ei si nunquam
fuisset Et sciendum quod mundicia
cordis multum placet deo Aug(ustinus)
hec est voluntas dei sanctificatio
vestra deus mundo corde in preciosa
tem sui recipit et inpunitas in
futuro psalmo Domine quis habitabit
in thabernaculo tuo etc Respondet
Qui ingreditur sine macula
prima Johannis Omnis qui ha(bet)

Primo et sec(undo) et dilig(it) cor mundicia(m) propter gratiam labiorum
suorum habebit amicum regem

Psalmus Ambulans in via immaculata hic mihi ministrabat
Psalmus Beati immaculati in via Aug(ustinus) Si vis
esse beatus esto immaculatus

terum in eo sanctificat se sicut et ipse
est sanctus. Et in Apoc. xxi dicitur
de civitate celesti quod non intrabit in
eam inquinatum aliquod. Qui ergo
nostrum immundum est ut specu-
lum ut sit deo inspectionem faciens
suam puritatem reddat. Abluendum
est hoc speculum lavacro lacrima-
rum tersione confessionis et oratio-
nis desiccatione, lavacro videlicet
asperitate vite. De pace

Sequitur de pace que commen-
datur nobis in isto verbo.
Beati pacifici quoniam fi-
lii dei vocabuntur. ¶ Quattu-
or sunt que ad commendationem
pacis pertinent. ¶ Primum est naturale de-
siderium pacis est in omnibus de
quo Aug. Sicut nemo est qui gau-
dere nolit, quin quidem et ipsi qui
bella volunt nichil aliud quam
vincere volunt ad gloriosam ergo
pacem cupiunt bellando perveni-
re. Nam quid aliud est victoria
nisi subiectio repugnantium. Ad pa-
cem monuit nos multitudo an-
gelorum nato domino dicens. Gloria
in altissimis deo. Et in terra pax
hominibus bone voluntatis. Ad hanc
voluit Christus monere illos in quorum
domos intrarent. Mathei. Intran-
tes domum salutate eam dicentes
Pax huic domui. Iudicem debet
esse doctrina actio(?). Glosa super
illud. Hec locutus sum vobis ut
in me pacem habeatis, dicit. Co-
lumba ramum olive portat in
ore suo. Oliva signum est pacis.
Columba est signum spiritus sancti.
In hoc ergo signatum est quod viri spi-
rituales debent portare pacem
more vel ea que pacis sunt ad-
monent. Ro. xii apostolus. Si fieri potest
quod ex vobis est cum omnibus ho-
minibus pacem habentes. Et iterum

pacem sequimini cum omnibus.
Tertium est quod deus tam care pacem
emere voluit dominus. Rom.(?) pro
pace loquimini pro qua filius dei pas-
sus est crucifixus et sepultus quam
nobis pro omnibus censu hereditatis
reliquit. Voluit filius dei mori
ut nos reconciliaret deo patri.
Voluit quasi matrimonium contrahe-
re cum sorore nostra .i. humana natu-
ra ut pax in mundo reformaretur. Ad
hanc etiam pacem preciosam(?) patris
est emere regnum celorum. Ve illis
qui tam honorabilem pacem renu-
ant. ¶ Quartum est quod grata est
deo et hominibus. Eccli. In tribus
beneplacitum est spiritui meo que
sunt probata coram me et coram
deo et coram hominibus. ¶ Qui pa-
cem vult habere tria debet facere.
Primum est quod caveat se removeat
et prosperitate(?) ab eis caveat. Nemo potest
veram pacem habere qui male
vivit. Proverbiorum. Cum placuerint
domino vie hominis inimicos quo-
que eius convertet ad pacem. Sed certe
non est pax impiis dicit dominus.
Ysaie. Quomodo vera pax est il-
li qui guerram habet cum om-
nipotente cuius iusticia est tenens e-
vaginatum gladium super caput.
Qui in domo proprie conscientie ho-
stem habet cui omnia nocent bona
et mala. Sicut enim cum bonis bona
et mala cooperantur in bonum, sic et
malis mala et mala cooperantur
in malum. ¶ Quomodo veram pa-
cem habet qui iacet in spinis vi-
tiorum qui omnes diaboli conti-
nue portat qui iacet in immundi-
cia quam nobilitas animi natu-
ralis fugit. ¶ Secundum est ut volun-
tatem suam divine studeat vo-
luntati conformare. Luce. Pax
hominibus bone voluntatis. ¶ Tercio

potest pacem habere qui ei resistit tan
quam prevalere. Iob. quis restitit
ei et pacem habuit. Aug. Quamvis iugo
Christi subiectus est subiectam habet eam
et non laborat quia non resistit cui
subiectum est. Tertium est ut tirannus
contempnat rationem veram pro hac
pacem qui continue sequitur quam non
potest consequi. Eccli. quasi qui
apprehendit umbram et sequitur
ventum sic qui attendit ad immun
diciciam. Eg. quis quietis quam
nichil in hoc mundo appetere quod
laboriosa quam inmanibus desideriis
estuare. Notandum quod ter
plex est pax. Prima est tempor
alis. Ys. Fiat tamen pax et veritas
in diebus meis. Aug. Tantum est
pacis bonum ut etiam in rebus
terrenis mortalibus nichil gratius solet
audiri nichil desiderabilius concu
pisci nil postremo melius possit
inveniri. Sed ista pax turbatur
per bella et sediciones et hoc propter pecca
tum. Bar. iii. Si in via dei
ambulasses utique in pace sempi
ternam. Secunda pectoris quam
dedit dominus discipulis suis di
cens pacem meam do vobis pa
cem relinquo vobis. habete pacem
inter vos. hanc pacem solet de
struere lingwa detractorum que
est tria lingwa de qua dicitur quod
multos commovit pacem habentes.
Tercia pax eternitatis de qua ca
nit ecclesia pax eterna ab eterno pa
tre. Et apostolus. Et pax dei que ex
superat omnem sensum custodiat
corda vestra et intelligencias vestras.
hanc nulla poterit perturbare.
Innocencius. Sedebit populus meus
in pulcritudine pacis et in tabernaculis
fiducie in requie opulen
ta. Et nota sicut bona pax est

p bella

sic est mala et hec est triplex.
Prima est inordinata scilicet cum su
perior obedit inferiori. hanc pacem
fecit Adam postquam obedisset plus
quam uxori. Gen. Quia obedisti
voci uxoris plusquam michi et
comedisti de ligno quo dixeram
tibi ne comederes maledicta terra
in opere tuo. Secunda est simula
ta hec fuit pax Iude. Luce. Iuda
osculo tradis filium hominis. Et
II Reg. Dixit Ioab ad Amasam
Salve mi frater et tenens manu
dextera mentum Amase percussit eum
in latere et effudit intestina eius.
Hii sunt qui loquuntur pacem cum
proximo mala autem in cordibus
eorum. Ieremias ix. Ore suo
pacem cum amico loquitur et
occulte ponit ei insidias. Tercia
est iniquinata scilicet eorum qui sunt
in malo concordes ut pilatus et hero
des in morte Christi pacificati sunt.
Gregorius. Sicut nocivum esse solet si
unitas desit bonis ita perniciosum
sum est si desit malis. De per
secutione.

Beati qui persecutionem
paciuntur propter iusticiam
quoniam ipsorum est regnum
celorum. Ber. Pauperibus propter
et martiribus regnum celorum pro
mittitur quia paupertate qui
dem emitur sed passione per
Christo sine omni dilatione pos
sidetur. Corinthiorum. Qui in persecu
tionem paciuntur propter iusticiam
regnum celorum est venale propter
pretium. Aug. Imp. domini venale ha
beo quod regnum celorum quod emitur
paupertate regnum dolore gaudium
labore requies ignominia gloria
morte vita. Tales etiam ex
paucitate faciunt mirabilia

unitis afflictionibus eodem merito erunt socii eius in festo eterne iocunditatis unde apostolus Sicut socii passionum estis ita et consolationis eritis Et dominus vos estis qui permansistis mecum in temptationibus meis. et ego dispono vobis sicut disposuit michi pater meus ut edatis et bibatis super mensam meam in regno meo Quo nos perducat qui sine fine vivit et regnat ihesus christus dominus noster per omnia secula seculorum Amen

Item nota registrum super librum de summa virtutum sequitur capitula

Primum de virtute
Secundum de fide
ubi tractatur quot sit una fides christiana
Quod ministri christi post mortem fecerunt plura miracula
Et fides multum placeat deo
Quod quedam credenda sunt de deo quedam de aliis
Item de erroribus qui fidei katholice adversantur
De errore manicheorum
De sex erroribus qui fidei katholice adversantur
Tertium de spe
Quod duo adiuvant sperare de misericordia
Quartum de caritate
De modo amandi deum
Quod quatuor nos incitant ad proximi amorem
De amore parentum
De amore viri et mulieris
De amore inimicorum
Quintum de prudencia
De stulticia que accidunt in pugna spirituali
De hiis que adversantur prudencie
Quod octo sunt stulticie patrocinium
Sextum de temperancia
Que sunt que nobis dissuadent inordinatum amorem voluptatis
Nunc dicendum est de continencia virginitatis
De commendatione virginitatis
Quod virgines propter puritatem lilio comparantur
Quod sex sunt virginibus timenda
De triplici aureola
De continencia viduali
De castitate ministrorum ecclesie
De continencia coniugali
De hiis que matrimonium nobis commendant
De modo contrahendi matrimonium
Quomodo opus carnale sit licitum vel illicitum
Septem requiruntur ad hoc ut opus carnale fiat sine culpa et habeat meritum
De temperancia delectationum ceterorum sensuum
Septimum de fortitudine
Quod tres sunt partes fortitudinis
Quod quatuor valent contra timorem mortis
De diminutione securitatis
Octavum de paciencia
De hiis que iuvant pacienciam
De tribulatione
Quod septem sunt utiles effectus secundum septem proprietates ignis
Quomodo tria debet homo patienter sustinere correctionem dei demonum impugnationem hominum persecutionem
Quod multis modis dyabolus nos impugnat
De modo repugnandi dyabolo
Quod contra tria que nobis inferunt persecutores in pacienciam habere debemus
De perseverancia
Decimum de iusticia

Quot triplex auctus debetur deo
De oratione
Quot octo sunt que nos incitant ad orationem
Quot ieiunium octo bona facit homini
Quot ad preparationem cordis tria sunt necessaria
De impedimentis orationis
Sex sunt impedimenta orationis
Quando sit orandum
Ubi sit orandum
Quomodo sit orandum
Et quid sit petendum in oratione
Quod duplex sit oratio
De laude dei
Quot sex sunt que nos incitant ad gratiarum actiones
De beneficiis pro quibus regratiandum est deo
Quindecimum de obediencia qua tenemur creatori et creature
Quod obediencia facit homini quatuor bona
De septem gradibus obediencie
Quod duo sunt que adversantur obediencie
Quod propria voluntas sex mala facit homini
De disciplina duodecimum
Quot tria sunt que solent homines impedire ne correctio debito modo fiat
De modo faciendi correctionem
De partibus discipline
Quot triplex est ieiunium
Tredecimum de equitate
Quartumdecimum de misericordia
Quot quatuor sunt que nobis misericordiam commendant
Quot propter tria inimicum diligere debemus
Quot una quatuor bona homini facit
De divisione eius
Septem sunt propter que aliquis solet comparari alicui que omnia etiam elemosinam concordant
Quod hospitalitas duo bona facit homini
Quod duo genera hominum maxime sunt recipiendi hospicio
Item de quo elemosina sit facienda
Cui danda sit elemosina
Item quo danda sit elemosina
Quindecimum de donis que spiritus habuit in se
Et primo de timore
Quot tria bona facit timor in homine
Quod sex sunt que incutiunt timorem homini
Quot quindecim sunt homini attendenda circa extremum iudicium
De signis que erunt ante diem iudicii
Quot tres sunt cause quare iudicium precedent
De penis inferni
Quot tribus de causis augmentatur dolor malorum
Secundo de dono pietatis
Sexto de dono pietatis
Tertio de dono fortitudinis
Quinto de dono consilii
Sexto de dono intellectus
Septimo de dono sapientie
Sedecimum de contemplatione
Quod contemplativa vita activam precellit in sex
Quod quatuor sunt species contemplationis
Quod tria sunt genera contemplationum
Quot septem sunt que preparant ad contemplationem divinorum
Decimumseptimum de beatitudinibus
Primo de paupertate
Quod paupertas duabus de causis sit servanda
Quot octo bona facit paupertas pauperibus
De illa paupertate que est eorum qui habent multas divicias et ipso se non reputant divites sed ministros

De humilitate
Tribus quibus bona facit hominibus
De causa humilitatis
Quot tribus de causis solet se aliquis
inclinare vel humiliare
Quot duo sunt que maxime valent
ad humilitatem conservandam
De signis humilitatis
Secundo de mansuetudine
Quot duo bona facit mansuetudo
hominum
Tercio de luctu
Quod ad luctum duo nos mone-
debent
Quot latrones quibus bona faciunt
Quarto de esurie iusticie
Quinto de misericordia
Sexto de mundicia cordis
Quot tria hortantur nos ad mun-
diciam cordis
Septimo de pace
Quod quatuor sunt que ad conser-
vacionem pacis pertinent
Quod qui pacem vult habere tria
debet facere
De triplici pace
Octavo de persecucione

[illegible]

Mulier est hominis confusio, insaciabilis
bestia, continua sollicitudo, indesinens
pugna, cotidianum dampnum, corporis
tempestas, sollicitudinis impedimentum, viri
incontinentis naufragium. Hec enim est gehenna
et mulier, que est penetrabilis ad [illegible]
levis ad loquendum, facilis ad [illegible]
[illegible] ad [illegible], debilis ad pacem
[illegible] [illegible]
Fornicacio [illegible] [illegible] arida, corrup-
ta fetida, [illegible] continua, delectacio mo-
mentanea [illegible] [illegible] corpus [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] obtenebrat
[illegible] confunditur.

Dictum est de singulis vitiis. Ante omnia ostendemus quod

etiam utilem esse per hoc quod vitia summo studio et diligentia sint vitanda. Vitari autem non possunt nisi cognoscantur. Triplici autem ratione potest ostendi quod vitia cum summa diligentia sint vitanda. Prima ratio est quia demonibus valde placent quod ostenditur per assiduitatem temptandi. Unde dicit Gregorius: Assidua temptatione dyabolus temptat ut saltem tedio vincat. Temptatio vero dyaboli adhuc est importuna (?) ut in malis culpe homines impellat. Gregorius de illo: Nichil se fecisse estimat cum animas non sauciat. Secunda est quia deo summe displicent quod ostenditur triplici ratione. Prima ex hoc quia illud quod maxime videtur odire, scilicet dyabolum, non odit nisi ratione peccati, et eum amaret nisi peccatum esset tamquam creaturam suam. Unde Sapientie: Nichil odisti eorum que fecisti, quod intelligendum est nisi propter peccatum admixtum quod ipse non fecit. Secundo propter hoc quod deus non habet ita bonum amicum in celo et in terra quem non tradat odio ad mortem si invenerit mortale peccatum in eo. Unde licet peccatum ade nondum (?) amasset christum quam (?) tertio capli (?) tamen christus eum dampnasset si decessisset in peccato penitentie negligentius (?). Unde videt deus quantum odiat peccatum quando filios suos quos tantum dilexit quod pro illis mori voluit mittere (?) in inextinguibilem (?) projicit quia invenit in eis peccatum mortale. Tertio per hoc quod dilectum filium suum crucifigi voluit ut cum eo peccatum crucifigeretur. Unde Bernardus: Cum innocens occiditur peccatum crucifigitur. Et deus pater dicit de filio suo Ysaie: Propter scelus populi mei percussi eum. Si quis diceret se tantum odire aliquem quod vellet eum cum proprio filio uno gladio transfigere, vel cum matre propria, satis videretur quod haberet eum odio. Sic christus odivit peccatum. Voluit enim uno gladio illud secum transfigere. Animam etiam matris sue voluit eodem gladio transfigere. Luce: Unde dicit Symeon ad beatam virginem: Et tuam ipsius animam pertransibit gladius, per crucem (?) ... per compassionem. Tertia quia homini summe nocent quod triplici ratione ostenditur. Primo per hoc quod nichil homini potest nocere nisi peccatum. Unde solummodo caveat sibi homo ab isto hoste et non sunt timendi alii, nec dyabolus nec homo malus nec infirmitas nec mors nec alia adversitas potest ei nocere si a peccato caverit sibi. Unde Ecclesiastici: Qui custodit mandata mea et non experietur quicquam mali. Et illud: Nulla nocebit adversitas si nulla dominetur iniquitas. Non potest nocere dyabolus vel persecutor homini iusto nisi quia fabricat ei coronam etiam. Unde Augustinus: Formidinum (?) dicitur incudinum (?) quia ille superbus malleator nocentibus quibus fabricet coronas pretiosas hominibus impugnando. Omni ergo diligentia vitandum est peccatum quia si omnes demones et mali homines et bestie que homini possunt nocere et alie creature essent congregate contra nos (?), propter magis timendum esset mortale peccatum quam omnia illa. Unde Ecclesiastici: Quasi a facie colubri fuge peccatum. Secundo per hoc quod nichil est homini tam salubre quam peccatum

reddit et noxium. Ipsum vicium
committit homini in mortem et spi-
ritualem in dampnacionem. Sicut pa-
tet in sacramento altaris quod qui
indigne sumunt iudicium sibi man-
ducat et bibit id est dampnacionem.
Tercio plus quam nobiliori parti
hominis nocet. Unde Eccli. Dentes
illius dentes leonis interficientes
animas hominum. Non solum anime
nocet sed etiam corpori. Unde sequitur:
Quasi rumphea bis acuta omnis
iniquitas. Bis acuta dicitur quia
interficit animam et corpus. Sequitur
plage illius non est sanitas in-
tellige per dietam escarum. Sex
mala facit homini peccatum. Primo
aufert homini deum. Secundo ex-
quirere [illegible]. Tercio sacietate
celi. Unde Eccli. Nec communicatio
sancti hominis ad canem. Quarto
bona [illegible]. Unde David Particeps
ego sum omnium timencium etc. Quinto
bona propria. Ambrosius. Qui cari-
tatem non habet omne bonum
amittit quod habet. Sexto se-
ipsum et duobus modis. Primo quia
in servitutem dyaboli transit. Se-
cunda [illegible] ei esset quod natus
non fuisset homo ille si sic pec-
caverit. Divisio gule que [illegible]

Dicetur de singulis viciis.
De incipiemus de vicio gule.
[illegible] dicit Glossa super [illegible]
[illegible] Impugnacio Christi contra gu-
lam agitur quia nisi hoc prius
refrenetur frustra contra alia
vicia laboratur. Hoc vicium de-
testandum est triplici de causa. Pri-
ma est quia natura dissuadet nos
illud. Unde legitur insciencia ma-
li [illegible] inter cetera magnorum cor-
porum [illegible] natura tan-
tum [illegible] corporis quantitatem

sicut homini quod sine dubio
factum est ad commendacionem tem-
perancie et detestacionem gulosi-
tatis. Secunda est quod hoc vicium
receptaculum est demonum. Luce [illegible] dicitur:
Cum immundus spiritus exierit
ab homine ambulat etc. Loca ari-
da sunt homines temperate viven-
tes [illegible] dyaboli non inve-
nit requiem. Sed in illis qui gule
vacant invenit dyabolus requiem.
Unde legio demonum dixit domino:
Si eicis nos hinc mitte nos in
gregem porcorum. Quod dominus
permisit eis. Postquam enim aliquis
porcus est vicio gule subditus de-
monum habitaculum est. Unde dicit Glossa:
Nisi quis more porci vixerit dya-
bolum potestatem non accipit. Ter-
cia est iniuria proximi que sequi-
tur ex hoc vicio. Hec autem triplex est.
Prima est proximi corrupcio. Unde
[illegible] Sepulcrum patens est gut-
tur eorum. Ad litteram homo
qui se inebriavit [illegible] ob fetidum
habet sequenti mane admodum
sepulcri. Secunda est quia nimis gu-
losus tantum expendit in prandiis
quod viginti pauperes satis
haberent de pane. Iniqua fecit
suos porcione defraudat quibus
fideles fratres sunt. [illegible] Nolo pu-
tare gratuitum quod impendo pro-
ximo debilis nobis debitor est.
Tercia iniuria est iniuria ob-
servancie que ebrii et [illegible]
ti servulis solent inferre [illegible]
[illegible] Hoc vicium dei oblivionem
inducit. Unde Osee: Saturati sunt
et elevaverunt cor suum et obliti sunt
mei. Tales frequenter deum blas-
phemant. Unde super Io. primo ad
Cor. x°. Sive comeditis sive bi-
bitis omnia ad laudem dei facite.

Dicit Aug(ustinus). Si quis manducat
aut bibit ad refectionem sumit
corporis sustentationem quia ine-
briorum gratias agens ei qui hec
tribuit ista supplementorum solaci-
bus et potus laudant eum. Si
vero debitum modum nature in
moderatione ebrietatis excedas
et vinolencia et ingurgitatis quantitas
fuerit dei laudes lingua tua respon-
det vita blasphemat. Sicut for-
mitas operis artificem laudat sic
eius deformitas eum quodammodo
vituperat. Multa enim mala ex hoc
vicio provenerunt et cottidie per-
veniunt. Nam et mater nostra cena
occasio nobis fuit omnium malorum. Loth
bibit quem Sodoma non vicit.
Esau dignitate primogenita a-
misit. Absolon fratrem suum Amon
in convivio occidit cum tremulentus
esset animo. Judith Olofernem
milicie principem interfecit. Et quo
legitur. Qui bibit vinum multum
minus quantum una die quamque
biberit in vita sua. Filios et filias
Job in convivio vescentibus sathan
domum obruit. Johannem bapti-
stam occidit cena [illegible] inter epule
provenit cottidie ex hoc vicio multa
sunt. Quintum est loquacitas. Post
loquacitatem sequitur levitas et
lascivia. Unde Exo. xxxii°. Se-
dit populus manducare et bibere et
surrexit ludere. Post hec sequitur
luxuria. Gen. 19. Saturati sunt
et inebriati sunt et [illegible] sunt.
Unde monet nos apostolus dicens:
Nolite inebriari vino in quo est
luxuria. Jero. ad Eustachium vir-
ginem. O filia si apostolus castiga-
vit corpus suum et in servitutem
redegit quo tu iuvencula ad-
huc in ferviore invenitur [illegible]

dapibus et vino plena sorte castita-
te eris. Sextum est inimica. Unde
Amos 2. Bibentes in fialis optimo
unguento delibuti nichil compa-
tiebantur super contritione Joseph.
Ad idem facit quod legitur Luce
de divite qui lazaro lazaro
compassus non fuit. Et universaliter
homo vitio gule subiectus nulli
alio vicio resistere potest. Unde
Gili. lens. ebriosus est servus
omnium peccatorum. Nullum peccatum potest
vincere qui captus [illegible]
est quasi porta hominis vicium
gule quod est de familia diaboli
dominatur super totam familiam
diabolicam. [illegible] universitatem viciorum
permittit intrare. Septimum est
quod facit hominem stultum. Ter-
tium est quod reddit hominem quasi
porcum. Deu. [illegible] contra
obedientes loco animalium inveniuntur
non hominum. Jo. Et in [illegible] carnes
ambulant in immunditia et libidi-
nem [illegible] quasi [illegible]
immundicia reputant. In hoc
tamen deteriores sunt irratio-
nabilibus animalibus quia illa non
indigeniunt incidunt in laqueos
quos vident vel in quos alia
ante ceciderunt propter predicta mala.
Sequuntur quattuor. Primum
est fames unde [illegible] verum
est illud famem patientur ut
canes. Ps. Comedunt et
non saturabuntur. In prandio non
cessat fames quia vel non habet
ea que vellet vel quantum vellet
vel quando vellet. Sicut enim di-
cit Aug. bibentibus [illegible] quieciunt
refocillacionem invenit defectum.
Si autem accidit quod habeat que
et qualia et quantum vult ad
habere tamen tantum [illegible]
quantum vellet habere aut

dest ei annona aut sattus non
potest esse absque fame cui ex desu
tudinis fames nascitur. Unde oportet
tet eum ire spaciatum ut esuriat
et sic famem venatur. ¶ Secundum est
quod leditur gratiarum. Unde Job. Cum
saciatus fuerit artabitur et omnis
dolor irruet super eum, quia qui
vitio gule laborat patitur pro delec
tacione unius hore molestiam unius
diei vel mensis quia maciam vel
aliam infirmitatem incidit. Unde Eccl. 3a
In multis escis infirmitas non deerit
et tales raro ditantur. Unde Prov.
Qui amat pinguia et vinum non
ditabitur. Causa autem quare tales
non ditantur tangitur in Malachia
propheta ubi sic legitur: Qui merce
des congregavit mittet eas in sac
culum pertusum quando ebriosus
per totam septimanam laboravit
in die dominico totum ponit insic
cum. scilicet invenirentur. ¶ Tertium est mors

e 3a

temporalis. Unde Eccl. Propter crapu
lam multi perierunt. Boe. Per
nostra prudentia hanc corporis
tulo prolongare morari. si vo
luntates quibus maior pars
nunc potentes regere et cohercere
¶ Quartum est mors eterna. Unde Eccl.
Invenimus mulierem morte amario
rem. Hec mulier est voluntas
carnis que morte est amarior
quia non una sola morte inter
ficit sed duplici scilicet temporali et eter
na. Qui hoc vitio laborat est
infirmitate valde gravi et igno
miniosa. talem oportet curandum etc.
scilicet gule cum nulla potest servire
ad voluntatem suam. Qui ne velit
singulis diebus sibi bis prepa
rare fercula de quibus nichil
remanet. sed postquam tetigerit

pit in locum turpitudinis et
quasi potionem transmittit ad hoc
pertinet quod legitur Johelis. Ulu
late qui bibitis vinum propter eum
de ore vestro. Item in vanum
laborat. Tamquam videtur labor
quo aliquis laborat. et delicose
pascat latronem iam morti
dampnatum. Latro iste morti
dampnatus est corpus nostrum. Unde
Gen. Omnes capitali supplicio
dampnati sumus. Quartus etiam
videtur vanus labor quo homo
laborat ut vermes splendide
pascat. Non est curandum qua
lem inveniat carnem vermes
vel pinguem vel macilentam
Carnem impinguare est escam
vermibus parare vel dare. Hec
summa totum laborem hominis
consumit. Unde Eccl. Omnis labor
hominis in ore eius. Unde Aug.
Ebrietas aufert memoriam,
dissipat sensum, confundit in
tellectum, concitat libidinem,
involvit linguam, corrumpit
sanguinem, omnia membra de
bilitat, vitam diminuit, et om
nem salutem exterminat. Unde Bern.
Ebrietas est inquit blandus de
mon, dulce venenum, suave
peccatum, quam habet qui se non
habet, quam qui facit non facit
peccatum sed totus peccatum. Philosophi enim
horum audiri perveniunt. Ite
delicate semper habere volunt
neque nimis ingurgitant cuius
si et soliciti sunt. ut laute cor
tibaria preparentur ut dicitur
de filiis Ely. i° Re. ii°. De istis
deliciosis dicit Ysidorus. Tota die
epulas ruminat qui ad exple
dam gulam delicias sorbere

c 4 de ebrietas

pariter. talis est quasi animal
ruminans et hoc differt a rumina
tibus animalibus. que animalia
ruminant post susceptionem cibi et
talis ruminat ante susceptionem
Nimis etiam avide sumunt sicut
secundum auctoritatem. Amor est modera
tio sciendi panem masticandi
cibum. Unde Ysidorus. Ad sanitatem corporis
tanto cibus honestius et ordina
tius ingeritur tanto facilius et
salubrius digeritur. Unde Eccli. xxxi. Pro
li avidus esse in omni epulacione
nec te effundas super omnem escam
Nimis etiam frequenter sumunt cibum
sufficit homini sano sumere bis
aut plus modice cibum. Frequens
autem sumptio cibi multum nociva
est corpori secundum artem medicina
lem. Sequitur: Remedia sunt que retrahunt
nos a gula. Primum est elonga
tio ab hiis que dant occasionem
peccandi in cibo et in potu. non
enim est securum accedere ad men
sam ubi varia fercula et delica
ta apposita sunt homini qui vult
cavere ab hoc vicio. hoc insinuatur
nobis Gen. iii ubi legitur. vidit
mulier lignum quod esset bonum ad ve
scendum et pulchrum oculis aspectuque delectabile
et tulit de fructu eius et comedit
Et Jeronimus loquens de flore glose
expulsacionis dicit. Cum enim as
pexit inde statim recognovit te
nuit et notabat illud. Unde Gregorius
Non licet intueri quod non licet
concupisci. Secundum est medita
tio celestis cene ad quam invitati
sumus omnes a domino. qui enim in
vitatus est ad cenam parum come
dere debet in prandio ne cenam
amittat. Tertium sunt quidam qui
de siliquis porcorum se impleri de
siderant similes porcis et delicilla
cena celica non curant cum sola
esuries hominem miserum reddit
Quid ergo faciet ipsa refectio si
ipsa est esuries beatum reddit
Tertium est consideratio penurie
Christi et matris eius et in membris suis
ad primum monet nos Treno. iii. Re
cordare paupertatis mee et trans
gressionis mee absinthii et fel. paupertas
Christi in membris suis. multum
deberet homines detrahere a superflu
itate quam faciunt in conviviis
suis. Cum enim cogitant quantam
paupertatem sustinent Christi pauperes in
pauperibus et in infirmis ad mortem
qui vix possunt habere panem
mendicum. Quartum est quod deberet non
remordere conscientia divites huius
seculi quando cogitant quod Christi suf
ferunt ori dei in pauperibus et po
nunt more dyaboli et pascunt
filios dyaboli scilicet malos et dei filios
fame perire permittunt. Quintum
est gratia dei. Unde Apostolus. Optimum est
gratia stabilire cor non escis que
non profuerunt ambulantibus in eis. — hebr. 13 c.

De vitio luxurie

Post vicium gule dicendum
est de vitio luxurie. hoc
vitium debemus detestare
propter tria. Primum est anxietas
Ysidorus. Appetitus fornicationis anxie
tas est. satietas pena est. Non so
lum precedit peccatum illud anxietas
immo multe alie molestie vigi
lie timores expense sollicitudi
nes. Unde Ysidorus. Quanti luctus quante
vigilie quam modicum festum
in minima libidine. Interdum
precedunt vigilie penitentie
et sequuntur festum modice et brevis
delectationis. tanta est insania

Remedia gule

luxuriosorum quia ex preciosis mulieribus pa-
rant sibi viam in infernum et currunt
ad mortem. Unde quidam qui sibi
abscidit linguam ut vehementia
doloris temperaret vehementiam temp-
tacionis. Absit ut tanti
emam unde peniteam. Insipiens
mercator est qui hoc facit unde cer-
tus est quod eum penitebit. Exemplum.
Anecdotum(?) Virgo estimas quod delec-
tacio huius peccati esset quondam mag-
na desiderium istius meretricis sibi af-
ferri promisit decem vidensque pecu-
niam et tantum thezaurum amisisse
adeo penituit quod voluit se interficere.
Secundum est turbulentia que ab
sponso oritur. Unde Job. Oculus
adulteri observat caliginem.
Tertium est feditas que est inqui-
natio corporis. Unde super illud prima
ad Corinthios vi. Omne peccatum quodcum-
que homo fecerit extra corpus est, qui autem
fornicatur in corpus suum peccat. Dicit
Glossa. Cetera peccata tantum maculant
animam, fornicatio vero non tantum
animam sed etiam corpus contaminat.
Ubi enim non solum est immundicia
spiritualis sed etiam corporalis. Hoc
peccatum fetet angelis valde et dis-
plicet et hoc potest ostendi dupliciter.
Primo per hoc quod invenitur primum legitur
quemadmodum angeli quod obturaverunt na-
res ad aspectum cuiusdam luxuri-
osi. Secundo per hoc quod scriptum
est Angelis suis deus mandavit
de te ut custodiant te in omnibus
viis tuis. Si filia regis Fran-
cie tradita esset tibi ut custodires eam
non parum displiceret tibi si in
eius custodia fornicaretur. Quan-
tum ergo angelis displicere potest
filie regis celestis quibus ipse ad
custodiam deputati sunt fornica-
ri. Unde dicitur. Vs In quibus

q̄ al fornicā̄ tor
p̄sī 7 pcat

dimisso in quibusdam angelos conver-
sationem habere cum angelo. Ne audeas
illo presente committere quod me vidente
non auderes. Demonibus valde pla-
cet et hoc patet. xl Job. Be-
hemoth dormit in locis humentibus.
Loca humentia sunt luxuriosi in
quibus diabolus dormit per delecta-
tionem. In hoc peccato bubos et bi-
nos inveniuntur. Diabolus hodie
in nichil(?) fors habet eos adeo per-
tinet quod legitur Proverbiorum vi. Pretium
scorti vix est unius panis. Mulier
autem viri preciosam animam rapit.
Fatua mulier illo precio dedit
animam suam diabolo et corpus
lenoni(?) quo non dedit aliud scutula
carnes suos. Quartum est valde contume-
liosum et hoc quatuor modis
ostendi potest. Primo in hoc quod inho-
norabiles persone huius seculi tantum
dedecus reputant sibi cum filie eorum
fornicantur. Quantam ergo contume-
liam faciunt filie regis celestis
patri suo deo cum fornicantur.
Secundo per hoc quod tantum dedecus
est sponsis nobilibus cum sponse
eorum adulterantur ad quod per-
tinet quod legitur Proverbiorum vi.
Zelus viri non parcet in die
vindicte nec acquiescet cuiusquam
precibus nec suscipiet pro redemp-
tione dona plurima. Hoc glosa
exponit de celesti sponso. Tertio
per hoc quod templum dei violat et
polluit. Ad quod pertinet quod legitur
Nescitis quia templum dei estis
vos et spiritus dei habitat in
vobis. Si quis autem violat tem-
plum dei, ~~estis vos et spiritus dei~~ disperdet illum. Et item nescitis
quia membra vestra templum sunt eius qui in
vobis est quem habetis a deo
et non estis vestri. Empti enim

est precio magno ibi dicit glosa si
non parcis tibi propter te parce tibi
propter deum qui sibi facit deum pre
Tercio perdit quos lixuriosi illius
stultus reputat quod deo contumeliam
facit magis enim amat coniugem
tam turpem inhonestam quam solu
tam pulcram Quinto videtur inimi
cosum est quod dupliciter per
dendi primo perdit quod aufert ei no
bilium sua scilicet scripturam proverbiorum Non
grandis est culpa cum quis furatus
fuit furatur enim ut esurientem
impleat animam deprehensus
quod reddat septuplum et omnem
substanciam domus sue tradet et
liberabit se Qui autem adulter
est propter cordis inopiam perdet
animam suam unde mulier fatua
non aufert tantum sua stulto sed
scripturam addo quod ipsum hominem et
auferat preciosum quod legitur Osee
fornicacio vinum et ebrietas au
ferunt i animas amore fatuo non
habet cor suum ipsum eciam tamquam
corpus amittit unde in libro Regum
Infecta e amon eam corrupit
Thamar Nota Cotidie sanguinis
meorum funditur ad victimam da
mpnat Sexto perdit quod ille qui
hoc vicio laborat nulli fidem ser
vat unde in Regum David suum
fidelem militem occidit pro uxore
illius Et herodes fratri suo philip
po abstulit uxorem suam hoc
vicium multum efficax est ad ho
mines capiendum Canonem efficaciam
suum glutinum ad capiendas aves
mulier proverbiorum De muliere mala
multo vulneratos prostravit fortissimi
quoque interfecti sunt ab ea ad idem
facit quod legitur Numerorum xxv Hoc peccatum
precipue elegit Balaam ut deci

neqz

peret filios Israel et faceret eos pec
care Capit nobiles et ignobiles
unde Ieremias Inferiores et impanitus
caditur libido dominatur Vincit eciam
fortes et sapientes Quid sapiencius
est Salomone aut quid forcius
Sampsone et ambo infatuati sunt
ab amore mulierum Quarto inter dicta
istud peccatum fere totum mundum
ad infernum trahunt secundum Abacuk
Totum in hamo suo sublevavit
totum in sagena sagena sua traxit
et congregavit in rethe suum hamus
et sagena et rethe dyaboli sunt pul
cre mulieres que totum mundum
trahunt proverbiorum Fovea profunda
os aliene cui dominus iratus est
dominus irruerit in eam Qui pro
fundam foveam cadit non de facili
exit Sic non de facili evadit
manus dyaboli qui capitur pul
critudine alicuius mulieris Qui
hoc vicio laborat vix potest de hiis
que pertinent ad salutem suam
cogitare nec deum cognoscit unde
Osee Non dabunt cogitaciones
suas ut revertantur ad deum quia
spiritus fornicacionis in medio eorum
et deum non cognoverunt Item
eciam talis non levat oculos
unde legitur Danielis de senibus qui
concupierant Susannam declina
verunt oculos suos et non viderent
celum nec recordarentur iudiciorum
Item Tales eciam querunt tempus in
servitutem pessimam videlicet ini
micum Tullius illum ergo dicam fe
licem cui mulier imperat leges imponit
precipit vetat nemenudum abicit abeundum
e minatur extimescendum e hunc
modo non ego solum sed nequissimum
servum indico Nota Nichil vilius quam
victum viri Nichil gloriosius
quam carnem vincere Due

sunt species luxurie
luxuria dividitur in duas
species scilicet in luxuria cordis

et luxuria corporis. Unde dicitur Sapientie
iii. Inebrians et cor meum. Omnis
Incontinencia cordis periculosa est
propter hoc quod laborat. Hac specie inconti-
nencie peccat mortaliter quociens
quis videt pulchram mulierem ad
concupiscendum eam iam mecha-
tus est eam in corde suo. Hec nomine
luxuria quia accipitur large
quia minus large. Primo modo lu-
xuria est inordinatus amor delectacionis
secundum tactum magis enim peccat tan-
gens quam videns. Secundo modo
stricte sumitur et dividitur in quinque
species. Prima est simplex fornicacio.
Hoc peccatum detestabilius est homicidio
vel rapina. In hoc quidam dicunt quod vel-
le occidere aliquem meritorie potest
in dei amore iusticie secundum legem.
Et aliquis potest accipere alienum in summa
necessitate. Similiter non potest fornicari
scienter quin mortaliter peccat. Unde magis
quam unquam aliquis male cogitavit
nec fecerit nec dixerit et omnia
bona egerit que excogitari possunt
et semel tamen fornicatur et sic de-
cedat absque penitencia cum certitudine
dampnatur. Et si omnes misse que
usque ad finem mundi celebrabuntur
pro eo celebrarentur non liberarent
eum. Amore peccati propter simpli-
cem fornicacionem occidit dominus
vigintiquatuor milia hominum. Sicut
legitur Numeri xxv°. Cum enim forni-
cati essent populus israel cum filiabus
moab iussit dominus cunctos principes
populi suspendi in patibulo contra
solem et occisi sunt de populo xx-
iiii milia hominum. Quid dicerent
attendentes temporis moderni prelati
patres et iudices qui permittunt tam
manifeste subditos suos necnon
et filios fornicari cum meretricibus
aliquibus diebus remunerant tantam

iniuriam sibi illatam et sic non
suspendunt in patibulis ligneis.
Infinitis suspendentur in pati-
bulo infernali. Et sicut tales a
deo puniuntur ita resistentes hu-
ic facinori iram dei auferunt a
populo dei et a deo honorantur. Ut
phinees filius eleazari qui interfecit
zambri coeuntem cum madiani-
tide sempiternum meruit sacerdotium et
iram avertit a populo dei. Et licet sit
genus fornicacionis illiciti coitus
qui fit extra uxorem tamen speciali-
ter intelligitur inter viduas vel
meretrices vel concubinas. Et sepe
contingit cum aliquis credit se
cum talibus peccare simplici for-
nicatione per quam committit adul-
terium vel incestum. Sepe enim
mulieres tales coniugate et forsitan
consanguinee eius vel aliquibus
consanguineorum suorum cognoverunt
eas. Secundum quod sequitur est deflo-
racio virginum cuius magnitudo
ostenditur. Primo per hoc quod sichem
filius emor qui dinam filiam
Jacob defloravit interfectus est hac
de causa cum patre suo et cum toto
populo urbis sue ut legitur Gen.
xxxiiii. Tercium est adulterium
quod dividitur in duas species. Prima
est simplex adulterium quod scilicet cum
uxoratus peccat aliqua cum solu-
ta. Secunda est adulterium duplex
quando scilicet cum uxoratus peccat cum
uxore alterius et econverso. Aggravatur
hoc peccatum potest ostendi multipliciter. Primo
per hoc quod est contrarium iuri natu-
rali. Est enim iuris naturalis
hoc quod tibi non vis fieri tu ne
feceris alii. Hoc vero nullomodo
vellet sibi fieri ut unus cum uxore
sua coiret. Multi sunt qui pre-
mitterent se interficere vel decollari
tamen quam hoc sustinerent. Quibus

ergo naturale docet hominem quod
hoc nullo modo debet facere alii quod
ab eo odit sibi fieri. Secundo patet
quod prohibitio adulterii immediate
ponitur in decalogo post prohibitionem
homicidii et ante prohibitionem fur-
ti. Unde Clemens papa. Quid in
omnibus peccatis adulterio gravius
homicidio quodammodo assimilatur
cum enim vir et mulier sint una ca-
ro, qui aufert uxorem alienam idem
est ac si ipsum auferret. Et superat
autem peccatum illud omne furtum
quia quod aufertur cum sit rationalis
creatura melius est quam hominis
corona sua. Tales enim secundum legem
Moysi moriebantur. Et secundum legem
imperialem morti adiudicantur.
Multa enim mala interdum sequuntur ex
hoc vitio. Unde scribitur homicidia
David cum in adulterium cecidisset
fecit interfici suum fidelem militem
et heu heu ad hoc pessime contingit
quod uxor virum propter amasium inter-
ficit et maritus uxorem propter ama-
siam. Unde etiam contingit ut cog-
noscat filiam patris sui vel uxo-
rem. Ignorat enim cuius sit pater
eius vel vir. Quartum est incestus
consanguinearum vel affinium abu-
sus vel sanctimonialium vel reli-
giosarum. Magnitudo huius pecca-
ti ostendi potest per poenam taxatam huic
peccato in lege Levitici xviii ubi
deus prohibuit incestum dicens Omnis
anima que fecerit de abhominatio-
nibus huiusmodi quippiam peribit
de populo suo. Quintum modum est contra
naturam quod fit duobus modis.
Primo modo cum mulier supergre-
ditur virum vel cum fit bestiali
modo opus illud cum in vase de-
bito. Secundo modo cum quis pro-
curat vel consentit quod semen ha-
bili quam in loco debito effundatur.

Circa primo primo prosequamur magnitudo
huius vitii ostenditur multis modis.
Primo quod maximum est et pessimum.
Unde de illo dicitur Genesis: homines
sodomite pessimi erant et peccatores
coram domino nimis. Et quibus dicit
dominus: Clamor Sodomorum et
Gomorre multiplicatus est et peccatum earum
aggravatum est nimis. Descendam et videbo utrum
clamorem qui venit opere compleverint. Enor-
mitas tante turpitudinis et
[illegible] quasi admirationem et
dubitationem parit in audiente.
Unde dominus quasi admirans et
dubitans super tanto scelere inter-
dum loquens: Descendam et vi-
debo. Intelligendum enim inter vicem
hominis clamorem peccati esse. Et no-
tandum quod de duobus peccatis scilicet de homi-
cidio et vitio contra naturam
clamor legitur ascendisse ad dominum
quia laborantes his duobus
vitiis specialiter sunt hostes dei
et humani generis. Facto enim ubi
[illegible] dicitur domino: Masculum
et feminam creasti et multi-
plicentur. Nos opera debemus
ut veniat ad eundem modum
pertinet illud verbum. Item adul-
terinalis fornicationem vincit vinci-
[illegible] peius enim est cum viro
quam cum aliena uxore dormire.
Secundo modo per vindictam superatur
a domino de peccato isto. Prima autem
vindicta huius peccati fuit diluvium.
Inter causas enim diluvii metro
dicitur quod mulieres super [illegible]
viris [illegible] bantur et quod operarentur
[illegible] facere deberent ut [illegible] enim
peccatum est iusticiam venditam. Deus
iudicabit. Cum accepero tempus
ego iniusticias iudicabo. Quoniam
[illegible] accipere non deseritur iusticia
tamen peccatum est ut in Iuda. Super illud Quis
de me querebat oportunitatem
ut eum morti traderet dicit glossa.
Multi sunt hodie qui factum Iude
execrantur et idem faciunt. Nam
enim pro munere falsum testimonium di
cunt deum qui veritas est vendunt.
Assimili qui pro munere falsum iudi
cium faciunt deum qui iusticia est
vendunt. Certum est quando non
faciunt ad quod obligantur accep
tione munerum sicut accidit multis
qui elemosinas recipiunt
et tamen negligunt orare pro largi
toribus suis mercedem bene vo
lunt accipere sed laborem recusant
ferre quibus in psalmo dicitur. Sur
gite postquam sederitis qui mandu
catis panem doloris. Panis do
loris vocatur panis clericorum quia
pro eo luctus et dolor recipietur.
Dolore enim peccata eorum a quibus
datus est eis panis ille ideo
postquam ad mensam sederint sur
gere debent ad orandum precibus.
Ecce tibi clerice mors in olla cu
iusmodi quia peccata populi constant
esse quod comedis ac si tua suf
ficere tibi videantur. Mirabile est quo
tam audacter comedunt quod eos
timet mortem. Cum scriptum sit
in Job. An gustare quis potest
quod gustatum affert mortem
[illegible] venit [illegible] [illegible]

ubi audietur pupillorum attristatio q(ua)-
nio allegato sunt quorum vivere si(n)-
gulis p(ro)vendis nec diluerunt peccata. Come-
dunt inquam clerici mortem qui
comedunt elemosinas sibi datas
p(ro) mortuis et ab igne purgatorii
qui gravior est morte deberent eos
liberare ad hoc enim obligantur ex
susceptione munerum et verisimile
est quod dominus multum offenditur
cum anime que in igne cruciantur
in tanta amaritudine dicant ei
Domine tam bona nostra susceperunt
et debuerunt nos liberare de lugu-
bria ista et ipsi sunt in risu et de
nobis non curant. De avari-
tia advocatorum

Sequitur de avaritia advo-
catorum. Tria sunt que debent
retrahere ab hoc officio. Primum
est venalitas quam nobilis animus
abhorret. Triplici autem ratione
indecens est venalitas advocati.
Prima est quia carne empti sumus a Christo
non debet se vendere alicui. Unde Aug(ustinus).
Postquam me intellexi pretioso
sanguine Christi redemptum nolui
me venalem exhibere. Secundum
est quia debitores essent quod talentum
sapientie quod gratis acceperunt gratis
darent. Sapientie enim indebitum sit
aliis vendere illud. Proverbiorum xxiii. Ve-
ritatem eme et noli vendere sapientiam doctrinam et
intelligentiam. Assimilatur autem
advocatus usurariis in hoc quod sicut
usurarius talentum fortune gratis no-
lit tradere sine premio ita advocatus
talentum gratie non vult gratis dare
sine premio. Tertium est triplex periculum.
Primum est enim miserabilibus personis
non subvenire quibus tenetur ex
lege dei subvenire. Unde Ysaie.
Subvenite oppresso iudicate vidu-
am defendite pupillum et venite
et arguite me dicit dominus. Tenetur
enim medicus potius subvenire pau-

peri infirmo et non subveniens homi-
cida est iudicandus. Illius sit advo-
catus qui affert rem suam pauperi
homini cui non conservat causam. Secundum
est enim impressa negotii causam in-
iustam esse cognoscit et tamen eam
adhuc defendit et consulit ei accepta-
tum est eiciens fit habere causam in-
iustam ut partem adversario suo re-
linquat et partem accipiat consulit
enim ei accipere alienum. Tertium est
quando iste contra quem patrocinium
prestat propter prevaricationem suam illius
rem suam amittit tenetur ei ad
restitutionem. Similiter enim per
infidelitatem vel negligentiam vel
ignorantiam suam cadit a causa sua
ille quem ipse tuetur tenetur ei ad re-
stitutionem. Unde aliquis [illegible]
solidis quos habet de advocatia
sua tenetur ad restitutionem centum
marcarum. Tertium est multiplex periculum
quia dum malos advocatos [illegible]
multos enim ad mortem [illegible] efficit
Singulum enim moneti [illegible]
[illegible] anno meo aliis etiam
[illegible] lingua [illegible] alii [illegible]
[illegible] solent agere contra mortem
[illegible] [illegible] opus esse. Unde
quemdam tam [illegible] monetam
ad susceptionem eucharistie dixit
ut darent sibi dilationem quia
tamen amici eius indulgere nollent
propter mortem quam ei imminere vi-
debant appellavit manifesto gehe-
nnam. Alium post mortem cla-
mantem in manus [illegible]. Re-
fert Greg(orius) [illegible] [illegible] [illegible] quod
[illegible] [illegible] apud inferos
clamantem ministros suos. Certa
enim animum ferventem ferventis
infirmitatis et enim [illegible]
advocatorum a se [illegible]. Sunt
[illegible] venale genus hominum et
advocati amici mei attendite ut
[illegible] [illegible] meum balsamum ad hoc
super locum meo que [illegible] [illegible]

C. De peccato Symonie

[I]nter alias species symonie ava-
ricie decima est aliqua de symonia
que est etiam magnum peccatum. De
qua Damasus papa: Omnia crimina
ad comparacionem symoniace heresis
quasi pro nichilo reputantur. Ma-
gnitudo huius peccati patet primo in
duobus. Primum in hoc quia deum
vendunt. Vendunt deum dum Christum
in sacramento altaris vendunt pro
pecunia celebrando. Ubi est prima
contumelia. Esset enim aliquis
tam pauper in mundo isto qui non
multum indignaretur si quis eum
vellet ducere ad forum et eum ve-
nalem exhibere minimum [?] vilem.
Tanta ergo est contumelia deo cum
ipse venalis exponitur ab hiis a qui-
bus precipue honorandus esset. Se-
cundo sufficere deberet talibus quod Christus se-
mel venditus est precio. Eorum ven-
ditores isti quadrupliciter magis peccatores
videntur esse Iuda. Prima
est quia vendunt immortalem. Secunda
est quia ille semel, sed isti vendunt
eum milociens. Tercium quia isti
minori precio vendunt quem deum
~~veraciter esse sciunt~~ Iudas. Ille
enim pro triginta denariis vendidit
quem deum esse non percredidit. Isti
autem pro denario uno quandoque ven-
dunt quem deum veraciter esse sciunt.
Quarta est quia Iudas penitencia
ductus retulit denarios. Sed symo-
niaci cum absque [?] dubio veniunt
ad hoc induci non possunt ut ea
restituant que per symoniam ac-
quisierunt. Secundo in hoc quia
deum venditorem estimant. Que non
est parva contumelia. Si enim ali-
quis reputaret comes valde liberalis
requireretur super vendicione vestimentorum
suorum vel aliorum, pro magno malo
haberet. Cum [?] igitur si pro malo ha-
beat ille qui est liberalissimus lar-
gitor qui dat malis et bonis amicis
et inimicis qui rogatur ut ab eo
petatur. Symonia committitur
tripliciter. Primo cum quis op-
tinet aliquod spirituale pro pecunia.
De hoc legitur iiii Reg. Quicumque
volebat implebat manum Ieroboam
et fiebat sacerdos excelsorum. Et subditur:
propter hanc causam domus Ieroboam
eversa est et deleta de superficie terre.
Si venditio sacerdotum Ieroboam fuit un-
de deleta est domus eius, quomodo vindica-
bitur venditio veri sacerdocii. Secundo
cum quis optinet per preces carna-
lium amicorum. Exemplum non acci-
piendo precibus carnalium amicorum
dedit nobis dominus Matthei xx, ubi non conce-
ssit dominus matertere sua petenti
ut daret hanc dignitatem Iacobo
et Iohanni ut unus sederet ad dexteram,
alter ad sinistram in regno suo. Tercio
cum quis optinet per precium obsequii
vel [illegible] [?] facit sedulus ex-
ploratur et sequitur et obsequitur, sim-
ulat et dissimulat, manibus et pedi-
bus repens si quo possit intromittere se
tute in patrimonium crucifixi.

De peccato edificancium Syon in sanguinibus

[P]ost peccatum symonie dicendum est de peccato
edificancium Syon in sangui-
nibus. Abacuc ii: Ve qui
edificant Syon in sanguinibus. Contra
ad detestacionem huius peccati valent
duo exempla que ponuntur in libro
Numeri ubi dicit dominus Moysi: Con-
templare terram quam daturus
sum filiis Israel. Cumque videris
eam ibis ad populum tuum. Cui
respondit Moyses: Provideat dominus
deus spirituum omnis carnis
hominem qui sit super multi-
tudinem hanc. Et dominus ad eum:
Tolle Iosue filium ~~tuum~~ Nun in quo est
spiritus domini. Non preposuit Moyses
aliquem de filiis suis constitui

dicitur Numeri 27° quoniam Moyses amicus dei cui facie ad faciem locutus est dominus preterivit utique successores suos filios principatus sui et post eius primam reliquie dignitatis. Sed extraneus de alia tribu eligitur Josue ut sit regimen principatus in populo non sanguinis defendendus esse. Sed hic merito dominus etiam innuit tibi quales sunt eligendi ubi dixit Tolle Josue in quo est spiritus domini. Aliud quoque exemplum in Petro cui dedit dominus principatum ecclesie qui ardentioris amoris erat. Habebat dominus cognatum germanum magis litteratum scilicet Johannem nec minorem honestate quia virgo erat et inter ceteros magis dilectus noluit tamen ei dare principatum ecclesie. Matrem suam ipsi commendavit Johanni quantum ad curam carnis. Sed ecclesiam Petro commendavit qui erat ardentioris amoris.

Aliud exemplum de Actibus ubi legitur quod apostoli statuerunt duos scilicet Joseph et Mathiam ut alter eorum apostolatum inde susciperet. Et cum Joseph iustus esset et haberet tres filios apostolos Jacobum minorem et Judam et Symonem et duos cognatos scilicet Jacobum maiorem et Johannem et ipse dominus apostolorum esset eius cognatus tamen et Mathias prelatus est. Sociam non attendunt mali et infideles prelati qui bona et beneficia ecclesiastica ex amore carnali conferunt suis consanguineis. quorum infidelitas triplex potest dici. Primo sic si princeps aliquis pagine prefectus tradidisset alium de subditis suis terram suam tempore opportuno filiis suis reddendam. et subditus ille propriis suis filiis terram illam dimiserit et filios domini sui exheredaret iniquus infidelis esset valde. Sic prelati ecclesie valde infideles sunt qui patrimonium Christi quod filiis dei debetur dimittunt consanguineis eorum. Secundo peius quia Genesis 28° circa res iniquus est. Christi cedunt ad manus animas innecunt(?) cui autem cedat ad manum suam facultates suas indimicue tamen et subdit ut liquido datur intelligi parientis ferunt ratium Christi quam inutiam. cuique aliquis propius in populo suo cuique multa aliqua committit cui hominis cuique prima non committet. Tertio per hoc ostenditur sunt infideles erga consanguineos suos quibus beneficia ecclesiastica conferunt qua maior impietas est quam parvulo imponere onus Christi angelicis humeris formidandum. Nam parati sunt filii hominum ad honores et ad celsitudines graduum ecclesiarum Christi etiam angelicis humeris formidandos. Pretium illud facit eos relinquere amicum fidelissimum et propinquissimum parentem carnalibus. Valor huius amici apparet in morte quando ceteri amici hominem relinquunt in morte nescit homo quid amisit amittendo Christum amicum donec post mortem quando arguet eum sua conscientia dicens Deum qui te genuit dereliquisti et oblitus es domini creatoris tui Unde Jeremie 2° Arguet te malicia tua et aversio tua increpabit te. Scito et vide quia malum et amarum est reliquisse te dominum deum tuum. Ideo dicitur in Ecclesiastico Noli fieri pro amico inimicus primo scilicet Christo qui propinquissimus est inter omnes amicos. Quidam meruit pervenire ad suspendium quia latrones ...

habens debebat uxori et filiis quod de-
bitum erat pauperibus licet pauca
daret eis. Item ille incidit qui
non uxori sed concubine dat quod
pauperibus dandum esset et con-
sanguineis quibus minus tenetur
quam filiis. Si ananias retinuit
ea que pauperibus danda erant
sit punitus licet habuisset ea ex
venditione proprii agri ut legitur
Actuum. Quanto magis punientur illi qui de
rebus suis retinent que pauperibus
danda essent que non de suo pa-
trimonio habent sed de patrimonio
Christi. Ad detestationem carnalis am-
oris verba sacre scripture valent
et primo precipue illud quod legitur
in Deutero. Ubi moyses benedixit
filiis levi. Qui dixit patri suo
et matri sue nescio vos. et fratri-
bus suis ignoro vos. et nescierunt filios
suos hii custodierunt eloquium tuum
Illi qui habent carnalem amorem
suis possunt mandata dei servare
quod enim malum ipsi non facerent
faciunt pro parentibus suis. tales
non intendunt intrare per angu-
stam portam. cum parentibus ligant
se simul ut unus intrare non
possit nisi omnes intrent. innituntur
enim se invicem etiam in malum
Quomodo intrabunt quadraginta
simul ligati et conglutinati per
arctam portam per quam unus in-
trat. De avaricia mercen-
nariorum
Sequntur
de avaricia mercenariorum
Mercenarius qui non est
pastor videt lupum venientem
et fugit et lupus rapit et dis-
pergit gregem. Augustinus loquens
de mercenario dicit Si ovis
eius deerrat non revocat. si in-
firmatur non medetur. si devoratur

non lacrimatur. si fugiunt tempora-
lia que ipse amavit fugit ipse
ab amatis quos amare summe debuit.
hoc bene apparebit tempore an-
tichristi quando temporalia auferentur
ecclesie. Tunc enim implebitur illud
Ysaie. Derelinquetur filia syon
ut umbra in vinea. et sicut tu-
gurium in cucumerario. In umbra-
culo vinee nullus ambulat habitat
nisi quamdiu sunt ibi racemi. nec
in domuncula orti nisi quamdiu sunt
ibi fructus. Sic mercenarii non
habitant in ecclesia nisi quamdiu lu-
crantur ibi. Quomodo se mercenarii
habeant ad gregem ostenditur. Eze.
ubi dicitur lac comedebatis et
lanis operiebamini. et quod crassum
erat occidebatis gregem autem meum
non pascebatis. quod infirmum erat non
consolidastis. et quod egrotum non sana-
stis. quod fractum erat non alli-
gastis. et quod abiectum erat non
reduxistis. et quod perierat non que-
sistis. etiam austeritate imperabatis
eis cum potentia. Tales noluit
dominus esse pastores ecclesiarum. sed con-
temptores temporalium. Unde dixit
discipulis suis Luce decimo Ecce
ego mitto vos sicut oves in me-
dio luporum. Nolite ergo portare
sacculum neque peram neque calci-
amenta etc. Nolebat dominus quod
ecclesia haberet fiduciam in aliquo
nisi in ipso. Ideo fundavit eam
supra petram non super terram
Math. xvi. Super hanc petram e-
dificabo ecclesiam meam. Si fi-
duciam ecclesia haberet nisi in deo
et non divitiis non ita elongasset
se ab ea. Legitur in vitis patrum quod
quidam venerunt in civitatem quan-
dam ut ibi distribuerent elemosi-
nas et venientes ad domum cuiusdam

pauperis vidue que cum esset can
dilitrix cuius filiam invenerunt
que apparuit tota nuda et volu
erunt ei dare vestes. Sed illa no
luit eas accipere et mater etiam
noluit eas accipere. Cum venisset
dixit Ego habeo meum paratorem
scilicet deum. Sed vos vultis eam tollere
eum hodie. Hoc audientes illi glo
rificaverunt deum. **De pluralitate missarum**

Sequitur
de cautela illorum qui plu
res missas dicunt uno die.
Sciendum est quod in die Natalis domini
licet celebrare tres missas. Sed aliis
diebus in tribus casibus licet cele
brare duas. ¶ Primus casus est quando
necessitas requirit ut in una die
alia celebretur pro defuncto si funus
est. ¶ Secundus est cum necessitas
peregrinorum vel hospitum hoc re
quirit vel infirmorum. ¶ Tertius est
quando tempore [illegible] potest duas cele
brare. Ita cum propter aliquam
necessitatem debet celebrare du
as tantum. Nec tamen duas causa
adulationis vel cupiditatis quia
tunc esset mortale peccatum. Potest
etiam ostendi multipliciter quod malum
sit aliquem una die plu
res missas celebrare. Primo per
illud verbum Aug. Cotidie eu
charistiam sumere non laudo nec
vitupero. Si ergo non audebat
laudare semel sumere eucharistiam
quomodo laudasset bis sumere
in die uno. Immo bis sumere for
te [illegible] commisisset. Unde cum
non sit licitum aliquando plures ce
lebrare communicare non est etiam
licitum aliquando plures celebrare et
forsitan si nichil offeretur ce
lebranti sicut nichil offertur
communicanti nunquam fuisset plu
ralitas missarum inventa id est [illegible]

deri. ¶ Secundo per hoc quia agnus
paschalis semel immolabatur in an
no. ¶ Tertio per hoc quod verus agnus
id est Christus semel tantum immola
tus est. Et sacerdos in veteri lege
tantum semel in anno intrabat
in sancta sanctorum. **De hiis que
pertinent ad dignitatem confitien[tis]**

Dicto de pluralitate missarum
dicendum est de hiis que per
tinent ad dignitatem conficientis.
Ad hoc vero quod digne aliquis
conficiat duo sunt necessaria.
Primo oportet autem ipsum homo
et sic de pane illo edat et de cali
ce bibat. Sicut ille qui vult in
fundere preciosum liquorem alicui
vasi primo probat et temptat utrum
vas mundum sit vel immundi
tiam vel corruptum. Sic debet
videre de se sacramentum altaris
susceptrus. Secundum ut se homo
abluat ab immunditia [illegible]
criminibus cum non lotis ad men
sam domini accedere valde indecens
est et in hoc multum peccant aliqui
sacerdotes qui cum singulis diebus
bis manus corporaliter lavent ut ad
mensam corporalem accedant ad
mensam vero domini in qua ipse
est dominus et tamen angeli assistunt
primum mensam vel pedibus acce
dunt manibus illotis id est illotis operibus
non accedentes quod dicitur in ps.
Secundum puritatem manuum mearum
tribuet mihi id est dominus sacerdotibus
Scriptum vero tibi qui sumens e duo
sunt necessaria. Primus est preparatio mo
dus autem [illegible] tangitur Exodi
Ubi sic legitur de agno paschali non
comedetis ex eo crudum quid nec
coctum aqua sed assum igni. Cru
dum comedit ille in quo ignis cari
tatis non est. Ille vero assum
comedit qui passionem domini
eius figura est sacramentum

illud Diligenter recolligit ita ut in
meditatione eius exardescat ignis
Sed sunt non nulli qui in preparatione
cibi corporalis quem suscepturi sunt
laborant curiose usque ad tantam quod
in preparatione huius cibi nolunt la
borare primiciam horum necessa
ria autem sunt tria cum lac
tucis agrestibus cum quibus agnus
comeditur In lactucis agrestibus
que amare sunt dolor et amari
tudo pro peccatis habita intelligitur
que debet esse in conficiente bu
Augustinus Panis iste est salus
egris quem libentius sumit sal
tiorem In azimis intelliguntur
bona opera videlicet elemosine orationes
et similia que debent precedere d
mica corporis susceptionem Secundum e
diligens custodia post sumptionem
et precipue os custodiendum est
in quo dominicum corpus est sumptum
Si quis in pixide in qua dominicum
corpus positum est lutum poneret
fetidum infidelis iudicaretur Quanto
magis iudicandus est ille qui os suum
in quo corpus Christi recipit detractione
vel mendacio vel ebrietate vel aliqua
spurcitia polluit que longe ma
ior est immunditia corporali Ter
tium est in confessione preter peccata
loquuntur quedam alia in sacrast
pertinere que ad dignitatem eius
pertinere videntur Primum debet co
hercere vel communicare primum est quod
legitur Gen. Primum protulit panem
et vinum Abraham de cedibus regi
bus post victoriam enim preliorum ad
sacramentum altaris accedendum
est Secundus post agnus paschalis
decima die tolli precipitur in quo
significatur quod bonus agnus post
impletionem decalogi sumendus est
Tertium est quod corpus dominicum
sepultum est in monumento in quo

// Melchisedech

non dum positus erat quisquam
Non ponat ergo aliquis dominum
ubi positus est diabolus quia
nulla convenientia Christi ad Bel
ial Recipitur enim in sindone munda
idest puritate corporis vel cordis
sicut Joseph legitur fecisse Ma
thei Assunt etiam mirra et aloe
que Nicodemus attulit ut
legitur Johannis Amaritudo con
tritionis et mortificatio carnis
assunt unguenta que mulieres pa
raverunt scilicet Maria Magdalena et
Maria Jacobi et Salomee id est opera
que pertinent ad devotionem dei
et compassionem proximi Tertium
est preparatio quam facit qui celebra
turus est sacerdos vestes induendo
hec significant qualis preparatus
debet esse sacerdos intus ad quod
pertinet illud Levitici ubi sic legitur
Locutus est dominus ad Moysen et pre
cepit ei loquere Aaron fratri tuo
ne ingrediatur omni tempore
sanctuarium quod est intra velu
coram propitiatorio quo tegitur ar
cha ut non moriatur quia in nu
be apparebo super oraculum Ubi
autem hoc fecerit tunica linea
vestietur feminalibus lineis ve
recunda celabit Accingetur zona
linea Cydarim lineam imponat
capiti Non loquitur de quolibet
ingressu sacerdotis in sancta sanctorum
sed de ingressu quo intrabit cum
sanguine et ideo recte significat
hic ingressus sacerdotis evangelici
ad consecrationem dominici corporis et
sanguinis quod etiam videtur per hoc
quod ibi dicitur In nube apparebo
super oraculum quasi enim in quadam
nube sacramenti apparet dominus
super altare Non intret ergo sacerdos
ad altare nisi tunicam lineam
habeat signum innocentie ut sit

absque odio et femoralia linea consci-
entie ut sit absque peccato carnis. et
secundam zonam lineam per sobrietatem
ut sit absque ingluvie ventris et ter-
tiam lineam per puritatem intentionis
ut sit absque peccato cupiditatis. Alioquin
timere potest ne moriatur morte.
Scriptum est ut legitur Exodi xii. Est
religio phase. Omnis alienigena
non comedet ex eo. Omnis autem servus
emptitius circumcidetur. et sic comedet.
advena et mercenarius non comedet
ex eo. Alienigena est qui filius dyaboli
est per imitationem qui scilicet est in
certo mortali peccato. Unde dominus
ad iudeos. Vos ex patre dyabolo estis.
Emptitius servus est qui actibus mor-
talibus peccatis tenetur qui sanguine
christi redemptus est. Si agnum vult
sumere linguam suam refre-
net ab illicitis verbis. et sobrio ci-
bo potuque utatur. Superbiam etiam
ornatus deponat. Advena est ille
qui de novo conversus est. tamen non
est securum ad sacramentum altaris
accedere in quo non parum vi-
dentur multi in ecclesia qui illos
qui permanserunt in peccato carnis per
totum annum usque ad dominicam in
ramis palmarum. de quibus certum
est quod eis decem annis vel am-
plius post diem tamen pasche ad
peccatum carnis redierunt communi-
cant indecenter non attendentes quod
hic dicitur. Advena non edet
ex eo et Beda in libro glo.
advenam illum qui nuper venit
ad fidem nec adhuc firmus est.
mercenarius est qui pro lucro temporali-
bus christo servit qui agnum comede-
re non debet. quod male valde
servatur in ecclesia dei. Quod indigne
conficientibus et sumentibus dicit Augustinus
magis peccant qui tradunt christum
peccatoribus membris quam qui tradide-
runt eum crucifixoribus iudeis. Et
Gregorius super illud ibidem verum-
tamen. Ecce manus tradentis
mecum est in mensa dicit. Sicut
iudas tradidit christum persecutoribus
sic conficiens vel sumens corpus
christi indigne tradit eum quantum
in se est demonibus. Item ponit
eum in loco qui est in potestate
demonum. Item dicit glossa super
illud ibidem. Et dederunt in escam
meam fel etc. Hoc adhuc facit
contemptor sedentis in celo et gravius
peccat quam qui crucifixerunt am-
bulantem in terra quod verum est quoad
ad multas circumstantias. Prima
est quia indigne sumentes corpus christi
scienter christo contumeliam inferunt
quem verum deum esse credunt.
Crucifixores iudei sunt in hoc quod si
cognovissent dominum nunquam eum
crucifixissent. Unde non potest deus
rogare pro eis indigne sumentibus
sicut pro iudeis rogavit dicens Pater
ignosce eis quia nesciunt quid
faciunt. Secunda est quia contemp-
nunt christum regnantem quem iudei
contempserunt mortalem. Maior
est contumelia que infertur
alicui in statu honoris quamque
infertur alicui cum vilis est.
maior reputatur quam que in-
fertur ei cum deiectus est. Ter-
tia quia contumelia crucifixoris
semel illata est christo a iudeis. ab
indigne vero conficientibus vel su-
mentibus cottidie infertur ei.
Quarta est quia vilitas anime ma-
gis deo displicet quam vilitas
pene quecumque sit. Quod indi-
gne sumentes corpus christi faciunt
quantum in se est ad hoc quod pol-
luatur. Sicut infra patebit. ergo
quantum in se faciunt illi ut inde-
tur quod magis sibi displicet quam
quod fecerunt sibi iudei vel ita

qm maiorem contumeliam pt quis
inferre domino suo quam si eum cal
cet et in cenum immundissimum
pciat Non est maior contumelia
si eum occideret vel maiorem ei do
lorem inferret. contumelia vero
ista satis insinuatur Ad hebreos
vbi legitur Irritam quis faciens
legem moysi sine ulla miseratione
duobus aut tribus testibus morit
quanto magis putatis deteriora
mereri supplicia qui filium dei con
culcavit Ubi dicit glosa xpm con
culcat qui libere peccat et absque
timore et penitencia et indigne
eu pcipit Item de indigne con
fitentibus dicit gro' apostolus Qui
cumque manducaverit hunc panem et
biberit calicem domini indigne reus
erit corporis et sanguinis domini
Ubi dicit glo' Reus erit ac si xpm
occiderit Et quis qui fidem ha
beret staret se semel xpm crucifi
xisse qui vellet multis precibus p
totum mundum omni tempore vite
sue penitenciam agere. Quid ergo
deberet illi agere qui totiens commi
serunt simile illi Item dicit Am
brosius Qui indigne sumit xpm
idem est ac si occidat Tales
iterum xpm crucifigunt Unde
apostolus Rursum crucifigentes fi
lium dei et ostentui se habentes.
quod fit dum simulant se eum
adorare quem inimicitate inhono
rant Unde pt xpus dicere debuis
Super dolorem vulnerum meorum ad
diderunt Tales quantum in se xpm
polluerunt Unde malachie Dicit
dominus exercituum ad vos sacerdotes
qui despicitis nomen meum et dixi
stis in quo despeximus te et sub
ditur offertis super altare meum
panem pollutum Unde dicit glo
Panem i corpus xpi polluit

qui indignus accedit ad altare i
mensam domini Talis sordidus et
contaminatus corpus xpi osculat
de contaminatione eius dicit aps
Si quis non amat dominum nostrum ihesum
xpm anathema sit Aliud quod
ptinet ad dicit quidam sanctus indi
gne confitenti Quomodo labiis
illis osculatus filium virginis quibus
osculatus es labia meretricis Talis
enim debet attendere formam ver
borum qua xpus monet eum hoc
corpus esse suum quod sic contrac
tat hoc iniquum est corpus meum. super
os tuum fetidum que cum sit vera
pessima denotare possumus quod de
latinum satis In cuius facie exspu
it qui multum peccatorum produc
it proximo conqueritur dominus in psalmo Os
peccatoris et dolosi super me apertum
est De secundo dicitur Iere. Terra
pessima devoravit filium meum
violatum. de corpore xpi dicit
qui contemptibiliter celebrare psumit
De duo vero ultima ptinet quod
dicit quidam sanctus Sacerdos lu
xuria maculatus tractat filium
virginis prius violatum tenere et
dum sanctam faciem videt. quod
in faciem eius spuit et dum filium
dei sumit quasi in lutum proicit
dicit dominum de Zacharias di
citur Deus venerunt gentes in
hereditatem tuam polluerunt templum
sanctum tuum etc De indigne con
fitentibus potest dici amplius
quod polluerunt filium sanctum tuum
Et nota quod indigne confitentes
inferunt deo contumeliam coram
curia sua congregata adest enim
ibi deus assunt angeli et ho
mines Unde Greg Omnis fide
lium dubium habere possit in
ipsa immolationis hora ad sacer
dotis vocem celos aperiri atque

in celo ihesu christi ministerio angelorum
choris adesse summis yma sociari
terrena celestibus iungi. Item in
domo propria. Bernardus Io. Quid est quod
dilectus meus scelera multa? Certe
magna ingratitudo est. Venit enim
divina maiestas visitare hominem
in sacramento altaris et hoc cum
plenitudine carismatum. et miser
homo non timet ei contumeliam
inferre quem pro posse suo debuit
honorare. Quod mirari possumus
in hac parte bonitatem divinam
et perversitatem humanam. Sicut ante
dictum. Quid est homo quia ma-
gnificas eum aut filius hominis
quia reputas eum. Etiam illis
ad quorum mensam comedunt ser-
vant fidem pagani. Indigne vero
conficiens vel communicans in ipsa
mensa ad quam cum deo comedit ei
contumeliam facit. Bernardus bene potest
dici de domino illud Ysaie pastor et
portabit iniquitates eorum sed hoc amari
audiet. In hoc sacramento mors
domini figuratur. Unde apostolus Quotiens-
cumque hunc panem manducabitis
et calicem bibetis mortem domini
annunciabitis. Magna itaque ingra-
titudo est ei contumeliam facere
quem recordamur mortuum pro nobis
multo amore. Indigne conficiens
vel communicans multo infelicior videtur
esse ceteris peccatoribus. Christum enim summum
bonum est omnibus nocivum et corpora vi-
ta moriuntur et Christus mortem antido-
to incurrit infirmitate ad mortem
et quos curare debuit hominem
interficit eum. Bernardus in libro de precepto
Sacramentum summe pietatis sibi
iudicium indignus sumit. bene
esse non potest male accipienti quod
bonum est. Unde apostolus Qui man-
ducat et bibit indigne iudicium
sibi manducat et bibit. et ideo

Ideo inter vos multi infirmi et im-
becilles et dormiunt multi. Et ex-
ponit glossa. Febribus imbecilles lon-
gis infirmitatibus et dormiunt
morte corporis. Legitur in libro pas-
torali. Et quod quamvis indigne
communicat nisi bonitas Christi cum
iudicio pertenderet omnia gladium et
iudicium temporalem vindicte ab an-
gelis ad hoc positis pervenientur.
Vide infra. Si enim pro morte Christi
gentes iudeorum destruuntur et peccata
indigne conficientis simile est peccato
eorum qui crucifixerunt Christum ut
prius ostensum est iustissime possent
tales a Christo interfici. Tales
enim attendere debent diversa exem-
pla. Iohannes Baptista in utero
matris sanctificatus in heremo con-
versatus innutritus a domino timuit
tangere verticem domini Christi cum an-
gelis reverendum. Unde canit ecclesia
de eo Baptista contremuit et
non audebat tangere sanctum dei
verticem sed clamat cum tremore
sanctifica me salvator. Et nunc
ergo aliquis immundus audet
sumere totum corpus Christi iam
glorificatum. Beatus Martinus
abscidit pollicem ut ex pluribus esset
sacerdotio tamen verbi beatum domi-
nici corporis consecrationem. Legitur
secundo in libro Regum vi. Et Oza quia cum
bobus recalcitrantibus archa de-
clinaretur extendit manum
suam et tenuit eam et motus deus
indignatione contra eum percussit
super temeritate et mortuus est. Unde
dicunt Hebrei quod ea nocte dormie-
rat cum uxore sua. Si Oza morte
factus est reus quia presumpsit tangere
archam que figura erat dominici
corporis cum ea nocte fornicaverat
cum uxore sua. Quid meretur

pussidet

ille qui iacuit cum sua concubina et tamen ipsum dominum corporis Christi corpus Christi tangere et sumere presumit. Item primo Regum legitur quod Bethsamite percussi sunt ad numerum septuaginta viri et quinquaginta milia plebis eo quod vidissent archam domini. Si tot homines percussi sunt quia attemptaverunt circa archam domini quod eis erat prohibitum scilicet videre archam domini, quid ergo[?] quid merentur illi qui attemptant aliud circa corpus domini quod eis prohibitum est. Maria Egipciaca penitentiam agens in deserto semel tantum hoc sacramentum accepit a Zozima sacerdote et heremita. Et licet singulis diebus fuit celebratum tamen timuit amplius quam ... ad effigie[?]nem ... Item hic qui ... [?] communicare et postquam dignum sacramentum susceperunt eum esse per peccatum mortale expulerunt.

Post peccatum eorum qui indigne confitentur vel communicant dicendum est de duobus peccatis scilicet de eorum qui nunquam communicare volunt et de peccato qui propter quam dignum in sacramento altaris susceperunt peccatum mortale enim esse compleverunt. Ad detestationem primi peccati triplex testimonium scripture potest adduci. Primum est in veteri lege Numeri ix° ubi legitur homo qui fuit mundus super animam sine immunda [?] si ... faciat Phase domino ... Si autem mundus est et in itinere non fuerit et tamen non facit Phase domino exterminabitur anima illa de populo suo. Immundus super anima dicebatur ille qui immundus erat ex contactu mortui. Secundum est in evangelio ubi dominus dicit: Nisi manducaveritis carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis. Tertium est constitutio ecclesie que dicit quod quilibet postquam ad annos discretionis pervenerit saltem semel in anno confiteatur omnia peccata sua et suscipiat reverenter saltem in pascha eukaristiam nisi forte de consilio proprii sacerdotis ob aliquam rationabilem causam ab eius perceptione duxerit abstinendum. Alioquin et vivens ab ingressu ecclesie arceatur et moriens ecclesiastica careat sepultura. Multum autem debent dolere qui non communicant saltem in anno. Primo debet eis esse causa doloris hoc quod deum multum offendit. Non enim parum offenditur deus quando ei negatur hospitium semel in anno in quibus communicare debent habere hospitium. Quod autem deus multum offenditur ex hoc potest ostendi primo ex hoc quod legitur Luce de hiis qui non essent recepturi discipulos eius: Dico vobis quod Sodomis in die illa remissius erit quam illi civitati que non recepit eos. Si tantum offenditur deus quod discipuli eius non suscipiuntur quanto magis offenditur quando sibi ipsi negatur hospitium. Et propter hoc in fine Mathei Christus ... dicet: Hospes enim fui et non recepistis me. Cum autem deus hospitium negantibus ... nere possunt nec dicitur eis a domino: Discedite a me maledicti in ignem eternum. Et subditur: Hospes fui et non collegistis me. Secundo debent dolere de dignitate sua. Sunt enim quidam qui sibi applaudunt dicentes quod melius est corpus Christi non sumere quam

indigne sumunt quibus clamans qui
in hoc bene faciunt quod non indigne
sumunt quia non est bonum sumere
panem filiorum et mittere canibus
ad manducandum tamen dolere
deberent qui tantis se inveniunt qui
filii dei esse deberent Dolere etiam
deberet debet quod videntur se vasa mor
tis in ire et receptacula immunditie
que deberent esse receptacula gratie
et vite De homine qui indifferenter
prodit peccatorum nisi recipit deo bene
bonum preparare negligit dicit propter
illud Osee Effrem factus est quasi
vas immundum in nationibus Item
Jeremias deberet illud Ubi dominus
Si dedero somnum oculis meis
et palpebris meis dormitacionem donec
inveniam locum domino simpliciter male ei
accidit Tercio debet dolere quod
non facit illud quod precepit dominus
discipulis tamen discessurus est ab eis
volens illud infigere maxime
memorie eorum Hoc facite in meam
in mea commemorationem Hoc est
signum sui amoris reliquid domina
(ecclesie) sue Et ve illi qui non ha
bet memoriale a tanto amico sibi
relictum Quarto dolere potest quia
fraudatur utilitate que sequitur ex
adventu domini in aliud hospitium
Non enim est adventus eius absque
maxima utilitate Unde tamen
Zacheus dominum suum hospitio rece
pisset audivit ab eo hodie salus
huic domui facta est et vidue
que Heliam suscepit non defecit
farina et oleum non est minimi
tantum Si ergo utile fuit suos
dominum in hospitio recepisse quam
utile credendum est ipsum dominum in
hospitium recepisse Non modica
felicitas est talem totum habere
Unde david Si ambulavero in

medio umbre mortis non time
bo mala quoniam tu mecum es
Et iterum Dominus protector vite
mee a quo trepidabo Et subdit
Si consistant adversum me castra
non timebit cor meum De illo qui
dominum suscepit non in hospitio potest
intelligi illud quod legitur in Ecclesiastico
Ve soli quia cum ceciderit non habet
sublevantem Talis tamen mensa
altaris indignus fit mensa celesti
etiam indignus erit et cum domino hos
pitium negavit merito ei ianua
celestis regni clausa erit Sequitur
de peccato eorum qui dominum suscepturi
per peccatum mortale a se expellunt
Quorum peccati magnitudo potest ostendi
Primo per hoc quod vulgariter
dicitur Secunda turpis eicitur qui
non admittitur hospes Si enim
tamen peccatum est negare domino hospitium
manifestum est quod magnum peccatum est
eum iam susceptum ab hospitio ex
pellere Secundo quod talis similis vi
detur esse ei qui postquam ad
mensam domini comedit cum tradidit
cum hostilibus suis Tales enim
similes sunt iudeis qui in die que
dicitur dominica Ramis palmarum
Christum honorifice susceperunt et
postea eum contumelia magna ei
tenuerunt Sunt aliqui qui septe
septimanis per hospitium parant
postquam vero susceperunt eum nulla
ei reverentiam exhibent immo
contumelias ei inferunt quod eum
oportet inde exire. Gentiles ma
gnam reverentiam exhibent per
modo nullam Unde Ja. admiratus
dicit Secundo minime quam fructus
debetur Secunda minus reverentie tempore
resurrectionis exigit quam passionis
Tales etiam admodum iudeorum
Barrabam latronem filio dei
preposuerunt Filium enim dei a se

expelli et infernalem latronem
introduxerunt. expellunt hunc qui
eos protegit et introducunt eum qui
eos iugulat. Quantum autem deo
tale peccatum displiceat innuitur in
psalmo ubi dicit Quoniam si inimicus meus
maledixisset mihi sustinuissem
utique. et si is qui oderat me su-
per me magna locutus fuisset ab-
scondissem me forsitan ab eo. Tu
vero homo unanimis dux meus et no-
nota tus meus qui simul mecum dulces ca-
piebas cibos. in domo dei ambula-
vimus cum consensu. Et subditur
veniat mors super illos et descen-
dant in infernum viventes. De
vicio proprietatis in viris religi-
osis

Sequitur de vicio
proprietatis in viris religi-
osis ad cuius peccati detes-
tationem pessimum pone aliqua
exempla. Primum est in Genesi ubi
uxor loth post se respexit. que
vertitur in statuam salis. Sic
religiosus qui post se respicit ad
divitias huius mundi quas relinquere
contempsit. Statua est corporis
sine spiritu. unde claustralis tunc
statua efficitur quando solo corpore
in claustro conversatur corde vero
mundo. Statua vero similitudinem
habet hominis. et non homo sic talis
similitudinem habet monachi et
non est monachus. Secundum est
in Iosue cum prohibuit filiis israel
ne aliquis acciperet de anathemate
de iericho. Achor tamen tulit in
clamidem coccineam et regulam
auream et ducentos siclos argen-
ti. Iericho qui interpretatur luna
signat mundum istum qui muta-
bilis est ad modum lune. Qui
anathema debet esse inter clau-
stralibus. Sed sunt aliqui qui ana-
thema istud cum Achor furantur
dum pecuniam sibi prohibitam habere
volunt. In regula aurea intel-
ligitur proprietas interior scilicet sensus
et voluntas. Regula que directio
dicitur bene pertinet ad voluntatem
que habet regimen et imperium
in homine. pallium coccineum fu-
ratur claustralis quando aliquid
retinet de exteriori conversatione secularium
vel in habitu vel in tonsura. Prohibi-
cantem dictum pallium valde com-
muniter cum claustralibus valde bona
videtur conversatio secularium. Tria ergo
notabilia sunt in exemplo isto. Primum
est hoc quod dominus dixit filiis israel
Non ero ultra vobiscum donec con-
teratis eum qui huiusmodi sceleris
reus est. In quo innuitur quod dominus
quandoque contra totam [illegible]
batiam irata sit propter unum proprie-
tarium quem tollerant. Unde omnes
deberent prosequi illum quem sciunt
esse proprietarium. Secundum est ubi legitur
anathema in medio tui israel. non
poteris coram hostibus tuis stare
donec deleatur a te qui contaminatus
est hoc scelere. In quo illud innuitur
quod propter illud unum peccatum proprietatis
habet precipitandi diabolus claustra-
lem in multa alia peccata. Tertium
notabile est quod ea que Achor de
furto non profuerunt ei. nullum enim
lucrum inde habuit nisi peccatum et
penam peccati. In terra abscondit
ea et cum mortuus esset ea mani-
festavit. Sic proprietarii aliud lucrum
sepe non reportant de pecunia sua
nisi quod custodes eius sunt dum vi-
vunt et in morte manifestat. Quartum
est quod dixit Iosue quia conturbasti
nos conturbet te dominus hac die. In
quo innuitur quod propter turbationem
proprietarii non debet dimitti quin ei
proprium auferatur. Quintum est quod
lapidavit eum omnis israel et cuncta

que illius erant igne consumpta sunt. Igne intelligitur zelus quem debent habere claustrales contra illud vicium proprietatis et proprietarios quibus dilapidandi est proprietarius. ¶ Tercium exemplum est Machabeorum ubi iudas machabeus dedit quadam die ut tolleret corpora eorum qui prostrati fuerant in bello volens ponere ea in sepulcra patrum et invenerunt sub tunicis interfectorum donarios ydolorum a quibus lex prohibet iudeos omnibus manifestum est ob hanc causam corruisse eos. Si autem tales qui perfectionem non promiserunt deus morte punivit eos qui acceptaverunt donarios sub lege prohibitos quantum peccatum credendum est esse hec iniuria perfecti et quanta pena dignum. Quartum est exemplum in Anania et Saphira uxore eius qui fuit prima proprietarii qui propter peccatum illud morte subitanea interfecti sunt. Quintum est [illegible] de quodam ortulano qui omnia dabat elemosinas que de labore suo acquirebat preter victum. Tandem suggestum est ei ex inspiratione maligni spiritus ut colligeret aliquam pecuniam quam cum senesceret vel egrotaret posset expendere et fecit sic. Contigit autem eum infirmari in pede et expendit quidquid habuit in medicos et curari non potuit. Et cum tandem unus expertus medicus dedit dixit non posse eum curare nisi per pedis abscisionem. Et cum sequenti die medicus allaturus esset instrumenta sua ad pedem eius abscindendum nocte precedenti ortulanus penituit de nummis collectis quos non dederat eos pauperibus et statim angelus domini astitit dicens

Ubi sunt nummi quos collegisti ubi est spes quam tractasti qui cum peniteret angelus domini tetigit pedem eius et sanatus est. Unde beato mane veniens invenit ortulanum stantem in agro sanum et opera eius et glorificavit deum. ¶ Sextum est de quodam fratre qui renuncians seculo et sua dans pauperibus venit ad abbatem anthonium quedam tamen sibi retinuerat retinuerat. Cui cum comperisset anthonius dixit. Si vis monachus esse vade et compara tibi carnes et impone eas corpori tuo et sic veni ad me. Qui cum hoc fecisset tam canes quam aves propter carnes rapiendas corpus suum laceraverunt dentibus et unguibus et sic dilaceratum venit ad anthonium. Cui anthonius inquit. Qui mundo renunciavit seculo et vult adhuc habere pecunia sic a demonibus laceratur. ¶ Septimum est de quodam fratre qui reservavit sibi duos aureos et etiam in infirmitate penitencia ducta manifestavit eos Gregorio. Noluit tamen ei parcere gregorius in infirmitate qua infirmum et mortuum proiecit. Subtraxit enim ei in infirmitate visitacionem fratrum et post mortem voluit eum iacere multis diebus extra ecclesiasticam sepulturam exemplo suo docens prelatos. Et hic quantum zelum debent habere contra proprietarios. ¶ Octavum est inimitas patrum de quodam qui erat heremita in egipto cui dyabolus magnum thezaurum sub terra ostendit qui fuerat pharaonis cui ille respondit. Pecunia tua tecum sit in perditionem. In hoc exemplo dyabolus thezaurum illum ostendit heremite satis apparet quantum dyabolo placeat viros perfectos habere pecuniam et per consequens quantum deo displiceat. De stulticia proprietarii.

Quinto tandem notandum quod quatuor

stultitie sunt quibus videtur volunta-
te proprietarius. Prima est quod ipse valde
est stultus mercator. Similis est enim ho-
mini querenti bonas margaritas.
Inventa autem una preciosa marga-
rita dedit omnia bona sua et compa-
ravit eam. Religiosus vero margaritam
illam conculcavit et pro nichilo dedit.
Margarita ista deus est preciosa clau-
stralis dedit mundum totum et seipsum. Que
pro nichilo dedit quando aliquid de tem-
porali deum amittit. Quam margari-
tam non cessat emere ieiuniis oratio-
nibus et vigiliis. Cum tamen in tali sta-
tu cum nullo precio possit eam compa-
rare. Secunda stulticia est quando
deus eripuit eum de naufragio huius
seculi et quasi collocavit eum in loco
tuto scilicet in navi religionis. Ipse vero
furtive denarii aliquantulum in ma-
nu ponit in quo ipse se submergit et
accidit ei sicut barbari dixerunt
accidisse Paulo Actuum. Cum evasisset
de naufragio et adhesisset vipera ma-
nui eius utique homicida est homo hic
qui cum evaserit de mari ultio divina
non sinit eum vivere. Tercia stul-
ticia est quod cum ipse mortuus sit se-
culo tamen timet fame mori et
non solam vitam etiam deleat que-
re ipse tamen adeo cupidus est ut
sit efficiatur de morte ista legi-
timi spatium. Et tamen quidam se-
nator retulisse abbati Arsenio
magnam hereditatem et dilatum(?) est
ad eum testamentum, ait: Ego prius
mortuus sum quam ille qui (modo) nunc
mortuus est. Quomodo me fecit heredem
et remisit ei testamentum nichil re-
cipiens. Quarta stulticia est quod
ipse locum illum de quo declinavit
etiam homines seculares ne scelera
sua ibi committant ipse intrat ut ibi
malam vitam ducat. Et qui cavebat sibi a furto in seculo
in loco isto non timet furari. De
quo dicit Augustinus ait: Iste est quod
est quod dilectum ubi in Sodoma
fecit sceleris iniquum. Proprietarius
proditor est in deum et proximum. In

deum quia eum impugnat peccando
contra expressus. Vbi. Inimicos
quia fratres suos defraudat bonis
eorum que sibi appropriat. Est etiam
voti transgressor voluntariam enim
paupertatem vovit quam ipse corrupit
et fit apostata. Si enim apostata
iudicatur qui habitum deponit
cum paupertatis voluntaria magis
sit de substantia religionis quam
habitus exterior, potius est
iudicandus apostata iudicatis qui
voluntariam paupertatem ipse pro-
icit. Religionis iudicium magis
decet propter illum qui desivit
fundamentum religionis quod Christus
posuit quando doctrinam suam a
paupertate inchoavit dicens Beati
pauperes etc. De peccato lusorum
Ultimo loco inter species a-
varicie dicemus de peccato lusorum
ad detestationem huius peccati.
Primo potest facere multitudo et magni-
tudo peccatorum que in ludo accidunt. Est
ibi cupiditas que est radix om-
nium malorum. Vult enim spoliare proximum
suum rebus suis. Immo si posset eti-
am ipsa et bracas. Quod non faceret
sine delectationibus vel qui spoliant
peregrinos in nemoribus. Committi-
tur ibi etiam usura valde magna. Scilicet xx
pro xii denariis non in anno vel
in mense sed in eadem die. Ibi etiam
blasphematur deus et irritat lusor
se sollicitum fuisse cum iniquitate pro-
diderit. Sustinentur etiam sollempni-
tatibus propriis lusores qui intendunt
peccato suo non attendentes per legem
Numeri de illo qui colligebat ligna
in Sabbato morte moriatur iste
lapidibus obruat eum omnis populus.
Constat autem peius esse eum blas-
phemiis et periuriis ludere quam in Sab-
bato ligna colligere. Interdum etiam
huius lusor alium interficit primo o-
diendo vel primo verbo. Sequitur etiam
inde mala frequenter uxoris et familie
tote exheredatio filiorum et pro

situacio filiarum. Sinistrum etiam sequitur quia si talis filius est ludo sinistratur si posset exaltari. Post sinistrum sequitur suspendium. Et notandum quod multiplex est stultitia in ludo. Prima est quod ipse propriis manibus se consumit et perdit quem filius dei manibus crucifixoris redemit. Unde Ps. loquens in persona domini ad talem dicat Ego redemi te manibus crucifixoris et tu consumis te manibus aleis dedicat et est magna ingratitudo quod homo impugnat deum nulla parte corporis in qua pro amore suo dominus tantum dolorem sustinuit. Secunda stultitia est quod ipse ludit et iniuria celestis medici data est contra eum sententia mortis. Gen. 25 Ludebam ludendo currit ad mortem suam ego foris in platea et interfecto regalis cubiculi data est sententia mortis super me. Lusor ludendo currit ad mortem suam. Job Infantes eorum exultant ludis et subito ducunt in bonis dies suos et in puncto ad inferna descenderunt. Secundum quod nihil aliud tempus est presentis vite nisi cursus ad mortem quamvis in ludo perdidit diabolus tamen ibi non perdit. Tercia stultitia est quod lusor qui potuit facere opus ad propriam utilitatem et proximi edificationem et ad dei honorem ipse facit quod sibi est dampnosissimum et proximo inutilissimum. Ideo vero communiter dicitur servus est nequam et maledictus qui cum venerit dominus eius invenerit eum sic facientem. De tali servo legitur Mathei Si dixerit malus servus ille in corde suo moram facit dominus meus venire et ceperit percutere conservos suos manducet autem et bibet cum ebriosis veniet dominus servi illius die qua non sperat et hora qua ignorat. Morte enim subitanea moriuntur

tales. Et sciendum quod in puncto deus vindictam de lusoribus accipit quando deum ipse blasphemat proiectatur ad faciem. Quidam enim militi dum occasione ludi poculos dei intraret propius oculus ei decrepite exiliit et in alearum cecidit. Quidam etiam sagittarius dum debet valde iratus esset ob hoc quod in ludo perdidisset sagittam direxit versus celum quasi vellet se vindicare de deo. Sequenti vero die cum idem sagittarius sedit eadem hora ad ludum venit sagitta super alearum. Non solum debet timere aliquis ut ne ludat ipse sed etiam ne se ludentibus interserat ut legitur In Thobia Nunquam ludentibus me miscui neque cum hiis qui in levitate ambulant participem me prebui. Caveat etiam debet homo ne locet taxillos et lumina ad ludum necessaria vel alia huiusmodi. Sicut enim valde male reputatur qui alicui sceleratum gladium locaret unde aliquem sanctum virum occideret sic valde malus reputandus est qui alicui lusori locat taxillos ad deum blasphemandum et quasi crucifigendum. Ibi enim non videntur omnino esse innocentes qui in domibus propriis permittunt inferri contumelias deo infinitas et non prohibent cum possint. Nota quod occasio omnis avaricie est amor filiorum. Talibus ostendendum esset in predicatione quod si non esset amor secundum deum divitias filiis male congregare digno habemus exemplum. Erat quidam usurarius qui habebat duos filios quorum unus volebat succedere patri suo in male acquisitis. Alius est ergo heremita. Alius vero volens succedere patri suo remansit cum eo patre vero mortuo successit ei ut paulatim

tempus ipse etiam descendit. Cum ante
mutatum esset habitum et morte pre-
ueniretur, dolent valde credentes eos
dampnatos esse. et cum rogaret eo-
rum ut ei reuelaret ei statim coram
raptus est et in infimum directe fi-
lios ubique non inuenit. ad ultimum
peruenerunt de quodam puteo in flam-
mam primo pater et deinde frater
mordentes se et litigantes inuicem.
Pater dicens: maledictus sis fili quia
propter te sum in hiis tormentis. male
enim acquisiui multa propter nimiam
propter tui dilectionem ut heredem
te facerem meliorem bonorum. Cui respondit
filius cum gemitu: immo tu male-
dictus sis pater quia nisi praua
iniuste acquisiuisses non eam in-
iuste retinuissem nec dampnatus fuissem.

De prodigalitate

Post auariciam dicendum est de
prodigalitate que est ma-
gnum vicium sicut auaricia. Nam pro-
digalitas est largitas pessima.
Ergo prodigum a largo distinguere
in hoc quod prodigus sua non tribuit
secundum [illegible]. Cum tribus autem casibus vi-
detur aliquis rem suam velle per-
dere. Primo cum liquorem vasi
pleno superfundit. Secundo in vase
corrupto vel immundo ponit.
Tercio cum dat pro nichilo. His tri-
bus modis pessime dicitur quod perdit
sua prodigus. quasi enim ex pleno
vasi superinfundit quando dat
ea diuitibus. Unde prouerbium:
habentibus dare nichil aliud
nisi perdere. Ideo monet dominus
in euangelio pauperibus dicens: Cum
facis conuiuium voca pauperes
debiles et claudos. Et beata uirgo
dicit: Esurientes impleuit bonis
et diuites dimisit inanes. Et
Dauid: Pauperes eius saturabo
panibus. Prodigus etiam qua-
si vasi corrupto infundit sua

quando dat ea inhonestis personis.
Ieronimus: Paria sunt histrionibus dare
et demonibus sacrificare. Eccle-
siasticus: Benefac humili et ne de-
deris impio. Prodigus etiam rem suam
pro nichilo dat quando eam pro
vana gloria dat que nichil est
in valore. Unde dominus: Si ego
glorifico me ipsum gloria mea ni-
chil est. Stulticia prodigi ponitur
in hoc quod ipse contra rationem et modo
suo vult multum largiri. Non at-
tendens illud Thobie: Si modicum
fuerit tibi etiam modicum impartire
libenter stude. Illud ornamentum
est ut qui modicum habet modicum
tribuat. Et bona voluntas suppleat
modicitatem muneris. Gregorius:
Non est vacua manus a munere
si archa cordis plena sit bona
voluntate. Abstinere a prodigalitate
deberent nos clericos [illegible].
Certum est quod bona ecclesiastica
bona pauperum sunt sicut manife-
stum esse potest ex verbis sanctorum
que sequuntur. Ieronimus: Quicquid habent
clerici pauperum sunt. quod de bonis
ecclesie intelligimus. Item maxi-
mum periculum est clericis quod volunt
de patrimonio Christi dare parentibus.
Id timent sacrilegium esse dinoscuntur
res pauperum non pauperibus dare.
Item clamant nudi clamant fa-
melici et conqueruntur quod defe-
runt tot mutatoria vestimentorum
vel ornamenta nuptibus nuptiatis
vel plurima in [illegible]. Nostrum
est quod effunditis. et nos dei
plasmatio et nos sanguine eius
redempti sumus. Vos ergo fratres
nostri videte que sic de patrimonio
portione pascere consultos modo
nimis necessitatibus detrahit qui
tantum attendit vestibus [illegible]
dus valde periculosa est rapina quam
tales faciunt duplici de causa

Primo quia non cognoscitur unde
accidit quod multi eam non confi
tentur. et si confitentur aliqui sim
plices confessores non dicunt eis ut
restituant pauperibus ea iniquitis
defraudaverunt eos si patrimonium habent
unde restituere possint contra caritatis
si quis dampnificatus fuit dimittere unum
iniquitatis solidis nisi confiteretur et
haberet propositum tenendi debitum
et restituere posse suo aliter faceret
sibi non valeret penitentiam. Ille
vero qui pauperes dampnificavit
in quinque quartis nec amplius in
chil tale fecit. et tamen credit
se agere penitentiam veram. Secundo
periculosa est. quia multum impedit
hominem a salute. Si ille qui
habet de bona Ecclesiastica pauperibus
portionem suam redderet fideliter con
tentus victu et vestitu vix accideret
quin ipse ad salutem perveniret.
Quomodo enim gratia dei illi largita
non esset gratiam suam illi lar
giendo qui sibi largus est pau
peribus sibi nemo. Unde Augustinus
Sunt rivus et fons scaturitur
misericordia enim dominum velut fons
est a quo rivus fluit. Unde Ambrosius
super illud verbum apostoli pietas ad
omnia utilis est dicit. Qui pietate
fungitur si lubricum carnis patitur
vapulabit quidem sed non peribit
quod intelligendum est de illo qui
confidens de elemosinis suis iudicio
sanitur et dimittit peccare. Talis
enim utitur elemosinis suis ad
dei impugnationem. unde dignus non
est peccatorum suorum remissione sed et
ita dampnatione. Sed de illo in
telligendum est hoc qui videns
in continentia sua elemosinas

facit ut gratia dei gratia sibi con
ferat ut continere possit se talis
frequenter ad bonum finem venit.
Unde Ieronimus Non memini me ma
la morte interiisse quorum qui
liberalem ante mortem duxerit
vitam. De illis vero qui de bonis
ecclesiasticis pauperes defraudant non
est mirum si peccant et defrauda
Quomodo gratia dei dabit illis
gratiam quare continere possint qui
bona dei pauperis volunt prodige in
effundere quam deo in pauperibus da
re et hominibus. Non solum largi
sunt sed etiam prodigi. deo vero
avari sunt. et de bonis ipsius que
subtrahunt ori dei ea ponunt in
ore dyaboli. Cum enim sit malus
servus dyaboli. et os eorum mem
bra dyaboli sunt. Tales homines
sunt oves dyaboli. quas tondet
dominus eorum singulis annis quia
vestes quas ipsi deponunt dant me
bris dyaboli. i. hystrionibus et
aliis lecatoribus. Et non solum pe
riculosa est rapina ista sed etiam
ignominiosa. Ignominia ma
gna erit in die iudicii. quando pau
peres conquerentur uno dicente iste
abstulit michi unum prandium
alio dicente iste abstulit michi unum
denarium vel aliud. Bona clericorum
frequenter a pauperibus oblata fuerunt
et eorum sanguine comparata. Unde
incongruum est clericos pauperum
superflua convivia facere. Iudicium
autem unius prodigi clericus
comprendit quod multi pauperes
perierunt quod proprio ori subtraxe
runt et aliquibus posuit ibi unum
denarium quem cui altera non remane
sit. Similiter est incongruum

que sanguine xpi empta sunt
superflue expendere ab hoc vicio debet
eos cohibere consideracio districti iu
dicii. Si enim ex illo verbo Esuriui
et non dedistis michi manducare
maledicitur est dominus impiis dicens
Ite maledicti in ignem eternum quanto
magis maledicitur est prelatis dispensatoribus qui
non solum xpo esurienti abstulerunt
esurienti dederunt manducare sed
eciam xpo esurienti abstulerunt quod
debebat manducare. De peccato

accidie

Post peccatum
avaricie dicendum est de
peccato accidie quia pigricia
interdum de avaricia sequitur. Un
de dicit Dicens ille cum agri uber
tas attulit fructibus anima habebis
multa reposita in annos plurimos
epulare et requiesce. Dicemus autem
hoc ordine de vicio isto primo ponemus
ea que sunt ad detestacionem huius
vicii videlicet diversa exempla. Et
possumus primo accipere exempla a cre
aturis que non habent sensum nec
vitam nec racionem. Sicut a sole
cui precepit dominus ut singulis die
bus ab oriente usque ad occidentem
veniat et singulis noctibus rever
tatur ad orientem et numquam preterit
sol preceptum illud non pigritatur
nec die nec nocte nec estate nec
hyeme implere hoc preceptum.
Quilibet autem laborat una die nichilo
minus summo mane surgit sequenti
die et tamen non expectat talem
remuneracionem sui laboris vel talem
penam sue negligencie qualem
homo. Ad hoc videtur respectum
habuisse Augustinus cum dixit In
decens est xpiano si radius solis
inveniat eum in lecto possit enim
dicere sol si potestatem loquendi ha
beret amplius laboravi hodie quam
tu et tamen cum ego iam surre
xerim tu ad huc dormis. Possumus
eciam ad detestacionem accidie accipere
a rebus que cotidie nascuntur. Videmus
enim herbas et arbores que nimio
labore excrescunt ad quantitatem mag
nam in yeme. Habent enim tot ad
versancia sibi in yeme laborem
suum auferunt et alia eciam inte
gracia singulis annis auferunt
ei flores et fructus et frondes et
tamen nichilominus inveniunt oppor
tunitate operandi operantur. Si enim
videret nuditatem eorum in yeme
homo qui crederet quod tanta amenita
te videri possent in estate nisi eadem
alias vidisset qui videret quam parva
sit arbor nucis in sui inicio vix
crederet quod ad tantam magnitudi
nem pervenire deberet nisi similem
alias vidisset. Non debet ergo pigri
tari homo nec diffidere etsi defectum
bonorum in se videat. Licet si aliqua
sibi restituunt plus enim potest homo
quam credat. Tali exemplo vtitur
dominus Mat. dicens. Considerate
lilia agri quomodo crescunt non labo
rant neque nent et subditur Di
co autem vobis quod nec Salomon
in omni gloria sua coopertus est sic
ut unum ex istis. Tercio exemplo (Pro. 6)
vtitur Salomon dicens Vade ad
formicam o piger et considera
vias eius et disce sapienciam que
cum non habeat ducem nec pre
ceptorem parat estate cibum sibi
congregat in messe quod comedat
et sunt quatuor attendenda in hoc
exemplo. Primum parvitas quam
exprimit Salomon homini quasi
magistra multum enim potest confu
sio homini qui videt se tam parve
creature quam [illegible] pub [illegible] potest
[illegible] multum ornari
deberet addiscendum sicut accidit

in scolis quando aliquis magnus cum puero loquitur coequando se in beneficentia eius ut magis addiscat ad hoc pt referri quod dicit Greg. ymulat ab angelis qualibus trahere modo erubescere ut homo quod tam parvum animal melius moriatur sit quam ipse. Secundum attendendum est quod dicitur consideravi vias eius et non viam vias meas disturbo quos facit quaerendo escas. plures enim in die va cant ad acquirendum formicarum un satis possent erubescere illi homines qui semel in septimana gravantur venire ad sermonem quaerentes animae suae cibum. Tertio attendendum est quod formica in hoc ope non habet hominem ducem cuius exemplum sequatur nec preceptorem cum verbis ad hoc cogatur nec principem a quo eius negligentia corrigatur homo tamen ista omnia habet. Quarto attendendum est quod formica adeo se onerat frumento quod interdum ipsa minor videtur esse grano. Honore magno satis possunt confundi illi qui a servitute recedunt vacui nec unum librum secum portantes potest etiam valere ad detestationem accidie. Exemplum horum quia amat nimium. Si enim respiciamus quos ex quanti laboribus et cottidianis tribulationibus eternam vitam meruerant satis possimus confundi quos adeo pigri sumus pro pretioso regno laborare. Venia nobis dus et mentem vincamus et obedientie negligentiam. Legitur in vitis patrum de quodam sancto patre qui cum vidisset ornatam quandam mulierem flens ait Ignosce mihi quia superbos deus quod unius diei meretricis hominis ornatus superavit totius vite mee industrie ornamenta. Et abbas Pastor vidit mulierem in aliquo tugurio ad quam de hemo descendat

flevit et interrogantibus cum flevisset sic ait Domine remittere me monuit una de illius perditione alia quia non habeo tale studium placendi deo quale ista habet ut placeat hominibus. Ad detestationem vero possunt valere exempla proborum ut David qui ait Pauper sum ego et in laboribus a iuventute mea. De Augustino dicit quod se plenis omnibus laboravit. Et de Christo legitur quod fatigatus ex itinere sedit super fontem. et in multis aliis locis ewangelii legitur de labore eius Luce 18. Memor vivendo memor ero laborum quos Christus sustinuit in fatigando predicando comminando disputando temptationum in ieiunando vigilando orando lacrimando compatiendo. Fecit dolor etiam laborem et dolorum et contumeliarum sputorum colaphorum et clavorum et horum similium. alioquin reprimetur sanguis eius qui effusus est super terram. Quedam etiam vidua moriens accusabat se per luit in camisia sibi data dicens Nobilior quidem in camisia elaborata proprius laboribus meis manibus et non alienis. Tertio potest valere ad detestationem avaritie accidie. Si consideratur quantum hec peccatum deo displicet quod potest ondi primo capitulo ibi Apoc. Utinam frigidus esses aut calidus sed quia tepidus es evomam te. Glo. in. Calidus est qui fervens ad bonum. Frigidus qui desistit a bono. Tepidus vero qui medio modo se habet et dicit in glo. Quia maior spes est de frigido quam de tepido. Cuius rei hec est causa. quia tepidi quandam fiduciam et securitatem accipiunt ex hoc quod aliquid boni agunt et ideo se non corrigunt. Tepidus

Uerbo oris dei euomuntur quia predica
tores in quibus deus loquitur de
consortio sanctorum remouentur per
excommunicationem vel tunc tepidus
euomitur quando in deteriora preci
pitatur et impenitens moritur. Item
accidia deo multum displicet propter
quod dicit per hoc quod legitur Luce xv
dico gaudium est angelis dei super
uno peccatore penitentiam agente
quam super nonaginta iustis qui non
indigent penitentia. Et exponit
Gregorius de iustis illis qui desidi
ose se habent et de peccatore feruente
ad penitentiam. Unde dominus feruentem
peccatorem nonaginta iustis accidiosis
preponit sicut dux in prelio plus diligit
militem qui post fugam versus ho
stes fortiter premit quam eum qui
numquam fugit nec umquam aliquid
viriliter agit. Plus amatur ager qui
post spinas et tribulos fructus
uberes facit quam ille qui numquam
tribulos fecit tulit et semper sterilis
permanet. Hoc vicium dyabolo multum
placet quia accidiosi sunt quasi hos
picium in quo dyabolus requiescit.
Unde Job dicitur: Insertis thala
mo dormit. Thalamus qui vacuus
est signat hominem vacantem et
ociosum in quo dyabolus requies
cit et dormit. Homini etiam multum
nocet quia pauperem facit eum. Unde
Prover. Qui operabitur terram suam
saturabitur panibus. Qui autem
sectatur ocium replebitur egesta
te. Homo in presenti vita similis est
illi qui est in flumine impetuoso
qui in uno loco stare non potest et
nisi ad summa tendatur ad yma
labitur. Unde Prover. In viam vite
non progredi est regredi. Homo
similis est castro oppugnato duobus modis
quos ille qui committit totum amit
tit. Alius enim paulatim aufert ab

eis simul sit spiritus remissus sunt
tardo quia ad ipsum eum concupiscat cot
tidie ab eo acquirit super spiritum. Unde
Prover. Manus fortium dominabitur
que autem remissa est tributis seruiet.
Pannus candidissimus niger efficitur
unde frequenter lauari oportet sic
nisi homo frequenter se lauet a sordibus
spiritualibus illis replebitur. Neglige
ntia igitur et accidia replent hominem
malis culpe. Homo ad modum vinee
purificatione indiget et non semel
tantum sed frequenter sicut ostendit
Ber. super illud putationis tempus
aduenit dicens. Quis ita ad vn
guem ascendit omnia resecauit superflua
ut nihil se habere putet dignum
putatione. Credite mihi et puta
ta repullulant et fugata redeunt
et reaccenduntur extincta. Parum
esset ergo semel putasse. Sepe
putandum est immo si fieri posset
semper. Sequitur videre quomodo
accidia aufert bona hominis ad quod
ostendendum ad dictum est quod legitur
Mathei de seruo pigro. Tollite
ab eo talentum et date qui habet
decem talenta. Omni enim habenti
dabitur. Et qui non habet etiam
studium uel voluntatem operandi sepe
aufertur facultas. Iusto enim iu
dicio fit ut ille qui non habet vo
luntatem bene operandi cum possit
postea etiam cum velit non possit.
Mathei xi. Quod regnum celorum vim
patitur et vi rapitur. Illud ubi dicit
glo. Grandis violentia est in terra
nasci et celum capere et habere per
virtutem quod per naturam non possu
mus. Non est verisimile quod acci
diosus talem violentiam deo celi
faciat. Accidiosus adeo lente me
dit gloriam suam in celo amittat.

De hiis que debent hominem mo
uere ad operis conseruationem

Est si nullum dampnum aliud faceret accidia homini nisi de temporis amissione satis dampnificaret hominem. Quamvis multi sunt qui dampnum illud non reputant. Quod agemus de hiis que debent movere hominem ad temporis conservacionem et sunt quinque que ad hoc valent. Primum verba sacre scripture ut est illud Eccli. Fili conserva tempus et devita a malo. Et Prover. Fili ne des alienis honorem tuum. et annos tuos crudeli ne forte impleantur extranei viribus tuis. Fatuus est qui rem ita preciosam sicut est tempus dat hosti suo crudeli exponendo illud in servicio demonum. Secundo ipsa natura temporis. Tempus enim breve est et velociter transiens et postquam transierit recuperari non poterit. Ad primum pertinet quod legitur in Job. Breves dies hominis sunt. et debemus intelligere brevitatem istam etiam vite tue. debemus providere isto tempore. De velocitate loquitur Job. Dies mei velocius transierunt quam a texente tela. et dies mei velociores cursore fuerunt. Et Seneca. Infinita est velocitas temporis. in puncto est quod minimum et in puncto non minimus. De irrevocatione dicit Bernardus. Non parvum estimes tempus quod in sanctis et dictis expenditur ociosis. Volat enim irrevocabile verbum. volat enim tempus irrevocabile. nec advertit insipiens quid amittit. Tercio potest valere ad hoc preciositas temporis. Unde Bernardus. Nichil preciosius tempore. Heu nichil hodie vilius reputatur. Videtur ante temporis preciositas duplex. Primo per hoc quod taliter est locus in quo plus amaretur una hora ad agendum penitenciam quam tanta massa auri quanta est totus mundus. locus autem infernus est. Secundo potest ostendi ex hoc quod in una hora temporis potest homo promereri dei inmissionem eterne vite et peccatorum suorum remissionem. dei graciam et eternam gloriam. Quarto potest valere ad hoc si consideremus nos esse debitores tocius temporis nostri. nec debemus etiam illud soli creatori nostro sed pluribus. Fatuus autem est qui multis debit obligatus est. si prodigus expendit debita necessaria. Ostendit nobis Bernardus dicens. Ut si cognosceres quam multa debeas. et quam multis indiges. quomodo ... est quod facis. Primo christo debet omnem vitam tuam. quia ipse pro tua posuit suam. Secundo exigunt peccata peccata mea ut faciam dignos fructus penitencie et recogitem omnes annos meos in amaritudine anime mee. Tercius est tuum debitorem ... que eam vendidit sibi precio quod debes debitores gloriam quam oculus non vidit. Nonne hoc ad emendum totum debemus. Et quidquid peticionis tibi oportebit. Et tamen omnia complentibus non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam que revelabitur in nobis. Quarto debitori debes quod es totum cuius totum habes. qui et fecit te et bene fecit tibi et cuncta omnia sciat. Cui hoc commissum debemus quod debes. Quinto debet hominem movere ad temporis conservacionem hoc quod oportebit ... districte de illo reddere racionem totum debes. Omne enim tempus tibi impensum requiret qualiter sit expensum ut dicit Bernardus. Et sicut capillus non perit de capite ita nec momentum perit de tempore. Unde Treno. Vocavit adversum me tempus ut contereret electos meos. Preter predicta requirentur alia que possunt valere ad detestacionem accidie. Prima quod ipsa inquinat pulcriorem partem ecclesie scilicet viros contemplativos et est mirum quod

illi sunt magis accidiosi qui minus deberent esse. viri enim contemplativi quorum esset currere non solum sed volare ut aves. sunt admodum testudinum lentissime incedentes un necesse habent semper orare exemplo David dicentis: Quis dabit michi pennas sicut columbe et volabo et requiescam. Secundum est quod in quomodo detinetur captus accidiosus. Non enim ligatus est ferreis vinculis nec stupeis sed potius in illis. Sola enim desidia detinetur nec habet carcerem aliquem quo claudatur nec custodes quibus custodiatur. videtur autem homini pigro quod mille modis effugere possit de manibus dyaboli et si comitatur ad eum quod statim deberet mori. et tamen videt eos dentibus dure et pulcriores esse qui ad eum conveniunt. Unde prover. Pigri ait leo est foris in medio platearum occidendus sum. [illegible]dia invenit mollities que est quedam culcitra in qua dyabolus requiescat in homine. adequatam infirmam convenientem. Sunt hii qui sunt molles infirmati. Deutro. ubi sic legitur: homo delicatus vite et luxuriosus valde invidebit fratri suo et uxori que cubat in sinu suo. Ut ei det de carnibus filiorum suorum quos comedet eo quod nichil habeat. et cetera paulo post: Tenera mulier et delicata que super terram ingredi non valebit nec vestigium pedis figere propter mollitiem et teneritudinem nimiam invidebit viro suo qui cubat in sinu suo super filii et filie carnibus. Quintum remedium contra mollitiem est ignis compunctionis qui lutea consolidat. Sic mollicies sequitur compunctionem [illegible] Judeus est christiano si [illegible] solis inveniat cum phylacterio suo. a sompno debet tolli [illegible]

sompnium quod in scriptura legitur evenisse de sompno. Primum est de Holoferne quem Judith occidit. Secundum est de Sisara qui cum lac bibisset obdormivit et [illegible] est a Iahel clavo in cerebro eius infixo. Tertium est de Sampsone quem Dalida obdormire facit super genua sua et rasis vii crinibus capitis eius quod occulatum est. Quartum est de quodam adolescente nomine Euticio. Hic enim disputante Paulo gravi ingravatur sompno cecidit de cenaculo deorsum et sublatus est mortuus. Expedito de ociositate

Sequitur de inicio ociositatis. Stultus est qui ocium diligit. Unde Salomon: Qui operabitur terram suam saciabitur panis qui autem sectabitur ocium stultissimus est. Prima stulticia est quod locum dyabolo facit contra illud apostoli: Nolite locum dare dyabolo. Unde videtur dyaboli societatem amare. Apud hominem occupatum non habet dyabolus locum ubi possit habere ut dicit Iero. dicat Io. Semper aliquid boni operis facito ut dyabolus te inveniat occupatum. Ad hoc vero quod aliquis dyabolo in se locum facit. Iam omni loco indignus fit nisi in inferno. Proprius locus ociosi est infernus sicut et dyaboli. [illegible] ita fit per quod constat autem quod ociosus in celo non rapitur. Celum enim merces operum est tantum qui operati fuerint. Unde Math. Voca operarios et redde illis mercedem suam. Imparadisum etiam terrestri non recipietur. Unde Gen. Tulit dominus deus hominem et posuit illum in paradisum voluptatis ut operaretur etc. In purgatorio etiam non sunt [illegible]

in proverbio. In labore hominum non sunt et cum iustis non flagellabuntur. Ergo cum hominibus non impingentur neque cum demonibus in inferno. Ociosus etiam indignus est esse in mundo isto. Unde luce xiii dicitur de ficulnea sterili. Succide eam ut quid etiam terram occupat. Relinquitur ergo quod solo inferno digni sunt ociosi. Ociosi in tempore gratie multum reprehenduntur in ewangelio ubi dicitur. Quid hic statis ociosi tota die. Et possunt super hoc quattuor assignari. Prima est quia dominus dedit nobis iam formam et exemplum laborandi. Unde apostolus Exinanivit semetipsum formam servi accipiens. Magna superbia esset si vellet quiescere servus ex quo laboraret dominus. Unde Non est discipulus super magistrum nec servus super dominum suum. Secunda est quia nos qui sumus tempore gratie sumus empticii. Unde magis tenemur ad laborem. Unde apostolus Empti enim estis precio magno. Tertia est quia melior merces nobis promittitur. Iudeis enim promittebatur terra, nobis promittitur celum. Unde Penitenciam agite appropinquabit regnum celorum. Quarta causa est quia etsi spiritualibus qui erant in veteri lege promittebatur regnum celorum sub figura terre promissionis tamen multum differebatur eis. Non enim acceperunt mercedem suam nisi post passionem Christi. Primus ergo erat eis longa via ad paradisum quando prius oportebat eos ire ad inferni limbum. Sed modo in uno momento lucratur aliquis paradisum ut cum post baptismum decedit, vel post tantam contritionem que sufficiat ad lotionem culpe et pene. Ido 23'

in persona eius. Labor meus vix est unius hore et si amplius est pre amore non sentio. Unde luce Exiit dominus servus hora cene dicere invitatis ut venirent quia parata sunt omnia. Hora cene est tempus gratie in quo omnia sunt parata quia nichil amplius necesse est ad hoc ut aliquis ad eternam cenam introducatur nisi quod manus suas lavit id est peccata purgata sint. Sequitur de mora dilationis que multum hominibus nocet scilicet dilatio conversionis et dilatio confessionis. Unde Ecclesiastico Fili peccasti non adicias iterum sed de preteritis deprecare ut tibi dimittantur. Item Non tardes converti ad dominum et ne differas de die in diem. Subito enim veniet ira domini et in tempore vindicte disperdet te. Differebam de die in diem inter manus et non differebam in memetipsum amori. Dominus stat ad ostium domus peccatoris et pulsat. Unde Apoc. Ecce ego sto ad hostium peccatoris domus et pulso. Filii audite vocem meam et aperite michi et introibo ad eum. Sunt autem duo que impediunt ne dominus intret ad peccatorem. Primum est quod peccator habet oculum ad leta et ad presencia cum potius deberet habere ad tristia scilicet pericula que sibi imminent. Exemplum habemus de hoc in civitate Ierusalem que oculum habebat ad leta unde gaudebat cum deus fleret super. Unde luce Videns civitatem flevit super eam dicens quia si cognovisses et tu. Supple utique fleres. Secundum quod impedit est ne deus intret ad peccatorem est procrastinatio que velud corvus in sublimi dicat deo pulsanti ad hostium Cras cras. Fuerunt autem ista procrastinatio de hoc

quod peccator promittit sibi longam vitam
unde Ecclesiasticus. Repromissio nequissima
multos fallit. Talis repromissio
non solum est nequam sed nequior
et nequissima. Nequam vero
quia sibi usurpat peccator hoc quod
proprium est dei scilicet de futuro tempore
disponere. unde Actuum primo. Non est
vestrum nosse tempora vel momen
ta que pater posuit in sua pote
state. Nequior vero repromissio
est ista quia cum tempus infiniti
valoris sibi datum est faciliter
expendit ad hoc tamen promittit
quod deus multum temporis sit sibi
daturus. Tales debent advertere hoc
quod dominus tempore Noe vere reci
dit de tempore penitencie promisso
hominibus secundum Strabum viginti
annis eo quod videbat quod homines pe
nitere nolebant. Si vero deus
tempus penitentibus abstulit quid
faciet de hiis quibus multum
tempus promisit. Nequissima vero
est ista repromissio quia talis no
tum tempus sibi datum perdit immo
et irrecuperabiliter dei quod perinde dis
ponit quia ergo sponte perdunt
quod deus qui illius tempus nega
vit sibi longam vitam debeat
concedere. Sex sunt que movent
hominem ad confessionem.

Sex vero sunt que monere
debent homines ad accele
randum confessionem. ¶
Primum est mors hore incertitudo. unde
Luce. Et vos estote parati quia
qua hora non putatis filius hominis
veniet. Et Math. Veniet dominus servi
illius qua non sperat et hora
qua ignorat. Et Ecclesiastes. Nes
cit homo finem suum. sed sicut pis
ces capiuntur hamo et sicut aves
comprehenduntur laqueo sic capiuntur
homines tempore malo. Seneca. Nes
cis quo loco mors te expectat
ideo tu eam in omni loco expec
ta. Cum nescit homo quo loco
debeat ei occurrere. nesciat quo
loco debeat eum mors expectare
ideo in omni loco homo debet eam
expectare. Seneca. Iuvenes mor
tem habent a tergo. Senes ante
oculos. Et licet id non videatur
quod a tergo nichilominus tamen no
cere potest et etiam amplius quam
quod ante oculos est. Sic mors ti
menda tam iuvenibus quam se
nibus licet ipsi non advertant.
Hoc etiam movere debet homines
ad accelerandam confessionem quod
multi defuncti sunt qui bene pro
ponebant se quandoque facturos
penitenciam sed preoccupati non fece
runt nec deinceps unquam facient
¶ Secundo debet hominem movere ad
acceleratam confitendi bonum quod
venit inde. unde Trenorum. Bonum
est viro cum portaverit iugum ab
adolescencia sua. ¶ Primum bonum
est quod graciam summam exhibent deo qui
cito ad eum convertuntur. Illi enim quod
primo et optimo erat sue flore
et vigorem deo offerunt. qui au
tem tarde convertuntur quasi feces deo
sunt qui tunc offerunt ac de fe
cibus calicis iam domini bibitam
sunt. Iuxta illud Psalmi. Fex eius
non est exinanita bibent omnes
peccatores terre. Isti de vita sua
offerunt quod est melius et pulcrius
dyabolo vel mundo tamquam duo
reliquias vero volunt deo [illegible]
illud de quo mundus non curat cum
tamen ea optima et electa de
bent esse. unde Ecclesiasticus. Fili si habes
bene fac et dignas deo oblaci
ones offer. Et Numeri. Omnia que
offertis et in donariis et de decimis

Domini separabitis optima et electa
erunt Dicit illi qui quod deterius est
offert deo dicit dominus in malachia
offer illud duci tuo si placuerit ei
et si susceperit faciem tuam Et infra
maledictus habenti gregem mas
culum et votum faciens immolat
domino debile quia rex magnus
est dicit dominus exercituum Secundum
bonum est quod homo moritur qui in
fine penitet Unde Augustinus Si quis
positus in ultima necessitate vo
luerit penitentiam accipere et accipit
et hinc vadit. Fateor vobis non ei
negandum quod petit. Sed non presumimus
penitentiam dicere pessimam. Securitate
vero non. Numquid dico dampnabitur
Sed non dico liberabitur. Vis igitur
a dubio liberari age penitentiam
dum sanus es. Si sic agis dico tibi
quod securus es. Ideo quia penitentiam
egisti eo tempore quo peccare non
potuisti Si vis agere penitentiam
dum peccare non potes peccata dimi
serunt te non tu illa Augustinus Dies
tuus aut ignoscitur aut non ignos
citur Unde hora tibi futura sit
nescio Tene certum et dimitte in
certum Tercium bonum est quod
ignis purgatorii evitatur licet
ille qui convertitur salvetur sic tamen
salvus erit quasi per ignem Quar
tum bonum est quod premium magnum
recipiet. quia deus melius remu
nerabit eos qui sibi diucius ser
vierunt in domo enim eius mansio
nes multe sunt Tercium quod debet
hominem movere ad accelerationem
conversationis est periculum male con
suetudinis de quo Job Ossa eius
implebuntur viciis adolescencie
sue et cum hiis dormient. Vicia
adolescencie si perseveraverint in
hiis homo similia sunt gutte que
ossa subintrant et inveterantur

Unde talia vicia non relinquent ho
minem dum vivit Proverbiorum Adolescens
iuxta viam suam gradietur cum se
nuerit non recedet ab ea Narrat hi
storia quod alexander magnus curare
non potuit moribus et magistri leo
nidis pedagogi sui et viciis quibus
puer fuerat infectus et Ieremias Si mu
tare potest ethiops pellem suam et
pardus varietatem suam et vos po
testis bene facere cum didiceritis malum
Unde dicitur quod consuetudo altera natura
est Sed Augustinus Dum consuetudini
non resistitur fit necessitas. Quantum
sit periculum male consuetudinis osten
dit nobis Glossa super actus ubi petrus
in prima negacione dicit nescio
quid dicis Secunda cum iuramento
negat Tercia detestatur et iurat
quod non novit hominem perseverans in
peccato dicit ibi Glossa Augustinus Dat incre
mentum scelerum et qui minima spernit
cadit in maiora. Ad idem periculum
ostendendum valet quod legitur de laza
ro Lazarus enim figuram tenet il
lorum qui sunt in peccato consuetu
dinis De quo dicit Martha Domine
iam fetet lapis etiam erat ei super
positus ligatus enim erat manibus
et pedibus institis et facies eius
velata erat. velata sudario. Ista
quatuor spiritualiter reperiuntur in homine
qui est in peccato consuetudinis
Oratiua eius corporis quasi arido
corrupto est ut ei sapiant que
debuerunt displicere et displi
ciant que deberent ei sapere
Unde fetidi sunt coram deo et
angelis suis eius sicut angelus
corpora corrupta ferunt homines
Unde homines in peccato corrupti
sunt et abhominabiles facti
sunt in iniquitatibus Non est qui
faciat bonum Minus tarde ab
hibetur sal quam hominibus qui

sunt in peto consuetudinis sicut carnes
iam tarde sale condiuntur cum iam pu
truerunt vermes scatentibus homo etiam
qui est in pcto consuetudinis habet val
de magnum lapidem sup se s. malam
consuetudinem vnde dicit Aug' et
domine ymo sup eum lapis est cla
mauit quia difficile est enim surgere
quem male consuetudinis moles p
mit manibus ante et pedes talis ht
ligatas insitis propter magna diffi
cultatem ad bene operandum qui m
vnde Aug' Eram ligatus non ferro a
lieno s mea ferrea voluntate suspirio
quia ex eo quod diu in tenebris peccatorum
fuit spiritualem amisit visum homo
pctis assuetus est quasi equus effrenis
qui e in cursu nec de facili pt teneri
vnde Jer' Nullus e qui penitentiam a
gat sup pcto suo dicens quid feci sed
omnes conuersi sunt ad cursum suum
quasi equus in impetu vnde ad plin
in quato ptculo sit talis ostenditur in
ps' mo Fiat via illorum tenebre et lu
bricum et angelus domini persequens
eos cum e si non cadit qui p
viam tenebrosam et lubricam ince
dit et precipitem et incessanter impel
litur a forti tempestate cum ipse sit
debilis Talis pt dicere Domine
vim patior vnde pme prem etiam
est consuetudinis velud languor
inueteratus qui non de facili curatur
legitur quod discipuli non potuerunt
expellere malignum spiritum a quodam
in quo fuerat ab infantia et ba
silius dicit Et sicut maturam lun
guam uix qui deriste pt sic nec
longam ptti consuetudinem Tan
ta e vis consuetudinis ut quod ho
quandoque consueuit facere vigilans
quandoque facit dormiens et quod con
sueuit facere viuens quandoque facit
moriens ut Vnde refertur de quodam

mercato cui debebantur xiij libre
ad tres annos soluende qui cum la
boraret in extremis et amoneretur
esset ad confitendum et ut eukaristiam
sumeret nichil aliud po
terant ab eo extrahere nisi tredecim
libras et tres annos et sic loquens
expirauit Certo debet hominem
mouere ad accelerationem confessionis
hoc quod homo circa mortem multa
ht impedimenta s. infirmitatem sollici
tudinem de dispositione domus sue
que non permittunt hominem cogitare
de anima sua vnde Jero Dum in
firmitate opprimeris aliud nichil
cogitare potes quam illud quod
sentis Et Aug' mors vrget pecca
tum vxor et filij quos amat
nectunt et in istum e aliquo contemp
natur moriens qui eum contempsit
viuens vnde Ysa' ve qui semp spernis
nonne et ipse sperneris Et Cri
sostomus hac animaduersione pcu
titur impius ut moriens obliuiscatur
sui qui dum viueret oblitus e dei
Difficile committitur qui differt vs
que ad mortem quia tunc dyabolus
impugnat hominem magis suos
si tunc amiserit omnes detectos non
recuperabit vnde Gen' dicitur Ser
penti tu insidiaberis calcaneo eius
In calcaneo qui e extremitas pedis
hominis intelligitur finis vite ma
xime dyabolus insidiatur Tunc
enim summum studium et laborem ap
ponit ut hominem deuincat Inde
dum pro omnibus ante mortem
prendit dyabolus unde hominem deci
piat in morte facit enim hominem
aliquid iniuste acquirere quod in morte
non vult restituere vnde e ma
gna homini fatuitas quod tepe ita p
sumit in morte conuitant et quod
dyabolum tunc debuitant qui

melius est preparatus ad plenum. Simi
les videntur esse illi qui ludentes scac
cos et parum sciens de ludo cogitatur
apud se. Ego primitium michi aufferri
familiam et deinde marcialis cum cu
ius quo ludo in angulo cum antem
facit cum ipsa peritissimum esse lusorem.
Velud imperitus lusor est peccator qui ipse
temptationibus subcumbit qui famili
am virtutum amisit. valde peritissimus
lusor est dyabolus qui ab inicio mun
di exercitatus est in ludo temptacionum.
Qua ergo presumpcione confidit pecca
tor in angulo deberet enim inactivus
in vita vite sue sine ... proprie
cum sine quo nichil posset facere et
dei auxilio adeo se magnum faceret
ut non solum non sit dignus adeo
adiuvari sed dignus sit adeo irrideri.
Unde Prov. Vocavi et renuistis de
inde. Et subditur ego quoque in in
teritu vestro ridebo. Tercio debet ho
minem movere ad accelerationem con
fessionis hoc quod ille qui differt con
fiteri iniquus agit in deum quia contempnit
misericorditer se vocantem, emere cum
ipse morte eum meruisset. Unde Isai.
audient aures tue verbum post ter
gum manens. scilicet domini. Et apostolus
An divicias bonitatis dei et pacien
paciencie et longanimitatis contempnis?
Greg. Deberemus saltem deo iram eius
habere. si solummodo eius iusticiam for
midaret qui tanto ampliori impetu
te contempnunt quanto contempni
non dedignatur. Item iniquus agit in
deum qui deteriorem partem vite sue
deo reservat meliorem dyabolo immolans.
Amos ait in deum quia contra iram dei in
sibi congregat et contra hoc quod exspectat
quia deus misericordiam debet exspectare
punit enim dimisso offendere. Unde apostolus
Ignoras quod benignitas dei te in penitentiam
adducit. Secundum autem duriciam tuam
et cor impenitens thesaurizas tibi iram

diem in die vindicte. Talis debitum tale
domini eciam peccat triplici. Primo quia
quantum in se est eum affligit in perr
tacione gaudii. De confusione illud
Luce: gaudium est angelis dei super uno pec
catore penitenciam agente. Secundo sen
ciat angelis fructum laboris sui cum
peccator cui deputatus est ad custodiam
ad eius admonicionem se non corrigit.
Tercio quia angelo sibi deputato re
verenciam sibi non exhibet. dum ante
eum ab homicidiis suis committere non
veretur vel in speciali commissis mane
contra quod Bernardus: Omnibus angelo quomodo
dimisso reverenciam exhibere tuo angelo
ne audeas illo presente committere quod me
presente non auderes. Iniquus eciam agit
contra semetipsum dum se potius vult
habere malum quam bonum, infirmum
quam sanum, mortuum quam vivum, servum
pessimum quam liberum, in statu latronis
quam in statu regis. Propter predicta
sciendum ut homo cito confiteatur
et frequenter debeat de peccatis suis et
frequenter confiteatur illa. Quod si forte
unam vel multas confessiones faciat
deo. Non enim prima vice qua homo
citharizat vel fidellat bene scit fidellare
ut ydoneus sit coram rege opus illud
agere. Sic nec prima vice qua aliquis
confitetur mundum bene. Ymmo pauci
sunt qui non faciunt sibi penitenciam
ut fecerunt pueri in principio. Se
cundum enim homines peccata sua ideo
dicitur ad cuiusdam peccatricem Ysai.
Sume cytharam, circue civitatem,
meretrix oblivioni tradita, bene
cane, frequenta canticum, ut me
moria tui sit. Cytharista est con
fessio qua singula tenenda est civi
tas anime ut homo omnia peccata
sua confiteatur et oportet bene
cantare quia confitendo coram
rege celesti cantatur et cantus
ille si homo bene cantat celesti

regno remuneratur. In magno enim periculo est peccator, quia quodammodo ad portam inferni est. Psalmista: Illud appropinquaverunt usque ad portas mortis. Porte mortis vel sunt inferni vel peccata mortalia. Ad portam inferni dicitur esse qui in peccato mortali est, quia inter ipsum et infernum nichil est medium nisi corpus. Si enim anima a corpore separetur quasi in puncto in infernum intrat. Unde Job: Ducunt in bonis dies suos et in puncto ad infernum descendunt. Ultimo debet movere homines ad accelerationem conversionis hoc quod a magnis exspectatur. Curia celestis enim exspectat et a magna exspectatur, scilicet ad eternum regnum. Unde Matthei: Venite benedicti patris mei possidete regnum vobis paratum. Et hoc etiam debet nos movere ad conversionem accelerandam, quia quando aliquis tarde inchoat dietam suam oportet eum amplius laborare. Sic necessarium est illis qui usque ad senectutem conversionem differunt et tunc amplius laborant et illa etas minus ydonea est labori penitentie. Genesis: Faciunt ut in itinere fieri solet qui tardius exeunt velocitate ad omnia compensant et ut in [illegible] dictum: Omne bonum illi deficit qui de nocte ad hospitium venit. Satis malum hospitium habet cum domus inferni erit. In hoc autem hospitio precipue timendum est quod de cetero intrare non possit. Malum etiam hospitium habebit qui in igne purgatorii hospitabitur.

De dilacione confessionis

Dicto de dilatione conversionis dicendum est de dilatione confessionis. Primo autem modo potest ostendi fatuitas eorum qui differunt confiteri per hoc quod per solum se deo abscondere. Ille enim qui peccatum suum confitetur, hic confitetur illud deo, et qui abscondit peccatum suum vult illud abscondere deo, similis Adam qui querenti domino ubi esset ait: Vocem tuam audivi in paradiso et timui eo quod nudus essem et abscondi me. Quanta insipientia sit [illegible] abscondere ostendit Job dicens: Humerus meus a iunctura sua cadat et brachium meum cum ossibus meis conteratur si abscondi quasi homo peccatum et celavi in sinu meo iniquitatem meam. Magna fatuitas est quod homo vult illa deo abscondere que commisit eo vidente, que tamen abscondit deo detegentur. Qui autem detexerit deus abscondit. Unde Naum: Revelabo pudenda tua in facie inimicorum tuorum. Et in psalmo: Iustitiam meam non abscondi. Dicit super hoc glossa: Cum homo detegit deus tegit. Cum homo tegit deus detegit. Cum homo tegit deus iudicat. Cum homo agnoscit deus ignoscit. Secundo ostenditur fatuitas eorum ex periculo oblivionis. Homo enim qui differt confiteri multa oblivioni tradit. Unde Aug.: Computatio dilata multa facit oblivisci. Tertio ostenditur fatuitas eorum per hoc quod minus amant seipsos quam sotulares suos. Singulis enim diebus solent sotulares suos detergere ne per lutum deturpentur. Sunt postea quod de facili removeri non possunt. Ipsi vero differunt remotionem sordis vitiorum per dimidium annum vel quandoque amplius. Stabula etiam suum homo vult purgare antequam lutum fetidum ibi indurescat. Seipsum vero non vult purgare per confessionem licet se videat iniquitati usque ad senectutem oculorum vel animi [illegible]. Quarto ostenditur fatuitas eorum per hoc quod multa amittunt que ex confessione pervenerunt. Primum bonum est quod dyabolus non ita libenter temptat eum qui per confessionem suam [illegible]

revelat Jo. Potestas et virtus traditorum
annichilatur revelata tradicione la-
trones infernales ad modum alio-
rum latronum furtivos se deprehensos fugiunt
Quartum bonum est in idem reddatur penitentiam
bonam adeptam ex erubescentia quam
sustinet non sitendo illius Tercium
bonum est oratio sacerdotis qui tenetur
orare pro confesso et consilium salutis
sibi dare unde prover. Erit salus ubi
multa consilia Sextum bonum est
quod pars pene tue debitam pro peccato
illius dimittitur et pro ruboris et
erubescentia que est magna pena
et sibi datur gratia si eam non habet
et si habet eam augmentatur Secun-
do potest ostendi fatuitas talium per hoc quod
ille qui differt confiteri deo negat
aperire petit deus aperiri sibi unde
in Cant. Aperi michi soror mea
sponsa. et tunc ei aperitur quando
aliquis peccata sua humiliter confitetur
Spiritus enim viciorum obstaculis deo
intror hominis ingreditur Qui autem
differt confiteri differt ei aperire ad
hostium pulsanti. non parum offen-
deretur. Quantum ergo potest deus offen-
di quando aliquis deum subdit sive dif-
fert ei aperire predicandum animam ill-
amplius quod frequenter accidit unde
Jo. Apocalypsi dedit et spiritum non
receperunt Tales enim passim hos-
pitem habent tunc potestatem excepti
pitem habent tunc potestatem ... dimi
sunt esse valde noxium per dimi
diuum annum vel amplius eiusdem se-
dere tenere nolunt. hospes iste dyabo-
lus est qui bonis hominibus evacuat hos-
picium suum unde Joel Ante fa-
ciem eius voluptatis terra totam co-
ram ortus voluptatis et post eum solitudo deserti. Ante
quia dyabolus venit ad animam
tunc est ibi habundancia bonorum et
post adventum eius magna vacui-
tas. Item fatuitas si cristus in se
vel in membris suis hospitatus

fuerit apud aliquem vix permit-
titur esse unum diem. dyabolus vero
permittitur ibi amplius esse quam
parum hospes qui maior nomine
recipitur non solum facit hominibus
tum sit quadragenarius ymo tum sit
bidenarius Tales fatui sunt qui
tum sint maiores dei nesciunt cla-
mare ymo nec submisse peccatum
suum dicere ut evadant. Unde dicitur
Insipienciores videntur esse brutis
animalibus que in fortitudine cla-
mant tum a fortioribus capiunt
fatuitas talium potest ostendi per hoc quod
nesciunt aperire hostium quod est
sine clave et sine sera est ob quod
nolunt ad confitendum aperire
Specialiter autem pessime ostendere
fatuitatem eorum qui confiteri no-
lunt donec infirmentur ad mortem
multis modis Et primo per hoc quod
tales tunc medico spirituali infir-
mitates anime ostendunt tum
iam consilium eius ad implere
non possunt. Dum enim infirmi sunt
impotentes sunt. ad agendam pe-
nitenciam. Unde dicit Eccl. vivus
et sanus confiteberis. et laudabis
deum et gloriaberis in miseracionibus
eius. Confessio que fit in morte
urgente non preciosa deo est
enim velud confessio latronum. latro-
nes enim non solent confiteri peccata
sua nisi prius tormenta dispendi
terrant et mortem paratam vi-
deant. Quidam etiam pudet
hominem confiteri in morte quando
senex est peccata que fecit in infan-
cia sua. Tales enim quandoque
loquelam amittunt. et qui no-
luerunt confiteri dum potuerunt
dum volunt non possunt Infirmi-
tas etiam et sollicitudo. quando
habet de disposicione domus sue non
permittit eum cogitare de peccatis
suis Cum enim sacerdos de consuetudine

prava

in multis locis accidit ad infirmum
simul confessionem eius audituri us
et viaticum ei daturi et multi pa[ro]
chiani veniunt cum coram quibus inf
irmus non vult confiteri ei peccata sua
Erubescit enim quod illi a domo accant
necessitatur eorum una commisisse ~~in~~
~~firmus quod minimum faciat eos~~
et si forte illi exierint erubescit in
firmus quod minimum faciat eos expec
tare. Et nondum quod eque fatui sunt
istis qui in quadragesima nolunt
confiteri donec fere tota transierit.
Tales postremi sunt qui illud ultimo
volunt facere quod dominus primo vult
fieri. Vult enim dominus ut illi qui
ei serviunt incipiant a confessione.
Et alibi: Pocius primo faciem eius
in confessione. Et Prov.: Iustus in
principio accusator est sui. Tales
laborem septem septimanarum pro
magna parte amittunt pro labore
unius hore eo quod nolunt in
principio quadragesime confessio
nem peccatorum suorum facere que
in una hora fieret. Plus enim va
let ieiunium unius diei post confes
sionem et veram penitentiam quam
valeat ieiunium totius quadrage
sime ei qui remanet in peccatis suis.
Et licet peccata dimittantur sola contri
tione cum proposito confitendi tamen fre
quenter homines qui instructi non
sunt nesciunt peccato remittantur do
nec in confessione insinuatur. Unde
sapientes non dimittunt peccata an
te confessionem. Tales etiam
sunt fatui qui tunc primo manus
abluere volunt quando iam cibum
sumpserunt. Cibus quo anima re
ficitur et deus delectatur est bonum
opus. Unde Iohannis: Meus cibus
est ut faciam voluntatem eius qui
me misit. Post cibum ergo manus
abluunt qui postquam in quadragesi
ma bona opera facit tunc primo

peccata sua confitetur. Tales etiam
sunt illi quales quasi qui vineam
suam tunc primo putant cum iam
maior pars eius vindemiata est,
quia putatio preparat ad hoc ut
vinea sic fructificet. Ideo valde fa
tuus esset qui putationem differret
donec maior pars eius fructus esset
collecta. Sic confessio preparat ad
fructum bonorum. Fatuus est ergo qui
confessionem vult differre donec
maiorem partem fructus vel colle
gerit. Item fatuus esset qui crucem
transmarinam suscepisset et nollet
confiteri donec peregrinationem per
fecisset. Si autem preveniendus est
peregrinatio confessione quare non
similiter ieiunium confessione preve
niatur et sit gratius deo. Tales mor
sum serpentis infernalis nolunt sa
nare adhuc veneno peccati in se re
manente. Est sciendum quod dum
peccatum est in homine non valent bo
na opera que facit homo ad vitam eter
nam. Sequitur de tarditate

De tarditate sequitur que est vitan
da. Pertinens ad accidiam quam
vitare debent deo servientes
quia deus molestatur in nimia
eorum tarditate. Miror miror cum
videam eos qui strenui sunt an
tequam ad serviendum ei venerunt
tunc pigros et tardos fieri quando
ad servitium eius venerunt et tan
quam quasi aves volare deberent.
Contra illud Isaie: Qui sperant
in domino mutabunt fortitudinem
suam, et assument pennas sicut
aquile, volabunt et non deficient.
Tunc incipiunt esse tardi. Unde
...s magna confessio ardentiaque et
ferventi secularis periculosa quam
hos utilia alacrius currunt ad
mortem quam nos ad vitam.
Unde cum imminente passione

dominum ceteri apostoli essent cum ipso
volenti saluus inde abs consilio no
opprimebatur sed paratabat ut eos
adduceret qui dominum comprehen
derunt ¶ Item et iniquum piurare
¶ Impius extremos currit mercator ad indos piurare pauperiem
fugiens per saxa per ignes ¶ Se
quitur de negligencia que pertinet
et ad acciam. Negligencia ergo
est quod homo non curat qualiter
opus inchoatum perficiat bene
vel male ut onere laboris se ex
pediat inchoati contra quod Ieremias Ma
ledictus qui facit opus dei negli
genter vel fraudulenter. Ea que
pertinent ad utilitatem corpo
ris vel ad honorem mundi vel quibus
intendunt placere alicui homi
ni de illis solum curant que autem
propter deum faciunt non curant
homines qualiter fiant magna
diligentia ad bibendum esset in psal
lendo. et in aliis operibus que fi
unt coram deo et angelis unde
David Quoniam rex omnis ter
re deus psallite sapienter non ne
gligenter Negligencia sequitur inper
severantia. hoc vicium valde est
nocivum homini quia perdita sunt
cetera servicia que fecit nisi finis
signatur bonus Parum enim pro
dest fundamentum et parietes
posuisse nisi operis consummacio sub
signatur Nec solum dampnosum
est sed etiam turpitudinem et irrisio
ne dignum Dicitur enim iste homo
cepit edificare et non potuit con
summare Sicut inertus est animal
et deforme quod est sine cauda sic
Symea que est animal ridiculosum
sit opus sine consummatione magna
enim utilitas provenit homini ex perseve
rantia tantum enim valet ultimus
dies quo homo bene vivit sicut

omnes precedentes dies Quantum ad
hoc quod si nullo die male vixisset to
ta vita bona precedentibus esset perdita
sola perseverantia hominem salvat
unde Bernardus Sola perseverantia est sin
gularis filia summi regis. illa enim heres
est summi regni Propter inperseveran
tiam boni cadit homo immerito dis
posicionibus. hoc vicio laborat ille qui
inveniens difficultatem in suo regi
mine se dimittit omni modo ab sua
gubernatione inperita illud proverbiorum
Erit quasi dormiens in medio maris
et sicut sopitus gubernator amisso
clavo talis animum suum non recol
ligit dispersus est enim. et diruptus est adeo
quod non tenet de seipso. unde fluctu
antes alio tales vicientes infirmitate
suam diffidunt posse regere seipsos
quia de animo consilio non consum
munt unde Ecclesiasticus Ve dissolutis corde
qui non credunt deo ideo non pro
tegentur ab eo Post dissolucionem
sequitur tristicia. que est vicium
valde detestabile in servicio dei Cum
ergo bona opera nostra grata deo
sint et eadem de manu eius accepe
rimus ei sine tristicia dare debemus
Quia scriptum est hylarem datorem
diligit deus Et tristicia provenit
tedium vite Nondum tamen est
quod tedium vite huius provenit ex
diversis causis Quidam enim provenit
ex dei amore. et celestis patrie unde
David Heu michi quia incolatus
meus prolongatus est Et alibi
Quando veniam et apparebo an
te faciem domini Quando quod ante
ex consideratione malorum quibus
mundus plenus est unde Ecclesiastes
Tedet me vite mee dum videm
mala que sub sole fiunt et cuncta
esse vanitate et afflictionem

spiritus. Quandoque etiam comprehendit
ea tribulationis unde Job Tedet
animam meam vite mee Et apostolus
Supra modum sumus gravati ita ut
taederet nos vite nostre. Et quando
que provenit ex accidia tunc est peccatum
Ex nimia tristitia et tedio provenit
desperatio unde proverbiis In merore
animi deicitur spiritus impingendo
desperationis unde ecclesiastes Felix qui
non habuit tristitiam animi et non
excidit a spe sua Et nondum quod
peccatum desperationis displicet deo unde
dicit Iero[?] Iudas plus offendit deum
in eo quod se suspendendo quam eum
tradendo. Valde placet diabolo
quia ille qui dicit ubi desperationis
dicit malum ubi quod dicunt
illi qui victi sunt. et ideo diabolo
valde placet qui est adversarius noster
hominem multum nocet quia aufert ei
totam fortitudinem unde proverbiis Si
desperaveris lassus in die angustie
minuetur fortitudo tua Contra
valet spes seu fiducia ad fortitu
dinem unde David In domino
sperans non infirmabor Quintum
remedium contra desperationem
est memoria dominice passionis
unde Augustinus Peccavi peccatum grande
consciencia mea turbabitur
sed non perturbabitur vulnerum domini
latronem inimicorum et quos attulerat ira
cundiam in lanceam et tunc appa
rebit quis potentior sit an ipse an
demon. Hoc peccatum prohibent divina in
Deuteronomio. Non inveniatur qui ariolos
sciscitetur, et observet somnia
atque auguria, nec sit maleficus, nec
incantator, nec phitones consulat,
nec divinos, nec querat a mortuis
veritatem. Phitones sunt in quibus
spiritus maligni loquuntur. Ostenditur
ergo quod peccatum divinorum simile est peccato
Eve matris nostre que divinam scien
tiam appetiit, dicente diabolo:
In quacumque die comederitis aperientur
oculi vestri et eritis sicut dii scientes
bonum et malum. Unde mulieres facte
divine vel divinis fidem adhiben
tes quemadmodum mater earum
divinam scientiam affectant et affec
tant attendere debent multiplicem
penam qua toto mundo punitus est
peccato illorum. De pena etiam huius
peccati legitur Regum. Rex mandavit
hoc ore Helyas: Nunquid non
est deus in Israel ut eatis ad consulen
dum Beelzebub deum Accaron?
Quamobrem hoc dicit dominus: De lec
tulo super quem ascendisti non des
cendes sed morte morieris. Et in Parali
pomenis sic legitur: Mortuus est Saul propter
iniquitates suas eo quod prevaricatus
sit preceptum domini quod preceperat et
non custodierit illud, sed insuper
et phitonissam consuluit nec
speravit in domino. Propterea interfecit
eum et transtulit regnum eius ad
David. De pena taxata huic peccato
legitur Levitici: Anima que
declinaverit ad magos et ad ari
olos et fornicata fuerit cum eis ponam
faciem meam contra eam et inter
ficiam eam de medio populi sui.
Chaldei dicuntur qui constellationes
consideraverant. Item Levitici: Vir
vel mulier in quibus phitonicus

vel divinationis fuerit spiritus morte moriantur,
lapidibus obruantur. Sanguis eorum
sit super eos. Pena talium incantatorum
multiplex est: non debent recipi ad
eucharistiam si notorium est peccatum.
Sicut nec histriones debent ad
mitti ad accusationem et excommunicari
debent. Et si post admonitionem et
excommunicationem noluerint se corrigere,
si servi sunt debent verberibus ca
stigari. Si liberi sunt carceri re
trudi vel usque tonsorari vel decal
vari, sive de parrochia turpiter
eiciendi. Et hoc potest episcopus facere
sua auctoritate, et si necesse fuerit
invocet brachium seculare. Secu
lares leges capite puniunt. Et
hoc peccatum [illegible] reputatur
apostasia. Unde ipse ait: Non obs
ervabit dies qui dicuntur Egyptiaci
aut kalendas Januarii in quibus
quedam cantilene et comessa
tiones et ad invicem dona dantur
quasi in principio anni boni fati
augurio, aut aliquos menses aut
tempora aut dies nec et annos
aut lune solis nec cursum. Quia
qui has quascumque divinationes
aut fata aut auguria attendit
aut observat aut consentit obs
ervantibus aut talibus credit aut
ad domum eorum vadit aut in sua
domo introducit aut interrogat,
sciat se fidem christianam et bap
tismum prevaricasse et paganum apo
statam et dei inimicum et iram dei
graviter incurrere nisi ecclesiastica
penitentia emendatus deo reconcili
etur. Dicit Paulus: Et menses et
tempora et annos timeo fore ne
sine causa laboraverim. Et licet quan
doque per somnia ostendat deus quia fu
turum sit hominibus ut apparet per
somnia que Pharao vidit que Joseph expo
suit et per Nabuchodonosor quod
Daniel exposuit qui revelatorem

dei habuerint tamen in veritate observanda sompnia non sint. Sompnia vero illorum certa fuerunt et que viderunt sepius impletis. Unde quidam tamen multum attendunt sompnia. Sompniat se dum vi-tiuum cum quod multa bona congregasset repente defunctus est. Sed queritur quomodo eveniat frequenter que predicunt divini. Quomodo sed ad hec videndum eis non est. Ad quod dicit Aug. Et hoc fit dei permissione ut probetur qualem fidem homines ad deum habeant et probat illo verbo Si surrexerit in medio tui propheta aut qui se sompnium vidisse dicat aut predixerit signum aut portentum et evenerit quod locutus est et dixerit tibi eamus et sequamur deos alienos quos ignoras et serviamus eis non audias verba prophete illius aut sompniatoris quia temptat vos dominus ut et sciat palam aut diligatis eum an non. Divine solent quibusdam signis futura cognoscere. Unde quando inquiritur de aliqua muliere utrum gravida sit solent accipere zonam inspicere inquirunt aliqua signa divinari possint per ipsa. Unde quedam decepta fuit a quodam sacerdote qui non poterat corrigere suos parrochianos quia fidem adhibebant divine. Sed tamen misit zonam suam ad eam quia inspecta cum sacerdos esset impregnatus ipsa indicavit eum impregnatum esse. A casu quandoque eveniunt ea que futura sunt. Dyabolus etiam sicut Beda ait hominem solet multa vera predicere ut ad extremum valeat aliquem falsitate laqueare. Item dicitur quo potuit esse quod Samuelem phitonissa suscitavit. Aug. dicit Ex suscitatione illa Dyabolus ut veritatem faceret numquam glorificaretur habitum viri iusti et nomine se subornavit videlicet Samuelis. Item quo potuit esse ut arte magica vir attraheretur anatimitate sanctus et inter operibus iustis. Ad quod Aug. Si Samuel vere apparuisset peccatori qui predicavit solum deum adorandum. Item quo homo dei esset Abraham in refrigerio erat dicitur ad divitem pestilentie et ignium ardore iehenne cuius meritum erat. Et subdit Aug. hiis duobus titulis subtilitatem fallacie sue prodidit impius sathanas. Item queritur de hoc quod dictum est tempora observanda non sunt cum medici tempora observant medicinis dandis et minutionibus faciendis. Ad quod dicendum Est talis observatio temporum reprehensibilis non est cum utilis ratio reddi possit. De hoc etiam non sunt reprehensibiles agricole qui observant tempora ad seminandum et arbores incidendas vel similia cum hec habeant certam intentionem. De partibus autem sciendum est quod licet Josue per sortes patrum Achor quod iniunxit et Jonas ananitis sit deprehensus tamen prohibetur propter assiduitatem labi posset quis in ydolatriam nec philosophi partorum faciunt legem gramme multa enim permittebantur ante evangelium que tempore perfectionis discipline sunt eliminata. Decr. Si esset causa sed honesta et subesset necessitas ut si esset contentio de electione aliquorum et esset paritas in utrisque in omnibus verisimile est quod exemplo Mathie possent sortes fieri. De hoc ait Beda dicens. Si quis necessitate ali-

compulsi. Deum putant sortibus de aplorum exemplo esse consulendum. videant ipsos apostolos non nisi collecto cetu fratrum et precibus ad deum fusis hoc egisse. Item cum quedam civitas esset obsessa et dubitaret clerus qui deberet fugere et qui manere consuluit Augustinum. Qui respondit sorte illud esse diiudicandum.

Tercius superstitiosorum error remediorum

Sequitur de superstitiosorum errore remediorum. Secundo errore dicat Augustinus ad superstitionem pertinent omnes ligature atque remedia que medicorum disciplina contempnat. Item remedia talia quedam sunt nugatoria. quedam noxia quedam contumeliosa homini. quedam vero nugatoria sunt ut cum cella cantat ut tempestas evitatur. Item cum mulier que in partu laborat nonis mensibus tangitur ut facilius pariat. et multa alia hiis similia que indiscrete mulieres facere consueverunt. Noxia talia sunt ut cum aliqua mulier talia facit ut conceptus eius impediatur. sicut cum asseres tangit stricte in qua balneatur in diebus purificationis sue tali intentione ut quod asseres tetigerit tot annis non concipiat que tot homicidiorum videtur rea esse. quod conceptus voluit facto illo impedire nec quomodocumque homicidiorum videtur interfectrix esse puerorum infantium. Contumeliosa sunt homini illa que aliquando mulieres solent dare hominibus ad attrahendum eos ad amorem earum. contumeliosa vero deo sunt sicut illa que fiunt de crismate vel corpore christi vel aliis sacramentis. Quedam sunt contra infirmitatem hominum vel pecorum quedam contra sterilitatem aliqua contra difficultatem pariendi. Infidelitas sine ydolatria que in peto isto deterior est ydolatria paganorum. Illa enim aquibus deo relicto fatue mulieres sperant sanitatem vel prolem vel similia ymmo videtur deus esse quam ydolatria paganorum. Illa enim ymago habet formam humanam ista vero non tales nec deum nec homines reverentur quia multa vilia et abhominabilia dant hominibus ad comedendum sacramenta etiam ecclesie contempnunt in hoc deteriores sunt hominibus demonibus qui credunt et contremiscunt. Hii ipsi absque tremore accedunt et de corpore domini frequenter peccatum suum faciunt quod dictum est horrendum. Sed queritur quare unde maleficia et talia remedia efficaciam habeant frequenter sicut videntur. ad hoc potest dici quod dyabolus talia efficit quia tot animas occasione ista lucrari se videt. qui enim talia faciunt et qui talibus fidem adhibent ipso facto dyabolo se dant. Nota quod si aliquis colligat herbam medicinalem cum symbolo vel oratione dominica vel scribat in carta symbolum vel dominicam orationem et ponat super aliquem infirmum ut sit in istis tantum honorificetur deus non reprehenditur. dum nulla alia superstitio admisceat. Circa sunt quibus non prohibentur homines uti ad remedium. scilicet herbis que naturalem virtutem habent ieiuniis et orationibus et elemosinis et aliis operibus que sunt de genere bonorum. propter quod enim est placere deo hiis possunt homines uti ad obtinendum a deo sanitatem et alia quibus indigent. Item herbis sacris que aliquam auctoritatem sunt et aliis sacris rebus. Sequitur de errore illarum que credunt corporali mutacione fieri quando in sompnio. Sunt quedam mulieres que profitentur se cum dyana et herodiade et in numera

multitudinem mulierum super quasdam bestias nocturnis horis multa terrarum spacia pertransire cum [illegible] ... obedire certis noctibus ad eius servicium evocari asserunt. Creaturam ab illis creatam in melius posse vel deterius commutari aut in aliam speciem vel similitudinem transformari. De hiis dicit dominus quod non a divino spiritu sed maligno mentibus fidelium irrogantur. Dyabolus enim cum alicuius per talem incredulitatem sibi subiugavit menti, quam captivam tenet multipliciter illudit. Nec dubitat aliquis in tantam venire stulticiam ut credat omnia que in sompno fiunt et in corpore accidere. Cum Paulus non audeat asserere quod fuit raptus in corpore. De hiis etiam dicit dominus: Quicumque ergo credit posse fieri aliquam creaturam aut in deterius aut in melius commutari aut transformari in aliam similitudinem nisi a creatore per quem facta sunt omnia, desulti sunt infideles quibus persuaderi non poterit quin in veritate fiat quod videtur eis fieri dum dormiunt, cum constet multa hominibus dormientibus evenire que per ea falsissime fuerunt ficta. Quando enim videtur alicui cum dormit quod multum comedat, cum autem expergefactus fuit famelicum se invenit. Item videtur alicui dum dormit quod sit cum uxore, tum vero excitatus est a sompno sentit in illam affuisse. Item videtur alicui laico quod ipse sit sacerdos cum dormit, incipit inter hoc cum excitatus fuit et sacerdos non possit missam celebrare. Etiam si verum esset quod dicunt qui audiunt Herodiade regina que fuit adultera que fecit dominum amputari caput Iohannis baptiste, qui minister et sanctificatus, quo maior inter natos mulierum non surrexit, tum sanctitatis meritis omnino legatur de ea commissione super omnia. Videtur valde contra eos qui contrahunt errorem. In vita beati Germani legitur: Quadam nocte ut audivit cum omnes de domo tenuissent mensam preparari, fine quo cum admiratus requisivisset quibus talia prepara-

retur, indicatum est sibi quod bonis qui nocte incederent. Vir vero sanctus vigilans cum demones in forma humana advenissent ad mensam illam, sedisse surrexit et demones habuit non permisit exire eos quia in domo erant inquirentes vicinos si personas illas cognoscerent. Qui invenerunt quod essent ad dormientes quod vicini eorum essent. Sic viri sancti misit eos ad domos vicinorum ut videret an essent ibi. Cum retulissent viro sancto coegit demones indicare se ipsos et confessi sunt se demones esse et sic hominibus illuderent.

Sequitur de peccato irreverentie.

Irreverentia est quando aliquis negat honorem illi cui deberet eum exhibere. Secundum quod quatuor sunt quibus debemus exhibere reverentiam, scilicet deo, angelis, nobis, et ... ut est. Et homines sed debemus reverentiam exhibere ut coram eo peccare erubescamus et faciamus bona agamus. Unde quidam: Cum quidam turpe fatis et me spectare rubesco. Cur peccator deo non magis inde rubet. Consimilem reverentiam debemus angelo. Similiter etiam debemus reverentiam propter presentiam domini corporis. Et valde mirandum est quod sunt quidam homines qui nec propter presentiam domini corporis ecclesias reverentur, cum ut dicitur ecclesia debet hominibus terribilis sit. Unde debet homines cessare a quacumque [illegible] dei in locis huiusmodi que sunt facta ad servicium dei, et deberet sufficere ei quod in aliis locis serviunt dyaboli fecerint. Omnes ergo in ecclesia qui audientur ore que in ea nos timent dominum offendere et sanctos in eorum honore dedicata et qui offendunt in domo ecclesie eorum frangunt, tales timere deberent. Sic quod in libro [illegible] legitur evenisse. Clodoveo qui locum sacrum voluit spoliare primus ibi commendatur, cui apparuit equus terribilem habens assessorem operibus [illegible] adornatum [illegible] cum in Clodoveo prioribus calicibus inferebat dicebat habere amicum

carnia alii etiam duo iuvenes apparu-
erunt qui steterunt circa ipsum et econtra
ex parte flagellabant sine intermissione.
Audito autem eliodorus concidit in
terram et in sella gestatoria deportatus
est ex oratorio et iacebat mutus et
absque omni spe salutis privatus. Sed per
preces Onie sacerdotis vita ei donata
est. Hominibus etiam reverentia ex-
hibenda est propter ymaginem dei
et propter humanam naturam unita
divine. Factum est illud inhonorare
quos deus sic honoravit. Unde apostolus
honore invicem prevenientes.
Item propter angelos ad custodiam
hominum deputatos. Unde dominus. Videte
ne contempnatis unum ex hiis pusillis
angeli eorum s. m. f. p. Qui in hoc
factum est inhonorare eos qui ita
ab angelis honorantur ut ab hos-
pitibus si meruerunt in sinum Abra-
he deportentur. Sicut legitur de La-
zaro. Sed etiam contempnandi non
sunt. Ciprianus. Qualem cupis
erga deum te esse. talis esto tu
erga fratrem. Tim. et apostolus. Porro quod
inquirendum est et equum sunt pre statu
scientes quod et vos dominum habetis
in celo. Precipue autem honorandi sunt
servi si sunt boni et fideles. Ecc[lesiasti]cus.
Servus sensatus sit tibi di-
lectus quasi anima tua. Et Eccle. Servus
fidelis sit tibi sicut anima tua quasi
fratrem sic eum tracta. Non sunt etiam
contempnandi peccatores. quia ille qui
modo valde malus videtur forsitan
in dei presentia sanctus homo est.
Precipue enim illi honorandi sunt
qui credunt esse bone vite tamen
attineat deo ut videtur omni pa-
rentele. Unde dominus Quemcumque fecero
deo. Unde quidam religiosus dicebat
adorari debere fratres advenientes cui
certum sit in adventu eorum adven-
tus domini nostri Iesu Christi contemptum

talium deus reputat sibi. Unde dicitur
Qui vos spernit me spernit. Pau-
lus secundum. Non sunt contempnendi
ut egeni sed honorandi ut patroni.
Honor qui parentibus exhibetur
deo spirituali exhibetur. De honore
[illegible]

Et licet omnes
homines honorandi sint quidam tamen persone magis
honorande sunt ut vidue de quibus
paulus ad Titum. Viduas honora
que vere vidue sunt. Domini etiam
multum honorandi sunt a servis. Unde
apostolus. Servi obedite dominis vestris
carnalibus. Et Petrus. Servi sub-
diti estote in omni timore dominis
vestris. Et Gen. Dixit angelus agar
ancille. Revertere ad dominam tuam
et humiliare sub manibus eius.
Item adolescentes debent honorare se-
nes. Unde Petrus. Adolescentes sub-
diti estote senioribus. Et Levitici.
Coram cano capite consurge et
honora personam eius. Et apostolus.
Seniorem ne increpaveris sed obse-
cra ut patrem tuum. Deinde similiter
de ceteris agendum est. Item viri
honorandi sunt ab uxoribus. Unde
Petrus. Mulieres subdite sint viris suis
sed nichilominus ipsi viri debent honorare
uxores. Unde ibidem. Similiter viri
cohabitantes secundum scientiam quasi
infirmiori vasculo muliebri imperti-
entes honorem. Ideo deus non de pede viri
mulierem formavit sed de costa ne
a viro contempnatur. Mulier vero debet
obedire viro quia vir caput est
mulieris. Non potest esse pax inter quos
si uterque vult dominari et esse caput.
Ubi duo sunt capita inquieta est pax.
Item honorandi sunt parentes
et spirituales et carnales. De spiritualibus
dicit apostolus. Obedite prepositis vestris
et subiacete eis. Ipsi enim pervigilant
quasi rationem reddituri pro animabus vestris

ut cum gaudio hoc faciant non gementes. Item qui bene presunt presbiteri dupplici honore honorentur digni maxime qui laborant in verbo et doctrina. De inhonorantibus dicit Ieronimus: Sacerdotes domini dimisit eos non decebit ut despicias et eos sacerdotes enim sacerdotis non erubuerunt nec sermonis inserti sunt. Quoniam enim mali sint non sunt contempnendi. Sed ille in eis honorandus a quo missi sunt. Ideo magis displicet deo contemptus eorum quia dei vicem tenent et propter dignitatem sacerdotalem quam nec angeli ipsi credimus hic non credo enim quod fieret transmutatio si verba illa que profert sacerdos in missa ab angelo non deferrentur. Parentibus et carnalibus honor exhibendus est. Unde Exodo: Honora patrem et matrem. Et notandum est honor qui parentibus exhibetur non solum attenditur in verbis sed etiam in beneficiis. Unde Ieronimus: honor in scripturis non tantum in salutationibus sed et in verbis quantum in collocationibus munerum sentitur. Ad honorandum honorandos parentes de nobis exhortatur exemplum Christi. Qui cum esset in angustia passionis tamen non est oblitus matris sue immo curam eius habuit et Iohanni eam commendavit. In ecclesia sua et fecit eam honorari ut multi videantur esse devotiores matri quam filio quod credo ideo fieri ut ostendatur quantum sibi placeat quod parentes a filiis honorentur. Infideles etiam parentes suos honorant edocti a lege naturali. Unde infideli videtur esse deterior qui parentum curam non habent iuxta Apostolum qui dicit: Si quis suorum et maxime domesticorum fidem negavit curam non habet et est infideli deterior. Ipsa enim irrationabilia

animalia dant nobis exemplum. Dicitur enim de grue quod cum pater et mater eius deplumati sunt filii querunt eis necessaria donec plumas habeant vel moriantur. Valde enim iniquus videtur esse qui parentibus suis non providet quando ipsi sibi non possunt providere tamen cum ipsi providerint in eorum pueritia quando sibi providere non poterunt. Unde Apostolus: Filii reddite vicem parentibus quia hoc acceptum est coram deo. Qui parentibus carnalibus iniquus est de beneficiis acceptis indignus est aliquod beneficium recipere a patre celesti. Iustum etiam est ut in sua senectute filios suos sibi duros inveniat et hoc ulciscens iusto dei iudicio accidit. Unde refertur de quodam patre familias senex totam hereditatem suam dimisit filio suo. Filius vero ille primo benignus se habuit ad patrem. Sed post expulit eum de thalamo suo volens sibi thalamum hic et uxori sue et ad ultimum sibi lectum fecit fieri post hostium. Et cum yemps esset et pater ex frigore lederetur quia filius ei abstulerat bona cooptoria rogavit filium filii sui ut rogaret patrem quod daret sibi aliquod ad se operiendum. Puer autem unum optimum duas ulnas burelli a patre suo adeptus sibi cum ceteris due remanserunt ibi patri suo unam preferendo rogavit ut sibi daret eas qui pro fletibus illius victus dedit quesivit inde facere vellet. Qui respondit: Servabo eas quousque talis eris qualis pater tuus est et dabo tibi eas nec amplius quamdiu tibi dabo sicut modo nomini dare patri suo. Qui sine pietate est erga parentes suos non videtur pietatem habere erga alium. Ideo vix [illegible] consequatur.

Ad honorandum parentes monet nos scriptura sacra. Eccli. Fili suscipe senectam patris tui et non contristes eum in vita illius et si defecerit sensu veniam da et ne spernas eum in virtute tua. Idem. Qui honorat patrem suum iocundabitur in filiis et in die orationis sue exaudietur. Idem. Qui honorat patrem suum vita vivet longiori. Qui affligit patrem et fugit matrem ignominiosus erit. Idem. Honora patrem et gemitus matris ne obliviscaris. memento quoniam nisi per illos non fuisses et retribue illis quomodo illi tibi. Prover. Qui subtrahit aliquid a patre suo et matre et dicit hoc non est peccatum particeps homicidii est. Exo. Qui percusserit patrem aut matrem morte moriatur. Deutro. Maledictus qui non honorat patrem et matrem. Tob. Honorem habebis matri tue omnibus diebus vite tue. memor enim esse debes que et quanta passa est et sic pericula propter te in utero suo. Et notandum quod sicut homines tenentur providere parentibus carnalibus sic et spiritualibus. Apostolus. Rogamus vos fratres ut noveritis eos qui laborant inter vos et presunt vobis in domino et monent vos ut habeatis eos habundantius in caritate. Multa vero sunt que debent homines monere ad reddendas decimas et oblationes ministris ecclesie ad eorum sustentationem. Primum est comminatio quam audiunt de scriptura. Unde Eccli. Da altissimo secundum illius donatum et in bono oculo facito adinventionem manuum tuarum quia retribuens est dominus et septies tantum reddet tibi. Malach. Dicit dominus inferte omnem decimam in horreum meum ut sit cibus in domo mea et probate me super hoc dicit dominus si non aperuero vobis cataractas celi et effundero vobis benedictionem usque ad habundantiam. Contrario vero qui non bene dant decimas puniuntur in paupertate. Unde Malach. Si affigit homo deum quia vos confixistis me et dixistis in quo configimus te. In decimis et primiciis et penuria vos maledicti estis ecce pena. Ubi dicit Glo. ideo perdidisti habundantiam quia fraudasti me pro mea parte. Aug. Qui decimas dando et dona simul celestia promereri [illegible] benedictione fraudas. Hec enim domini est consuetudo certissima ut si decima illi non dederis tu ad decimam redeas. dabis enim impio militi quod non vis dare sacerdoti. Maiores

Avin. Idem. omnibus copiosis habundabant quia decimas deo dabant. Et notandum quod decime et similia solvenda sunt de melioribus non deterioribus. Unde Eccli. Noli offerre prava non enim suscipit illa munera deus. Gen. De Abel legitur quod optulit deo de primogenitis gregis sui et de adipibus eorum. Et respexit dominus ad Abel et ad munera eius. Ad Caym vero et munera eius non respexit. Cuius causa fuit quod de deterioribus fuit et malis. i. si offeratis cecum et claudum et languidum ad immolandum nonne malum. Item in Levi. Omnia que offertis de decimis in domo dei separabitis optima et electa erunt. Debent etiam solvi et absque mora. Unde Exo. Decimas non tardabis dare et in [illegible]liter. Unde Bono animo

glam reddet tuo etiam non minuatis primicias manuum tuarum etc. Item de illis partem sicut mandatum est tibi primicias. Et inveniunt. Omnes decimae sive de frugibus sive de pomis arborum domini sunt et illi consecrantur. Vos quos si aliquos magistros de solucione decimarum standum est libenter tamen hyllariter solvendi sunt. Quia hyllarem datorem diligit deus. Deus est quomodo poteris esto misericors si multum tibi fuit habundanter tribue si autem exiguum libenter illud impertire stu[de]. Et hoc dederit mone pauperes ad libenter dandum pro quo invenitur obulo plus quam divites centum solidis. Si aliqua mulier crederet quod tantum fructuum esset de cariubus [?] primo obulo ad macellum sicut divites burgenses per centum solidos. tunc ipsa libenter mitteret obulum suum illuc. pauperes libenter possent dare pro eo cum tamen appreciet minuta eorum secundum precium eorum que a divitibus dantur. Unde Lemitici. Dicit dominus de paupercula vidua que misit duo minuta in gazophilacium. Vere dico vobis quod vidua illa pauper plus quam omnes misit. De pecto inobedientie.

Sequitur de peccato inobedientie. hoc peccatum primitum est ita in primis parentibus quod propter illud eiecti sunt de paradiso. Et illi qui iam erant in paradiso terrestri propter inobedientiam inde eiecti sunt. Quomodo credimus se ingressuros paradisum celestem. Propter inobedientiam uxor loth in statuam salis conversa est. Saul a regno eiectus est. Unde Samuel propheta quod abiecisti sermonem domini proiecit te dominus ne sis rex. Propheta inobediens a leone occisus est. Et in deuteronomio habetur de illo qui parentibus carnalibus noluit obedire. Si genuerit homo filium contumacem et protervum qui non audit patris vel matris imperium, et correptus obedire contempserit apprehendent eum ad portam iudicii. ducentque eum ad seniores civitatis. dicentque. filius noster protervus et contumax est. monita nostra audire contempsit. comessacionibus vacat. et luxurie atque conviviis. lapidibus obruet eum populus civitatis et morietur. ut auferatur malum de medio vestri. Ista inobedientie est misera. Quoniam periculi magna siquidem. Mirum est quomodo ullatenus non odimus inobedientiam. que in tanta miseriam nos posuit pena morti omnes adiudicati sumus. Ista interfecit omnes amicos nostros qui mortui sunt et illos qui nobis consanguinei sunt et nos ipsos interficiet. Adhuc homo habet aliquem inimicum quem odio non habet si tot et tanta mala ei fecisset et adhuc faceret quanta fecit et adhuc facit inobedientia nobis. Ad curationem huius peccati oportuit ut filius dei fieret obediens usque ad mortem. ut peccatum sanaretur inobedientie. Item multitudine potius timere inobedientiam quam mortem exemplo dei. Ut Recabite fratres ipsius ne perderet inobedientiam perdidit vitam. Item non dabit inobedienti copiam sui tantus obedientie amator qui maluit mori quam non obedire. Ex inobedientia provenerunt et adhuc proveniunt nobis multa mala. Unde in deuteronomio. Si audire volueris vocem filii dei ut custodias et facias

omnia mandata eius. mittet deus
super famem et increpacionem in cuncta
opera tua que tu facis donec conte-
rat te. Ideo inferiora nostra non obe-
diunt nobis quia nos deo uel qui
loco eius non obedimus. Unde Genesis
Quia comedisti de ligno de quo
preceperam ne comederes maledicta
terra in opere tuo et spinas et tribulos
germinabit tibi. Si obediremus deo
deus obediret nobis et etiam crea-
tura. Unde Io. Si cor nostrum non re-
prehenderit nos fiduciam habemus ad
deum ut quicquid peciemus accipiemus
ab eo quia mandata eius custodimus
quia Iosue custodivit mandata
domini. sol obedivit ei. Unde Iosue
x° Sol contra gabaon ne movea-
tur et luna contra vallem aylon
Stetit itaque sol in medio celi et
non festinavit occumbere spacio unius
diei donec ulcisceretur gens de inimi-
cis suis. Et sub dium non fuit ante nec
postea tam longa dies obediente
domino voci hominis. Legitur etiam
de abbate paulo. Et precepit dis-
cipulo suo iohanni ut offerret ei
fimum bovini quod erat necessarium ei
et ille erat in loco ubi fimus habitat
leena. tunc abbas dixit Si venerit
super te alliga eam et duces eam tecum
Ivit Iohannes et invenit le-
enam et cum vellet super eam irruere
ipsa noluit eam tenere sed ipsa fugit
Et iohannes sequebatur eam dicens
abbas meus michi precepit ut alli-
gatam te adducerem et statim
substitit bestia et tenens deduxit
ad monasterium Et tunc abbas
indixit ne forte, ex hoc facto dis-
cipulus extolletur. dixit Sicut
tu insensibilis es ita insensibilem be-
stiam adduxisti solve eam ut per-
gat ad locum suum. Obedit homo

ancille sue i. carni et vilissimis me-
bris carnis et dominus eius et
hostibus suis i. demonibus et cre-
atori suo non vult obedire. Unde Ber-
nardus loquens in persona domini. Que
causa est quod inimici mei pocius
eis serviunt quam michi. nec ille
vos pascit nec creavit. sed propria vi-
dentur hec gratis non ille sed
ego redemi vos. non auro uel ar-
gento nec luna uel sole nec aliquo
angelorum. sed proprio cruore. Consilium
supplicat deo quod homines non obedi-
unt eum corum obedienciam debuit
emere regno celorum nec gratis
eam habere. Debuit ut demones et
boni qui pro nichilo habent deo obe-
dire ad bona et utilia nolunt.
Dyabolo vero obediunt usque ad
mortem corporis. Unde bona inter deos
nominatum dinamus et obedire ne-
gligimus. Sol et luna et alia cor-
pora celestia et terrestria deo obediunt
iuxta illud preceptum posuit et non
preteribit quibus tamen deus non tot
bona fecit. Non enim creavit ad y-
maginem et similitudinem suam ita
expresse sicut hominem non redemit
ea sanguine suo. Non timent
eciam premium ab eo nec etiam spe-
rant ab eo remunerari si obedirent
ei uel non. et tamen homo deo non
obedit qui tot bona ab eo recepit
et tot bona sperat se recepturum
si ei obedirent. Ad obedienciam mo-
net nos dominus suo exemplo quod
dicit Descendi de celo non ut fa-
ciam voluntatem meam sed voluntatem
eius. Et apostolus humiliavit se ipsum
factus obediens. Ad obedienciam
monent nos angeli suo exemplo
cum deo obediant custodiendo
homines ab ortu enim hominis custo-
diunt eos continueque sunt dispersi
usque ad horam mortis et tunc

si dignius est deputatur eum in paradiso
ut habetur de lazaro. Sequitur
de inobediencia eorum qui sollemp
nitates non observant. Et nondum
quos tria sunt que pertinent ad ob
servanciam sollempnitatum. Primum
est vacare a terrenis operibus. Unde
Exo. Sex diebus operaberis et fa
cies omnia opera tua, septimo autem
die sabbatum domini dei tui est,
non facies in ea omne opus tu
et filius tuus et filia tua et servus
tuus et ancilla tua. Monemur
etiam ad hoc exemplo domini. Gen.
ubi legitur: Et requievit dominus die
septima ab omni opere quod patrarat.
Secundum ut caveamus ne peccata com
mittamus. Unde Exo. Mementote ut
diem sabbati sanctifices, hoc est
sanctum serves diligenter in eo
a peccatis cavendo. Tercium est ut
utilitati anime intendamus super
alia opera faciendo. Observacio
sollempnitatum inchoacio est beate
vite quam expectamus. Unde sicut
ibi erit vacacio assidua et dei lau
dacio, sic in festis diebus debemus
intendere laudi divine. Ps. Nichil
adeo in terris representat quandam ce
lestis habitacionis statum sicut
alacritas laudancium dominum. Festis
diebus debemus meditari beneficia dei
qui sic sanctum illum communica
vit cuius sollempnitas agitur pro
modico servicio sibi exhibito et
debet homo animari ad serviendum
liberali domino. Unde Ps. Vacate
et videte quoniam ego sum deus etc. In
festis diebus homo debet ad imitari
delicias cuius sollempnitatem celebrat
tendi debet ad desiderium illarum
deliciarum. Ps. Et inde est quod non op
tamus concedens tempus si oportet
ac declinare gloriam. Ps. Et inde

prodest interesse festis hominum si decesse
contingat festis angelorum. Et ma
xime debemus servare diem dominicam
quia eo die mundus per potenciam et
sapienciam creatur factus est. Item
eadem die christus natus est et eadem
die christus resurrexit cuius sapiencia
liberati sumus. Eadem die spiritus sanctus
discipulis datus est. Unde violato
res diei eiusdem peccant in patrem
et filium et spiritum sanctum. Et sicut
die dominica debemus precipue debemus
venerari ita matrem eius in sabb
ato et hoc quadruplici racione.
Prima est quia beata virgo in sab
bato in quo deus fuit in sepulcro
in fide stetit discipulis discedenti
bus. Secunda est quia sicut a die
nono sexte ferie fit transitus per
sabbatum ad sollempnitatem do
minice, sic annunciacio presentis vite in
peccati fit transitus ad statum gracie
vel glorie per beatam virginem.
Tercia est quia tali die multo
ciens legitur beata virgo miracula
fecisse et beneficia peccatoribus pre
stitisse. Quarta quia apud
grecos fuit quedam ymago beate
virginis cuius velamen a nona
sexte ferie divina virtute recede
bat. Cuius miracula racio hec po
tuit esse ut ostenderetur quod precipue
tali die facies beate virginis
peccatoribus intendebat orantibus
propter quod greci diem illum dixerunt.
Unde consuetudo illa ad latinos
transivit quantum ad hoc ut illa
die specialis honor beate virgini ex
hibetur. Valde perversi videntur esse
qui potius volunt in festis diebus
volunt laborare in servicio diaboli
quam quiescere in servicio christi. Unde
apparet quod malum sit dominum qui
non permittit eos quiescere in festis

diebus dicit xpus venite ad me qui
laboratis et honerati estis et ego reficiam
vos. et miseri homines fugiunt eum
Clamat autem contrarium dyabolus
et miseri homines currunt ad eum
De illis autem qui amplius pec
cant in festis quam in aliis diebus
Respondendum est quod tales sunt valde fatui
et pueris qui in tempore sancto volunt
bibere similes illis qui contra ecclesiam
tenent aperto et in ecclesia se omni
immunditie coinquinant faciunt loco sacro
offendendum est et tempori sancto Si
quis in omnibus festis citaret vel
foderet talis valde malus reputaretur
quomodo ergo non multum peccat
qui in festis diebus dormit fornicatur
Quedam enim possent concedi quod in aliis
festis aliquis citaret et foderet quam
quod semel aliquis die dominica for
nicaretur Non enim instituit ecclesia
ut in festis cessaretur a terrenis offi
ciis que bona sunt ut in malis inte
derentur spiritualibus que meliora sunt
festa instituta sunt ad graciam sanctorum
acquirendam. et tales eorum mente pro
notant Tempus illius quod dei
servicio appreciatum est dedicant
dyabolis quia tunc maxime ebri
etati luxurie superbie lascivie et ce
teris viciis se coinquinant amplius
offendunt deum die dominica quam
per totam septimanam Iam videntur
implevisse in magna parte demones
quod intendebant videlicet quod festa vel
dies festos dei atque Sollempni
tates ecclesie in maiori parte similes
illis facte sunt quibus dicit propheta
Sollempnitates vestras odivit ani
ma mea facta sunt michi molesta la
boravi sustinens Et trenorum viderunt
eam hostes et deriserunt sabba
ta eius De inobedientia excommunicationis

Sequitur de inobedientia excommunica

tionis que valde timenda est quia excom
municatus est velut infernus huius
morbum infectivum quia a conspectu
hominum evitatur. nam lepra multum ab
hominibus timetur. quia morbus con
tagiosus est et multi sunt qui dicunt
alias infirmitates det michi deus si
placuerit sibi. sed a lepra me custodiat
Excommunicatio velud lepra spiritualis
est et in hoc excommunicatus deterior est ce
teris peccatoribus qui si aliquem peccatorem
loquor. qualiscumque sit excommunicatus
est excommunicatus non est michi periculum
sed excommunicatus magnum est periculum quod
est velud canis immundus cui non
licet intrare ecclesiam. et in ecclesia
deus magis offenditur quam talis in
trat ecclesiam. quam si unus canis
intraret ille qui excommunicatur sa
thane traditur et ab ecclesiastica
communicatione removetur. ita quod
non habet aliquam partem in omnibus
missis et in aliis bonis que fiunt
in ecclesia dei Illo peccato dyabolus
loquens in quodam demoniaco post mul
tas comminationes unius boni viri
dixit quod hoc erat peccatum quo plures
lucrabatur quia unus excommunicatus
una die quandoque facit peccare c
personas dum facit eas communicare
sibi Et nota quod ille qui communicat
excommunicato peccat in se mortaliter cum
communicat. et in illum retorquetur iniuria
excommunicatio lata est Iste peccat quod
non cavet se ab eo qui habet mor
bum contagiosum in quo videtur se
minus amare quam proximum suum
cui caveret ab alio proximo qui eciam
morbum contagiosum haberet In
eum cui communicat peccat quod cum
talis sit infirmus ad mortem subtrahit
aufert ei remedium. dum confessio
nem eius minuit per quam corrigi
debuit peccat eciam in eum pro cuius
iniuria excommunicatio lata est quia
aufert ei rem suam et quia potius

ciat societatem filiorum dyaboli
quam filiorum dei. ideo merito in inferno
socius erit dyaboli.

De indiscreto precepto

Sequuntur
de hiis qui indiscrete precipi-
unt. Indiscrete precipit qui
non utilitatem dei nec beneplacitum
subditorum sed propriam voluntatem in
precipiendo querit et potius prelati
deberent honera subditorum portare
quam gravare. Unde 28' Rmg
iugum ferreum super eos aggravatis quo-
honera potius portare deberetis.
Et nondum quod valde impii sunt pre-
lati tales qui enim inquinant ipsos
filios quos enim eis precepta faci-
unt tot laqueos ponunt. Unde accidit
quod quedam dyaboli non capit uno
laqueo capit alio. Tales enim prela-
ti a deo avertunt viam paradisi quia
deus aliquos vult ponere in viam para-
disi ponunt eos contra viam.

De spreto vane laudis

Sequuntur
de spreto vane laudis ac inanis
vane glorie. dat xpus in-
signe ubi duobus cecis aperuerat oculos
et dixit eis videte ne quis sciat. ab-
stat etiam discipulos repressit qui
gloriabantur de miraculis factis qui-
bus dixit. videbam sathanam qua-
si fulgur de celo cadentem. Multi et
antiqui patres fatuos se simulaverunt
ut tamen caverent a vana gloria. Unde
cum quidam senex in specula sua
requiescens rogaretur multis precibus
quemadmodum scolare sibi ministrante ut
benediceret ordinem fratrum esset super filium
suum defunctum. et tamen ille iret ad fi-
lius occurrerunt cum lampadibus
multi monachi ergo quia sanctus
homo erat. Et tamen sentiret senex
simulavit se stultum et spoliavit se
mittens quod vestimenta in flumine
et stans nudus lavabit ea. Quod

laris autem qui ministrabat seni e-
rubuit dicens ipso. Veritatem
senex noster perdidit sensum et ve-
niens ad senem quesivit quare hoc
fecisset et hominibus respondit demo-
nium habet senex. tunc respondit et
ego volebam hoc audire. quoniam e-
quod non curat homo qualis sit et qua-
lis dicatur. Unde 2B' Et quid alieno vel
quando unde xpus testimonio con-
temptus sim cuius nec impio nec in
probis nec laude dignus inveniar
si ante tribunal xpi iudicandus
astiterim merito de vita laude gloria
tibi sunt autem solius xpi iudicio
sum standum. Quante insanie est
inter vel alterius iudicio gloriari. a-
mator vane glorie ponit deo opera
sua facit ut ab hominibus videatur
et sic ydolatria. Jon. Cris. Quid po-
testis inde mercedis exspectare qui gloriam ab ho-
minem queritis et gloriam que a solo deo
est non queritis. Quod ante pri-
mitus quod aufert homini bona sua
et temporalia et spiritualia de temporalibus
patet tamen videamus per eos qui pen-
dere quantumcumque possunt dare propter
vanam gloriam. De spiritualibus au-
tem fex est hoc quod vana gloria au-
fert ea. Unde Jo. Pronon sicut si-
cut non potest ut herba nascatur
simul et semen ita impossibile est
ut laudem et gloriam habentes secula-
rem simul et fructum faciamus cele-
stem. Non solum bona aufert hoi
sed ea in malum convertit. Insinuitur
magna homines etiam ponit. Est
enim secularis dum malorum quorum
iudicia timet. et proprie hystrio
est. qui fingunt cum qualem
volunt. Statua format ut dicitur

Xi

quem vult pictorque figuratur. Unde
enim annuntiabant eum. quando quis
magnificat et pretiosa dat eis ve-
stes ... et alia multa ut ro-
dimat se ab eis ... Dei

expoliat ut tales qui sunt membra diaboli induat potest etiam hominem in magnam instabilitatem secundum illud Ps. Quam conscientias suas in alicuius linguis posuerunt modo in modo linguis hominum magni modo parvi videntur prout eas laudari vel vituperari placuit ipsi iuxta illud psalmiste ascendunt usque ad celos et descendunt usque ad abissos ipsi sunt quasi galli cetera in turribus posita qui ad omnem ventum moventur Humana gloria maxime cavenda est in sanctitate dei quia B[ernardus] ut ali quantulum facile humanae laudi non appetere difficilimum autem oblatum respuere De gloria vera et vana

Notandum quod gloria dividitur in ueram et vanam. Vera vero dividitur in veram veriorem verissimam. Vera est bonum testimonium conscientie quando scilicet aliquis in nullo peccati sibi conscius est secundum apostolus Gloria nostra hoc est testimonium conscientie nostre. Verior est quando dulcedo spiritus sancti testimonium dat spiritui nostro quod sumus filii dei. Verissima est gloria eterna. Vana gloria dividitur in diabolicam et humanam. Diabolica est quando aliquis gloriatur de malicia sua unde David Quid gloriaris in malicia qui potens. Humana gloria apparet in pulcritudine vestium et similibus que comparantur lumini quod de nocte apparet et in die non quale lumen habent vermes que dicuntur noctilucae et ligna putrida Erit apparent divites homines seculi nunc lucidi et clari dum nox ignominie et tristitie in futuro seculo eos tenebrositas apparebit quando erit dies domini magnus et manifestus scilicet in die iudicii Comparatur etiam gloria ista hirundini que cum predicta est et volo assume volat. Volatur enim gloria transit lumen mundi et despecta esse videtur. Cum gloria vana ab hominibus multum contempnenda sit precipue tamen a claustralibus quod prima virtus monachi est iudicia humana contempnere Non solum dei gaudent claustrales cum laudantur ymo etiam deberent turbari sicut beata virgo cum dixisset ad eam angelus Ave gratia plena dominus tecum benedicta tu in mulieribus turbata est in sermone angeli Remedium contra hoc peccatum est absconsio unde Inmitaturum Sicut thezaurus manifestus cito minuitur ita et virtus deperit quelibet publicata vicina sicut cera liquit a facie ignis ita et anima plausibus resoluta perit a bono intentione sua hoc remedium significatum est Exodo Chymam manna que reposita erat et cum in vasa esset insitum vermibus facta est ibi sana G[regorius] Ille debet publicari bonum opus ut perfecta humilitate fundatur etiam ulla elatione contingitur homo cum laudatur descendat ad propriam voluntatem sic enim solent facere equitantes quando nimius ventus flat et ipsi per aliquem pontem descendunt ne ventus eos noceat Sic qui laudatur recurrere debet ad infirmitatem suam et videbit se falso laudari et sic potius erubescet quam glorietur Prov[erbia] Qui falso predicant necesse est ut suis laudibus pereant Exemplum Quidam frater requisivit abbatem pymonem Si melius esset vendere quam in aliis

irmanie Respondit abbas homo si semp
reprehendit vbiq; vt maneat ant consi
stere si autem se magnificat intrinsecus
stat Item remedium contra eam e
consideracio eterne glie quia secundum Gregorium
vilescunt tempalia quando consi
derantur eterna et spiritualis vana gloria
si consideretur. Tercio quando homini
offertur gloria ipsa eam auferret tangi
gloie cuius e dicens Non nobis domine
non nobis sed nomini tuo da gloiam
Sic fecit Ioab princeps milicie qui
scripsit dauid ad dauid cum caperent
cpst rabas veniat congregata reli
quam ptem ppli et obside ciuitate
et cauē ne cum a me vastata fuit
vrbs nomini meo ascribatur victo
ria Bernardus fidelis teneat famulus
es si de multa gloria domini tui etsi
non accuite ad tamen transeunte
per in manibus tuis adhere non
contingat Si quis sup pauca
fidelis inuenitur ipse sup multa bo
na domini sui constituetur. auana
gloria procedit ypocrisis quia qui amat
vanam glam simulat ypocrisis e
symea dyaboli volent imitari fili
os dei faciunt ad sui derisionem
ipse facit ad sui iugulacionem sicut
refertur de quadam symea que cu
vidisset quomodo quidam rasisset
postea volens imitari eum iugula
uit se Item ipse est sicut sepul
crum exterius dealbatum intus vero
plenum ossibus mortuorum Item
similis e vasi exterius mundo inte
rius sordido Item similis e aguo
exterius candido interius habenti
nigras carnes Est etiam sicuti
latro qui asinis cum duo prepen
dit et sicut Symon cyreneus
crucem ferens aliena Unde Bernardus fa
ciens fructum et non sum ypocrite
quiam Symone cyrineo cruce

ferunt sed non suam qui amore glie
qui non amant facere compellunt
Et hii sunt martires dyaboli qui
sicut sancti mortificant se propter deum
sic isti propter dyabolum De mace
rant enim facies suas attenuant
ut appareant hominibus ieiunantes
Sunt etiam sicut poma que inue
niuntur in arboribus que sunt circa
mare mortuum que usque ad maturi
tatem sunt viridis colore mature
si inciderentur fauillas intus inuenies
videntur etiam opa eorum meritoria et
sed infinito erunt materia ignis infer
nalis Prium illud hominem occidit
videntur enim ypocrite enim esse viui
anime cum ipse mortui sunt Unde
Apocalypse Scio opa tua quia nomen
habes qui viuas et mortuus es Hic
deinde de inuidia dicendum est sequitur

Post vicium supbie dicendum
est de inuidia quia ipsa e fi
lia supbie secundum Augustinum Inui
dia est dolor aliene felicitatis Ad
detestacionem huius vicij primo fa
cit hoc quod vicium istud est in spiri
tum sanctum. secundum unam accepcionem dici
tur peccatum quod est contra bonitatem dei
que spiritui sancto appropriatur. et sic
omne peccatum quod e ex certa malicia
peccatum istud e in spiritum sanctum obsti
natum enim peccat in spiritum sanctum quia in
bonitate dei que enim ad penitenciam
expectat que cum quamuis hostis
est eius pastus et vestis et a demo
nibus defendit qui enim ingularent
et ipse ingratum bonitati dei compu
gnant. et a bonitate dei colligit
malicia et ex misericordia malicia
inrigat sibi iram Sic ergo ma
nifestum est quia inuidia e peccatum
in spiritum sanctum et ideo valde ma
gnum Unde dicitur Qui dixerit
contra spiritum sanctum non remittetur
ei neque in hoc neque in futuro seculo

Peior est Inuidia quam auaricia
Auarus enim si non vult communicare
bona tamen vult quod alii communicent
ea. Inuidus nec vult communicare bo
na sua nec vult quod alius communicet
ea. Inmensitatem diuine bonitatis
vellet deo se coartari quam sibi vellet
esse largam omnibus aliis amarum
Peior est inuidia quam ira iracundi
quamuis enim homo iratus vt occidens
alium velit malum proximi sui tamen
mala voluntas eius ortum habet
proximi qui eum offendit. vnde pro
ximo culpabilis est. sed malicia inui
di que vult malum proximi ortum
habet ex propria malicia. sola superbia
qua vult illum non pacificari et
vult malum proximi omnino absque
culpa est. hoc vicium peius ma
lum est quia cum dyabolus capit ho
mines in aliis viciis ipse ad aliquam
delectacionem ponit tamquam escam
Sed inuidos miseros capit quasi sine
esca delectacionis. Inuidia est dolor
et amaritudo. vnde miserabile est sibi
in inuidi qui dolorem suum ponunt
ceteris viciis qui dolore et cruciatu
cottidiano dolorem eternum me
rentur. Istud vicium dyabolicum
est Et dyabolo assimilat. vnde
Sapien. Inuidia est e dyaboli
mors intrauit in orbem terrarum.
imitantur autem eum qui sunt ex parte
illius ad litteram. Dyabolus vero
parentes nostros seduxit. voluit quod
inuidebat eis de regno celorum quod
ipse perdiderat et propter eandem causam
adhuc homines impugnat. Quos
hoc vicium cor alicuius occupauit
iam ille nullum scelus abhorret
Non parcit innocenti non timet ho
micidium vel fratricidium nec parricidium

sicut dyabolus non pepercit parentibus in
quorum mortem eos precipitauit. Inuidia
excitatus non pepercit Cayn Abel fra
tri suo innocenti quem eciam occiderat
Non pepercerunt filii Iacob fratri
suo Ioseph innocenti quem eciam ven
diderunt quia inuidebant ymmo et vo
luerunt occidere eum. Volebat eciam
Saul perdere Dauid qui valde vti
lis erat sibi quia inuidebat ei.
Voluit Iudei perdere Christo. quem fece
runt eum occidi sola inuidia exci
tati sunt. vnde Marcus xv. Scie
bat enim Pylatus quod per inuidiam
tradidissent eum. Infelicitas eciam
Inuidorum patet in hoc quod ipsi profectu
aliorum deficiunt et melioratione
deteriorantur. vnde Gregorius. Inuidi
debent perpendere quanta sunt cecitatis
que alieno profectu deficiunt aliena
leticia contabescunt. quante eciam
infelicitatis qui meliorationem pro
ximi deteriores fiunt. Inuidi adeo
sunt infelices quia ipsi amittunt
quod alii lucrantur. De sanitate
aliorum infirmantur. Bonitate mo
riuntur et sicut deum diligentibus omnia
cooperantur in bonum ita inuidis omnia
cooperantur in malum. Inuidus aliorum
profectum suum reputat defectum. vn
de Iudei dixerunt de domino. videtis
quod nichil proficimus ecce mundus totus
post eum abiit. Inuidia est sui me
dax quanta sunt felicium hominum
gaudia tanti sunt inuidorum merores
Inuidus pocius vult carere de bono
quam habeat socius in hoc pocius
vult habere socium in miseria quam
in felicitate sicut patet exemplum
de quodam rege qui concessit cupido
auaro et cupido inuido munus
quod eligerent ita tamen quod secundum eis

qui posterior peteret duplicaretur et
cum uterque differret petere petere
precepit rex unum ut peteret qui pe
tiit ut erueretur sibi oculus volens
ut primo eruerentur ambo. Sic nolunt
eum petere aliquid boni ne primo
illius duplicatum accipet. Secundum
est signum quo dyabolus suos cogno
scit. Unde sicut dominus dicit discipulis
suis in hoc cognoscitis omnes quia mei
estis discipuli si dilectionem habueritis ad invicem. Sic
dyabolus dicit discipulis suis In hoc
cognoscitis omnes quia mei estis dis
cipuli si invidiam habueritis invi
cem. Invidi frequenter mala morte
moriuntur. Unde Ecclesiasticus laqueo peribunt
qui oblectantur casu iustorum
dolor autem consumet eos antequam
moriantur. laqueo peribit qui impin
git se perit. Invidia vermis est qui
arescere fecit ederam Ione. Ion
as interpretatur domini columba et
significat aliquem hominem quibusdam
edera vero prosperitas ipsius est quam
vermis invidie vult consumere quan
to enim invidus videt aliquem prosper
ari tanto vellet eius prosperitati adu
ari. Et nondum est exultatio invi
di est quasi gaudium hereticorum
qui gaudent unde flendum est. Immo
gaudium dyaboli est cum sic de ma
lo alterius non erit impunitus. Proverbia
gaudio proximorum. Qui in ruina le
tatur alterius non erit impunitus. Et
Iob Si exultavi ad ruinam eius
qui me oderat et exultavi quia
invenisset eum malum. Simplex ma
lum michi accidit. Remedium contra
invidiam est meditatio eorum que sua
dent nobis dilectionem fraternam que
sunt quatuor. Primum est ~~fraternitas~~
fraternitas naturalis que est inter homines
omnes enim descenderunt de uno patre
ad commendationem dilectionis. ¶

Secundum est fraternitas spiritualis que
est inter christianos quia nati ex uno
patre deo et una matre ecclesia et
eandem hereditatem celestem divisuri
sunt et quanto plures dividunt
eam tanto maior erit portio unius
cuiusque eorum vix posset plene.
enim quantum aliquis habebit
gaudium de gloria unius qui suum erit
salvus. ¶ Tertium est societas spiritua
lis que inter fideles socii enim sunt
militie eodem campo. ¶ Quartum est
quod ipsi sunt membra unius corporis
cuius Christus est caput. Unde apostolus Sicut
in uno corpore multa membra ha
bemus omnia autem membra non
eundem actum habent ita multi unum
corpus sumus in Christo. De ira capitulum

Post invidiam dicendum est
de ira quia tam superba quam
invidia est occasio ire. Ad
detestationem vero huius peccati pos
sunt valere primo verba fratris scrip
ture videlicet ut est illud Genesis Ne
irascimini in via. Verbum illud est
Ioseph ad fratres suos euntes ad
patrem. Sic et nos fratres sumus
euntes in via ad patrem nostrum
celestem et mortem tendentes
qui iustitiam nobis plenarie ex
hibebit singulis diebus unam ma
gnam dietam facimus ad mortem
magni et ideo debemus esse in pace
Unde dominus Esto consentiens ad
versario tuo cito dum es in via ne
forte tradat te adversarius tuus iu
dici et iudex tradat ministro et in car
cerem mittaris. Amen dico tibi non
exies donec reddas novissimum qua
drantem. Leviticus Non queras ultionem
nec memor eris iniurie civium
tuorum. Magis timeri debemus super
ab ira quam a quocumque homine

aufferenda est ira a corde quia est ignis
infernalis bona anime comburens Ita
ad modum tenebris oculum cordis im
pedit Unde Katho Impedit ira animum
ne possit cernere verum Secundum
quia ira deo displicet diabolo pla
cet homini nocet Ira propter multa
displicet deo primo quia hospitium
eius turbat Unde Paulus Nolite
contristare spiritum sanctum Dicit
Primum ira animum pulsat spiritum sanctum a
suam habitationem conturbat Se
cundo quandoque patrem et filium
et spiritum sanctum a suo hospitio ex
pellit et diabolus introducit yma
ginem dei in templum eius ponit
Unde super illud ponit Job Verum instu
interficiet iracundia Dicit Gregorius quam
suetudo in nobis ymaginem dei si
gnat qui semper tranquillus est set ira
dissipat quem multis virtutibus ornat
dum quietem mentis tollit spiritus
sanctus ibi non quiescit Et ante
multum displiceat deo cum ymago
eius ab homine dissipatur ostendit
propheta quod dicit Augustinus super illud
in civitate tua ymaginem ipsorum ad
nichilum rediges Deus in civita
te celesti quia ipsi in sua terrestri civi
tate ymaginem eius ad nichilum
redegerunt Tertio displicet
quia aufert sibi dominium suum
in homine et diabolum facit ibi do
minari homo iracundus quodammo
do dominum se facit dum vindictam sibi
usurpat quam deus sibi retinuit
dicens mihi vindictam et ego retribuam
dicit dominus In Deutro Diabolo
etiam placet quod valde potens
est ad impugnationem hominis et de
structionem boni homo iratus
non timet facere preceptum domini
dyaboli quantumcumque peccatum magnum

non parcit uxori non parcit filio quem
quandoque proiciat eum in ignem
Item deo et matri eius non parcit
quin contumelias eis afficiat hoc
peccatum non lucratur diabolo solum
hominem sed totam domum et villam
et quandoque totam provinciam ho
mo iracundus est velud spiritus ignem
ore vomens comburens illos qui sunt
iuxta se omnia mala que inferunt
sibi homines invicem procedunt ex ira
ideo debet se homo temperare ab
ira Tertio iracundus homo est amicis
suis et familiaribus Ita anime
nocet omnia mala introducendo
Unde super illud Proverbiorum Iracundus
provocat rixas dicit glossa Ianua
omnium viciorum est iracundia qua
clausa virtutibus interius da
bitur quies aperte ad omnia facinus
armabitur animus Unde Proverbiorum
Qui ad indignandum facilis est
erit ad peccata pronior Quarto quia
homo iracundus est velud lignum
domum habens cui quandoque acci
dit quod immediate dimus et remanere
nichil habet quia ignis sibi abstu
lit totum ita homo iracundus
ad sibilum unius ubi gratiam quam
habebat perdidit dum in iram vel
odium cadit homo etiam iracun
dus quasi demoniacus vel arrepti
cius est Unde figurari potest per demo
niacos duos qui occurrerunt domino
~~…~~ sevi nimis ita ut nemo
posset transire per viam illam ho
mo iracundus est velut aper in gladium
vel odium semetipsum impingens
Stultus est qui propter iram vel odium
se vindicat talis volens suum sa
nare vult de alieno vulnere
sanitate malicia parit infirmitate
qui alieno malo querit bonum

quod idem est ac si inquireret quedam a
quam et inspiraret iras et intribu
lis fictis hanc stultitiam insinu
at Augustinus dicens: Lesus et nimiam
passus vindictam vult cum pena
eiusdem procedere non possit aliena.
De aliena pena querit sibi medica
mentum et acquirit grande tormen
tum. Talis vindicat se cum periculo
anime et in tedium corporis et cum
labore multo et expensis et cum non
potest se vindicare ad plenum crea
tor enim vindictam quam ipse potest
sumere est mors et anime hostis sui
et corporis. Unde proverbiorum: Ne dicas ma
lum reddam pro malo expecta dominum
et liberabit te. Liberabit inquam te
a labore et expensis et periculo cor
poris et anime et debito vehemen
ti te obligares vindicando te. Maxima
insania quod homo velit se occidere
ut animam hostis sui occidere possit.
Si autem expectaret dominum plene
vindicaret eum hostem eius infer
nali periculo affligendo. Non oporte
ret ut quis appetat vindictam de
hoste suo qui sibi inimicatus est quoniam
nisi ipse penituerit deus tantam vin
dictam sumet in eo quod totus mundus
satiabitur inde. Unde Ysaias: Vermis
eorum non morietur et ignis eorum
non extinguetur et erunt usque ad
satietatem visionis omni. Nullus enim
est ita insatiatus qui in compassi
one moveri erga illos qui in inferno
cruciantur. Si sciret qualis est
cruciatus ille qui in libro Regum. De
divite illo qui hoc fecerat sine causa
quod compassus sit fratribus suis
timens ne veniret in locum sim
tormentorum. Apertus enim erat iam

civitas infernalem. Si sciens singulis
horis membratim dilaniaret ipse
non tantam penam sustineret quan
tam ille qui cruciatur igne infer
nali. Item si totus mundus cogitaret
quo puniret aliquem et ille totum
posset sustinere ipse non posset eum
tantum punire quantum deus pu
niet uno verbo quando dicet: Ite
maledicti in ignem eternum. Nisi
sciret deus cruciatum illum ita
gravem esse non sustinuisset crucia
tum passionis ut nos essemus li
beri a cruciatu illo. Item talis di
cit orationem dominicam ipse ma
ledicit sibi in illam verbum modum lo
quendi dicendo: dimitte nobis debi
ta nostra sicut aliquis dicens: Quit
me deus adiuvet sicut verum dico.
Augustinus: Si non dimittis iniuriam
que tibi facta est non orationem
pro te facis sed maledictionem induc
super te cum dicis: Sicut et nos di
mittimus debitoribus nostris. Unde dominus:
Si dimiseritis hominibus peccata eorum
dimittet et vobis peccata vestra pater
vester celestis. Et per contrarium si non
dimiseritis nec ipse remittet vobis.
Unde Ecclesiastici: Dimitte proximo nocenti
te et tunc deprecanti tibi peccata sol
ventur. Ibi dicit in glossa: Indi
gnum est deum esse ei propitium qui
vindictis est intentus. Augustinus: Unus
quisque talem indulgentiam accep
turus est a deo qualem ipse fecerit proxi
mo suo. Orationem illius qui non vult
fratri suo dimittere despicit deus. Ecclesiastici:
Homo homini quem servat iram
a deo querit medelam. In homine sibi
similem non habet misericordiam et de
peccatis suis ipse deprecabitur. Ipse
dum caro est sibi servat iram

et precatorum petit adeo. Vnde solum tali-
um oratio adeo despicitur vnde eciam
oblatio. Vnde dominus: Si offerimus
munus tuum etc. Item talis conqueritur
de fratre suo quod fecit sibi vel dixit
tempore insanie et vult inde vindicari
quod est stulticia quam nobis insinu-
at Ieronimus dicens quale dicere loquitur
supple ita tu dicis michi. Et sub-
ditur mouet secundum hoc insanio faciunt
vere morbo faciunt. Vnde Ihesus
dixit ad patrem: Dimitte illis nes-
ciunt enim quid faciunt. Si aliquis
haberet fratrem insanum qui ei con-
tinuam diceret vel alapam daret vel
ex alia parte corpus gladio infigeret
tamen magis doleret de malo quod frater
suus insanus sibimet faceret
quam de hoc quod ab eo sustinet. Sic
qui iniuriam patitur magis deberet
dolere de peccato iniuriantis quia de in-
iuria sibi illata. Vnde in actibus legitur
de sancto Stephano: Et posuit ge-
nibus in lapidantibus suis orauit.
Quando autem orauit pro se non le-
gimus flexisse. Non debet aliquis
admirari vel indignari si cecus
in eum mingat secundum Paulus debet
irasci quia sibi ab eo non tamen
volens cecus est homo irato adeo
debet cauere sibi ille qui irato non
est ne eum offenderet. Diligendi
sunt peccatores tamquam beneficiis.
Vnde dominus: Diligite inimicos
vestros benefacite hiis qui oderunt
vos benedicite maledicentibus
vobis. Et apostolus: Benedicite persequen-
tibus vos benedicite et nolite ma-
ledicere. Quibus dicitur benedicendi
sunt quia nos bonum faciunt et
quia aliter communicationem corrup-
tam adeo dicit dominus vis vindi-
care magna stulticia est cum
terrarum mundi amorem suum venalem
habeant volunt tamen vendere
qui carius emerit eum scilicet deo. Et
ipse amorem suum venalem habeat
patet quod noluit amare nisi filios
beneficos et sic amantes voluit a-
morem emere vel aliquod beneficium
precio amoris secundum si ipsi pro deo inimi-
cos vellent diligere valde care eme-
rent amorem eius. Dabit enim pro
illo amorem suum et regnum celo-
rum dixerint aliquem se amasse
propter eum illos qui certamine eciam
miris defendebant se ne amarent
tunc dicet deus Ihesus amorem
vobis dabo venite benedicti patris
mei percipite regnum et cum ad hoc
pertinet quod dicit deus: Si diligitis
eos qui vos diligunt quam mercedem
habebitis nonne et publica-
ni hoc faciunt. Et si diligitis eos
qui vos diligunt que vobis gratia
et post verumptamen diligite inimicos
vestros et sequitur et erit merces
vestra magna. Cum homines ita
sciant lucrum immotum esse quod
nolunt adeo lucrari et amorem
suum nolunt dare precio eius
quem darent alicui homini pro
modico beneficio.

De ira bona

Notandum quod quedam ira
bona est qua homo irascitur
vicio. De qua Gregorius: Me-
lior est ira risu quia per tristiciam
vultus corrigitur animus delinquentis.
Quedam est subita est et sine de-
liberacione que venialis est.
Alia vero que cum deliberacione
et consensu racionis que mortalis
est et si inueterascit hodium di-
citur inductur peccatoris. Apostolus dicens: Sol
non occidat super iracundiam vestram
odium est specialiter contrarium caritati

que est maxima virtus maxime
placens deo et maxime displicens
dyabolo Et maxime displicet
dyabolo patet ex verbo Gregorii di
centis non antiquus hostis ut terrena
nobis tollat sed ut caritatem nobis au
ferat De placencia vero dei manife
stum est per hoc quod dicit hoc est preceptum
meum ut diligatis invicem sicut
dilexi vos. Fatuus est qui unam in
iuriam non vult remittere ut mille
vel plura peccata remittantur ei Guerra
frequenter veniunt guerre a quibus
homines debent abstinere propter multa
mala que inde proveniunt Primum
malum est odium de una guerra
quandoque sunt mille homines in
peccato odii et illa iuncta libri canonici
ioh sunt homicide Secundum inde
homicidia et frequenter illi qui mo
riuntur morte eterna quod dampnum
irrecuperabile est Tercium etiam
inde incendia locorum sacrorum et non
sacrorum rapine et furta. Consilia a
gricolarum fines efficiuntur. Filie prostituuntur
obmittuntur etiam multe
elemosine et alia bona impedimenta
precipue malum infertur hiis qui
non meruerunt Si ignari illi
malum reciperent qui in culpa
sunt hoc tollerabile esset. sed illi
paciuntur nichil recipiunt mali.
Innocentes vero dampnantur quia
quidquid delirant reges plectuntur
achivi In hoc tyranni huius mundi
similes se habent cum dyabolo in
inferno illi enim non nocent nisi
illis qui meruerunt tyranni vero
ignari suis pravis nocent aliis
qui innocentes sunt et malum fre
quenter inferunt pauperibus ma
gis dampnatur aliqua paupere
mulier quando omnia bona aufert
ei quam duces cum tenent marte

auferunt Vix est quin male acci
dat eis qui guerram faciunt aut
enim malum infertur eis et sic ma
le eis accidit aut ipsi inferunt
aliis et tunc deterius eis accidit
Melius est enim mala sustinere quam
mala facere Unde proverbium Stolidum
est humiliari cum mitibus quam
dividere spolia cum superbis Si
aliquis guerram facit ut sua re
cipiat plus valet quod in guerra ex
pendit quam quod acquirit Quando
quis guerram facit ut vindicet vel
fratrem vel cognatum suum occisum
nulla utilitas ex hoc sequitur illi
qui mortuus est Melius esset de
functo ut peccatorem ut homicida
penitentia cuius esset ad partes trans
marinas vel processio esset cum ministris
dei super mortuum cum aqua benedic
ta et cruce et non cum igne male
dicto et lanceis et vexillis ministris
dyaboli Oritur multotiens fit
a guerra debet homines cohibere
miseria quam sustinent quando
guerram faciunt Ipsi enim incedunt
armati de nocte in fame et siti
et frigore si tantum sustinerent
pro deo quantum sustinent pro dyabolo
magni meriti essent apud deum
Quis contricio et infelicitas in
viis eorum et viam pacis non
cognoverunt Quandoque enim illi
qui fortiorem se credit deterius
ei accidit in bello Unde in Regum
Varius est eventus belli et nunc
illum consumit gladius Si ali
quis fortis est ipse invenit eque
fortem Unde Ieremias fortis impegit in
fortem et ambo pariter corruerunt
Si aliquis malus est vix erit
quin aliquem eque malum inve
niat Unde proverbium Semper nu
gia querit malus angelus aut

crudelis mittetur contra eum vel per
hanc veram quando dyabolus ad eum
mittetur ut eum deferat in infirmum
vel inferni quando aliquis homo eque
malus mittetur ad reprimendam ma
liciam eius vulgariter quod canis
bellicosus defert aures laceratas
vulneribus et frequenter accidit quod
qui amant bella moriuntur gla
dio unde dixit Samuel ad Agag
regem amalech sicut fecit mulieres
absque liberis gladius tuus sic absque
liberis erit inter mulieres mater tua Sa
pientes sunt qui timent guerras
et tantum amant pacem unde
Salomon quia sapientissimus fuit
regnum suum in summa pace tenuit
quadraginta annis. unde et hoc
nomen habuit salomon quia enim
Salomon interpretatur pacificus Christus
etiam rex pacificus pacem dilexit
et dilexit quod per hoc ostenditur quod possi
est voluit nasci in hoc seculo dum erat
universus orbis pacificus sunt et du
ravit duodecim annis et etiam
ad huc non vult habitare nisi in
pace unde psalmista In pace factus est
locus eius. et tam cito cum natus
esset denunciaverunt pacem hominibus
in multitudine angelorum dicente
Gloria in excelsis deo Et in terra pax
hominibus bone voluntatis Item
procedente tempore pacificos filios
dei dixit ibi Beati pacifici quoniam
ipsi filii dei vocabuntur Christus etiam
discipulos suos dedit eis mandatum
cum exortatione ad pacem dicens
In quamcumque domum intraveritis
primum dicite pax huic domui
Resurrectionem etiam discipulos dixit
eis pax vobis pacem etiam in cena
dilexit quod pro nostra pace mori
voluit ut nos reconciliaret deo
martirizari voluit natura inf

ne ut pax ista reformaretur ad
hunc etiam paratus est pacem petere
eius valde carus Inquantum enim
quis peccavit et si ipse penituerit
deus paratus est ei dimittere omnem
iniuriam offensam et eius pacem
illius regno celo honorabilis
est ita pax peccatori si haberet
deum in suo carcere non deberet
pacem honorabilem abcorrepcione
et ut breviter dicam spirituale offici
um dei sunt ibi plus quam triginta
in annis unde apostolus Deus est pax
mea qui fecit utraque unum et
propterea deberent homines pacem
amare et guerram vitare

De peccato incendiariorum

Sequitur de peccato incendia
riorum Incendiarius dicitur
qui incendit auctoritate
propria civitatem vel villam vel
domum vel segetes vel rem similem
malo studio vel pro vindicta Si
autem hoc faceret auctoritate
illius qui habet potestatem incendendi
illum bellum non indicavit mereat
diutius a quo guerra esset iusta
Septem sunt que deberent homines
cohibere a peccato isto Primum est
quod peccatum istud dyabolicum est Dy
abolus enim in inferno igne inferni
cruciat homines sicut ipsi faciunt
in isto mundo unde cum dyabolo
assimiletur in facto merito assimi
labitur ei in tormento Secundum
est peccatum quod istud nimis malicie est
et nullius utilitatis Si peccatum rapine
vel furti aliquid habet lucri
peccatum incendii nichil Nullus
etiam sterilitatis est cum aliter posset
dici facere Primum sufflatores
ignis infernalis homines sunt viles
persone quo non erunt viles
persone sufflatores ignis infernalis

diaboli sine culpa sunt pauperes quorum
domus incenduntur. Et propter solam su-
perbiam dominorum fit. Unde Ps. Dum
superbit impius incenditur pauper.
¶ Tertio debet cohibere homines
a peccato isto hoc quod peccatum istud
valde dampnosum est proximo. Pau-
per enim homo exheredatur quia
domum suam amittit. et oportet
eum et uxorem suam et familiam
mendicando ire per domos aliorum. In-
terdum accidit quod nunquam redibit
in pristinum statum et quod filii eius de-
hac causa fures efficiuntur et filie
prostituuntur. et ille qui domum incen-
dit reus est omnium peccatorum que occa-
sione illius incendii fiunt. ¶ Quartum
est quod debet cohibere homines ab hoc
peccato quod peccatum istud valde dampno-
sius est illi quam proximo. Unde re-
fert G. in dialogo. ¶ Cum quidam
incendisset messem cuiusdam viri
sancti nomine Stephani et quidam
videns messem illius combustam
venit ad illum dicens quod messis sua
esset combusta adiungens et di-
cens. Ve ve pater Stephane quid con-
tigit tibi. Cui ille placide respon-
dit. Ve quod illi contigit non mi-
chi quod contigit. Ille qui credit do-
mum incendere alienam incendit suam.
Sua enim est domus que ad emendandum
et sibi amittitur quia cum incen-
diarius apponit ignem ad combu-
rendum domum sibi preparat ignem
eternum. ¶ Quinto debet cohibere ho-
mines a peccato isto hoc quod peccatum istud
multa impedit a salute auctores
suos et propter restitucionem domus
incense quam oportet eum facere
et propter maledictiones que fiunt
et quando enim pauper homo aliquem

defectum habet occasione illius
incendii vel videt parvulos lugen-
tes in alieno hospicio ipse maledi-
cit ei qui domum suam incendit et
maledicto defert incendiarium
in ignem eternum. Unde Eccli. Male-
dicentis tibi in amaritudine exau-
dietur deprecatio exaudiet autem
illum qui fecit eum. ¶ Sexto debet
homines cohibere a peccato isto pena
magna qua in presenti puniuntur
incendiarii. pena autem eorum secundum
leges est ut qui dolo ignem apposuerit
igne cremetur aut capite puniatur
nec debet absolvi nisi dampno re-
stituto et prestito iuramento quod
ignem ulterius non apponat. Aliquando
puniuntur in hoc quod frequenter
mala morte moriuntur. Unde
legitur de Absalon ij Re. xiiij fecit incen-
dere segetem Joab qui postea suspensus fuit
et occisus tribus lanceis infixis
in cor eius. Legitur eciam Judicum
xv Sampson incendit segetes
philistinorum. qui postea captus est
a philistiis et excecatus et asinus
ipse interfectus. ¶ Septimum debet co-
hibere homines a peccato isto quod ma-
gna pena puniuntur in futuro. Unde
Dominus dicet. Ite maledicti in ignem
eternum. Et subditur causa eterne
sue dampnacionis. Hospes eram
et non collegistis me. Si dominus pu-
niturus est igne eterno eos qui in
proprio hospicio non receperunt eum
qualiter credendum est eos qui in proprio
hospicio non receperunt eum qualiter
credendum est eos esse puniendos qui
hospicium domum in quo ipsi nichil
habebant. Quanto magis combusserunt cremato
in futuro eternaliter incendiarius quia
ipse hic alios cremavit. De
preda hominum

Sequitur de peccato homicidii hoc
peccatum est quasi contra na
turam. quia natura docet
animalia diligere ea que sunt eiusdem
dem speciei cum ipsis. Unde Eccli.
Omne animal diligit sibi simile
Mirum ergo est quomodo homo
possit alium hominem occidere cum non
doceat unum lupum alium lupum
diligere est enim multum contra natu
ram. Dictat enim racio homini quod
non debet facere alii quod sibi odit
fieri. Unde cum ipse super omnia mor
tem odit habeat ipse super omnia
cavere debet ne mortem inferat.
Istud peccatum dyabolicum est Et
dyabolo assimilatur qui homicida
erat ab inicio sui corporis Et propter
parentum mortem hoc peccatum frequen
ter imitatur nos mors. Unde dicitur
Omnis qui acceperit gladium gla
dio peribit. Et Gen. Omnis qui
effuderit sanguinem hominis
effundetur sanguis illius. Tales
maledicti sunt a domino. sicut cayn
qui abel occidit. Ad quem dicitur
Ecce vox sanguinis fratris tui
abel clamat ad me de terra male
dictus eris in opere tuo etc. Cum opera
tus fueris terram non dabit fructum
suum vagus et profugus eris super
terram. Et notandum quod quatuor
peccata dicuntur clamare ad dominum
scilicet oppressio innocentum. Unde Exo.
Clamor filiorum israel ascendit ad
dominum et peccatum Sodomorum. Unde
clamor Sodomorum et Gomorrorum
multiplicatus est. Item detencio
mercedis mercenariorum. Unde Ja
cobi. Ecce merces operariorum vestrorum que
fraudata est a vobis clamat et
clamor eorum in aures sabaoth in

troivit. Item peccatum homicidii. Unde
vox sanguinis tui abel clamat
Terra vero de peccatis prenotat. Ideo
ad dominum clamare dicuntur que sunt
homicidium. In peccato enim contra
naturam effunditur quod potuit esse
materia humani corporis et ideo
est homicidium. In oppressione vero
innocentum et detencione mercedis
aufertur pauperibus vita illorum
et ideo illud quasi homicidium
reputatur. Unde Eccli. Panis ege
num vita pauperum qui defrau
dant illum homo sanguinis est.
Et ibidem Qui aufert in sudore labo
rum panem quasi qui occidit pro
ximum suum. Item qui fraudem facit
mercennario. et qui effundit san
guinem fratres sunt. Ab hoc peccato
debet homines cohibere quia filii dei
sumus. Et non dominum apparet quod ergo
Et dicitur Patrem nolite vobis vo
care super terram. unus enim est pater
vester qui in celis est. Igitur qui ali
quem fidelem occidit filium dei
occidit quod constat nimie temeritatis
esse quo ante conspectum dei stare
audebit qui filium dei occidit
Item homo angelum deputatum
sibi ad custodiam cum committi
facit qui hominem occidit vel
iniuste manus in eum mittit
Unde dicitur Videte ne contempnatis unum
ex pusillis. Dico enim vobis angeli eorum.
Si quis verberaret aliquem
militem de mensa magni prin
cipis sibi ad custodiam deputatum
non parum offenderetur princeps
quantum ergo putandum est of
fendi rex celestis quando ille oc
ciditur vel verberatur cui ipse de
angelis suis unum ad custodiam
deputavit qui sunt quasi milites

conuersa corporis. Item ad similitudi-
nem dei creatus est homo. Certum
est ergo quomodo audet destruere
creaturam illam quam deus ad si-
militudinem suam creavit. Digna-
tus est creare. Si aliquis artifex
tantum amorem habet ad opus suum
quod parum dolor est quod non potest
sustinere quod etiam aliquis ei detrahat
quantum deus putamus esse amatorem
creature illius quam creare voluit
et ad similitudinem suam. Et quanti
offenditur in eius destructione que
non solum creavit set sanguine suo
etiam redemit. Unde petrus: non corrup-
tibilibus auro vel argento estis redemp-
ti de vana vestra conversatione set pre-
cioso sanguine agni incontaminati et immacula-
ti ihesu christi. Hoc precio redempta homines
apprende ne nobis vilescat. Et no-
tandum quod homicidium ministrorum domini
aliquod periculosius est quam homici-
dium iustorum. Cum scriptum sit quod
mors peccatorum pessima. De morte
vero sanctorum scriptum est preciosa
in conspectu domini mors sanctorum
eius. Peccatorum mors pessima est quia
est velud quedam porta per quam in
infernum intratur. Et est quedam
transitus ad mortem eternam. Mors
vero sanctorum est velud quedam por-
ta per quam fit egressus a miseria
huius mundi. Et ideo non solum magnum
est peccatum iustorum homicidium verum etiam
impiorum nisi hoc fiat imperio dei.
Imperio autem dei fit quando fit auctoritate
divine legis. Peccatum homicidii tam est
quod Cayn ponderositate eius non valens
sustinere dixit verbum desperacionis:
Maior est iniquitas mea
quam ut veniam merear. Certum
est postquam humana natura con-
iuncta sunt et unita divine quod
aliquibus aliquid sunt unita manum
in hominem mittere. Si enim offendendo vel ver-
berando nisi divino imperio. Quando
aquila imaginem impressit alicui regi de
regno illo omnes se deferunt regine
dignitati corporis. Quantum ergo de-
ferendum esset hominibus cum hu-
mana natura unita sit filio
dei. Si cruci tanta reverencia
exhibetur cui coniuncta fuit corpo-
ris christi per modicum tempus. Quanta re-
verencia est exhibenda humane
nature que unita est divine ita
quod numquam ab ea separabitur. De

Et remedium ire aliene

quod contra iram alienam
triplex est remedium. Primum
est mollis responsio. Unde proverbiorum xv. Mol-
lis responsio frangit iram. Sermo
durus suscitat furorem. Item lin-
gua mollis confringit duriciam.
Et hoc verum est de miraculis spiritu-
alibus quod molle frangit durum.
Legitur in vitis patrum de abbate
Machario quod cum perrexisset ad quendam
locum discipulo eius precedente ipsum
obviavit cuidam sacerdoti ydolorum
portanti lignum grande cui dixit
discipulus: quo vadis demon? Ad ille
iratus percussit eum ita fere ut
mortuum eum relinqueret. Cui autem
post obvians abbas Macharius
ait: salveris laborator. Laboratori
salve. Ac ille: quid in me boni
invenisti ut ita me salutares? Cui senex:
quia te vidi laborantem. Cui sacerdos:
et ego ex tua salutatione cognovi
te hominem magnum dei. Set quidam
monachus me male salutavit
quem ego plagis affeci. Et statim
conversus est sacerdos ydolorum

petens veniam et dixerunt voluera-
tum usque ad cellam et paucos ex illo-
rum monachus factus est et dixit
videte quid lenitas sermonis fecerit
aut quid austeritas. Homo iracun-
dus est quasi olla bulliens. Proverbiis
Os fatuorum ebullit stultitiam. Ideo
aqua frigida mollis responsionis
super fundenda est. Eccli. Nonne ar-
dorem refrigerabit ros. Dulce verbum
est velud ros refrigerans ardorem
ire. ¶ Secundum est silentium. Proverbiorum
Cum defecerint ligna extinguetur
ignis. Velud ligna habent se verba
que respondentur homini iracundo un-
de ignis ire nutritur. Eccli. Non
litiges cum homine linguato ne
struas in ignem illius ligna. Ex-
pediens tamen esset omnino recedere ab
irato sicut aliquis ab igne quando
non vult comburi nec calefieri ab
eo. Unde Apostolus Non vos defenden-
tes karissimi sed date locum ire. ¶ Tertium
est beneficium. Unde dominus Si
esurierit inimicus tuus ciba illum
si sitit pota illum. Sic enim prunas
enim congregabis super caput eius.
Beneficia vero inimico exhibentur
sunt velud prune ardentes inimi-
cos ad amorem. Legitur in vitas patrum
de quodam heremita nomine Theo-
ri. Qui habebat gratiam sanandi
homines infirmos. Ad quem cum
venissent latrones putantes eum
habere aurum multum fecit eos
stare foribus affixos et mane cum
incole vellent illos comburere pro
furto ipse ait sinite eos alioquin
a me fugiet gratia sanitatum et
statim ipsi latrones conversi sunt ad
deum. Legitur etiam de quodam qui
vocabatur Amon qui in Egipto in
heremo erat quod latrones ei aufe-
rebant panes quibus ipse vesce-
batur. Unde precepit duobus fratri-
bus ut custodirent ostium celle
et cum latrones venissent ad ostium
videntes oraciones obstupuerunt quos
inveniens Amon pre timore semimor-
tuos et fecit eis parari mensam
et compuncti facti sunt sanctissimi
homines. ¶ Sequitur de remedijs
contra iram propriam quorum primum
est consideratio dominice passionis.
Greg. Si passio domini ad me-
moriam revocetur nichil adeo du-
rum est quod non equo animo tollere-
tur. Quod remedium nobis insinuandum
est in libro Numeri ubi filij Israel
respicientes serpentem in patibulo
a morsu serpentum igneorum sana-
bantur. Unde de serpentibus ignitis ire
quisque sanatur si diligenter
attendit quid Christus in cruce pro eo su-
stinuit patienter tunc sustinebit
quidquid oportebit eum pro amore
Christi pati. ¶ Secundum est silentium.
Unde super illud Proverbiis Fatuus sta-
tim indicat iram suam dicit glosa
Natura ire est ut prolata magis
ferveat occulta languescat. Proverbiorum
Qui imponit stulto silentium iras
mitigat. Legitur in vitas patrum
de abbate Ysaac. Qui requisitus
a quodam fratre quare demones eum
timerent respondit Ex quo factus sum
monachus statui apud me ut ira-
cundia extra guttur meum non pro-
cederet et ideo timent me demones.
Legitur de abbate Achille quod quidam
senex venit ad eum et vidit illum
sanguinem expuentem et requisivit
quid hoc esset cui respondit Sermo erat
cuiusdam fratris qui me con-
turbaverat repugnavi ne non
illum dicerem sed precatus sum deum ut tolleret

aime et factus est ille s(ecundu)m in ore meo
sanguis et postquam illum expu
itionem s. et ipam tristiciam et ser
monem suum oblitus ¶ Tercium
consideracio divine ordinacionis mel
lium malum pene potest nobis infer
re insi divina ordinacione q(uod) mag
de esse solacium hominibus fidelibus
omnis enim tribulacio debet potius
quam celesti medici qui discretissi
mus est et fidelissimus dispensit fi
libus suis p(rese)nt mederi et prodire ¶ Ideo
mansuete et patienter tollerande sunt
tribulaciones. Istam racionem insinu
at nobis dominus dicens Calicem quem
dedit michi pater non vis ut bibam
illum. Tribulacio est quasi virga in
manu matris amantissime sic et ma
nu dei qui filios suos diligit super
omnem matrem. Ysay. Numquid ob
livisci potest mulier infantem suum et non
misereatur filio uteri sui et illa si
oblita fuerit ego tamen tui non
obliviscar. descripsi enim te in manibus
meis. Non est multum timenda virga i(n)
manu amantissime matris s. in(de) d(omi)ni
principe quando aliquis sperat per
virgam huiusmodi a gladio pene eterne
liberari ad hanc ordinacionem respici
ebat david cum sic mei maledicerent
sibi et abysay commendaret ut maledicen
ti mec ait dominus. Dimitte eum ut
maledicat michi iuxta preceptum
dei ¶ Quartum est utilitatis consideracio
quam habet tribulacio que tolleratur
tam magna quam infinita hanc uti
litatem insinuat david dicens q(uod) dicat
de persecutoribus Circumdederunt me sicut
apes. apes aculeo pungunt s. et alia
pre mel tribuunt et licet inmicantur
quia pungunt amandi tamen quia mel
tribuunt. Sic persecutores licet pungant
cum tribulacionem inferunt tamen
amandi sunt quia mel celestis dul
cedinis quodammodo tribuunt ut

conferunt mediciam enim eterne toro
ne homini ministrant ¶ Quintum est
consideracio propriorum defectuum ideo ali
qui defectibus aliorum ita defacili i(n)
rastimantur s. suos non agnoscunt
Aug(ustinus) Ecclesiastici servo tuo ne peccaverit
trastere tibi ne peccans ¶ Sextum est
consideracio finis nostri mortis s. et
eorum qui post mortem sequuntur Eccl(esiastic)i
Ecc(lesiastic)i memorare novissima tua et mori
et desine inimicari et subditur
memento timoris domini et non irascaris
proximo. Multi sunt qui sic iratum
murmurant contra proximum suum quia
reputant dedecus esse quod sic vindi
carent se. Ideo qui ei minatus est
qui attende deberent quod nec etiam
potestatem defendendi se habent a
iniustis vel peccatoribus Aug(ustinus) homo
tibi committum fiat et times eciam
tuis eos peccatoribus resistas ut dormi
as. De peccato lingue sequitur

V ltimo inter peccata dicendum
est de peccato lingue multa
bona sunt que deberent
homines movere ad diligentem custo
diam lingue ¶ Primum est hoc quod
dominus hominem in lingua honora
vit pre ceteris creaturis Multis enim
creaturis dedit dominus linguam ad u
sum loquele nisi homini quod non est
parvus honor nec parvum beneficium i(mmo)
satis magnum cogita. Si tu muto
esses quantum beneficium putares
si redderetur tibi loquela plus eam
amares si tibi infinita pecunia da
retur. Unde valde ingratus est ho
qui peccando deum inhonorat in
membro illo in quo deus hominem
pre ceteris creaturis honoravit aves
que nos recepimus tantum beneficium
in lingua quantum homines nec
aliquam mercedem a deo pro usu
lingue exspectant laudant crea
torem suum Unde multum potest
offendi si homo ... in lingua

contumeliam facit uel irrogat eius
congregatio animum eius laudat. ¶
Secundum est quod lingua membrorum est
valde nobile et in quo multum in-
decens est omnis immundicia. Nulla
autem immundicia maior est ut michi
immundicia lingue. Diligenter custo-
dienda est ne peccato inquinetur. Qui autem
non plus timet inquinare linguam
suam peccato quam cetera membra por-
cus ceteris videtur quam homo. Por-
cus enim rostrum in lutum ponit sic
et pedem nec magis parcit ori quam
pedi. Homo qui non timet inquinare
os suum peccato velud canis macelli
est qui labia solet habere sanguino-
lenta. Abhominabilis eciam precipue
esse hominibus quia os suum permittit
intrare que immundiora sunt muscis
et culicibus. Dyabolum enim permittit
intrare sibi in linguam. Summa immundicia
peccati spiritum est dyaboli. Multum in-
mundus est qui permittit dyabolum in-
habitare more suo. Lingua deputa-
ta est homini ad orandum, deum
laudandum, ad susceptionem dominici
corporis. Oratio requirit lingue pu-
ritatem. [illegible] Greg. Cum
indignus ad intercedendum mittitur
irati animus ad deteriora provocatur.
Laus eciam dei magnam sanctitatem
requirit. Unde sicut multum peccaret
qui in calicem ubi corpus Christi po-
nitur lutum immundum poneret sic
multum peccat qui os suum in quo
corpus Christi recipitur per peccatum
inquinat. Inter alia membra os
maxime deputatum est divino of-
ficio et bene iustum esset ut saltem
illud membrum deo mundum servaretur
ad sumendum. Et lingua custodita
anima custoditur. Unde proverbiorum
Qui custodit os suum custodit ani-
mam suam. Homo qui os suum non custodit
est civitas absque muro. Proverbiorum

Sicut urbs patens et absque mu-
rorum ambitu, ita vir qui non potest
loquendo cohibere spiritum suum. Est
eciam quasi castrum absque porta. Unde
legitur Vitas patrum. Quidam se-
nex cum quibusdam fratribus ibat ad
beatum Anthonium et audivit multa
ab illis de sacra scriptura et de operibus
manuum suarum. Et ipse penitus tacebat
et cum venissent ad Anthonium dixit
Anthonius seni: bonos comites habuisti
itineris tui. At ille: Boni sunt quidem
sed habitaculum eorum non habet ianuam;
qui vult intrat stabulum eorum
et solvit asinum. Qui vult custo-
dire castrum aliquod oportet ut cu-
stodiam habeat circa portam. Sic qui
volunt custodire animam suam oportet
quod diligenciam habeant circa
custodiam oris. Homo non custodiens
os suum est velud vas sine operculo,
ideo immundus iuxta illud Numerorum:
Quod vas sine operculo immundum erit.
Est eciam sicut equus sine freno et [illegible]
navis sine gubernaculo. Et ideo fre-
quenter labitur in malum. Unde Jacobi:
Omnis natura bestiarum et volucrum
et serpentium et ceterorum domantur et
domita sunt a natura humana. Lin-
guam autem nullus homo domare
potest. Et subditur: est ibi inquietum
malum, plena veneno mortifero. Dicitur eciam
in eadem: Lingua ignis est, uni-
versitas iniquitatis. Ut dicit Glosa,
universitas quia per eam facinora
aut contemnantur ut blasphemia,
superba aut patrantur ut periuria,
falsa testimonia, aut defenduntur
cum quilibet impius scelus excusat
quod commisit. Lingua enim in humido
sine [illegible] et ideo de facili la-
bitur, ut scriptum est: Beatus vir
qui non est lapsus in verbo oris
sui propter pronitatem ad malum que

Porcus similis

Canis

Exemplum de dyabolo

Ex parte cuius deputata est lingua

Quibus assimilatur homo qui non custodit linguam

pronitas lingue ad malum

in lingua est ponitur sal in ore par
vulorum qui baptizantur ad ondendum
quod membrum illud de facili putrefi
at et sermonibus viciorum putrescat
propter eandem causam spiritus sanctus
in linguis igneis apparuit potius
quam in manibus vel aliis membris
ut ondeatur quod membrum illud ma
xime erat inflamatum igne infernali
unde necessarium erat ut illud igne
celesti inflamaretur propter eandem
causam. Cum eciam manus et cetera
membra imparata sint lingua tamen
quodammodo lanatum inclusa et
merito cum propter falsitatem suam
et pravitatem suam ad malum bene
inclusione indigeat. Nocet autem
lingua et ipsi loquenti et ei de
quo loquitur et ei qui tamen loquitur.
Ipsi vero loquenti nocet multipliciter.
Primo auferendo graciam dei. 28 Ec
cli. tres 2° sermo frequenter vulnerat
aptissimum enervandis cordibus in
strumentum. Nulla arma nocent hominibus
sicut lingua si non custodiantur. Ob
unius mali consiliarii vel suggestoris
quandoque destruunt unam totam
civitatem quam non facerent centum lupi.
Unde Eccli. Lingua commovit et dis
persit illos de gente in gentem civita
tes muratas divitum multas destru
xit. Detrimentum vero quod lingua fa
cit magnum est. Unde Eccli. Multi ce
ciderunt in ore gladii sed non sic quasi
qui interierunt illi autem qui gla
dio corpore interierunt. Item flagelli
plage livorem facit plaga lingue
comminuet ossa cordi autem letale
vulnus infligit. Similis eciam modo
nocet. Nocet enim occulte et ideo com
paratur serpenti. Psalmus Acuerunt
linguas suas sicut serpentes. Vo
cat eciam armat. Ideo sagitte com

paratur. Jeremie. Sagitta vulnerans
lingua eorum. Lingua eius qui
est in gallia nocet ei qui est ultra
mare. Sim eciam inflamat. Item
existens in terra nocet ei qui est
in celo scilicet deum et sanctos blas
phemat. Psalmus Posuit in celum
os suum et cetera. Velociter eciam
nocet. Unde Ps. Loquens in illo ubi
veloces pedes eorum ad effundendum
sanguinem. Dicit vulgus tam ve
locius quam velociter currit homo
unus est qui loquitur et unum
tantum librum profert et tamen unum
librum uno momento multitudini
audiencium scilicet aures inficit. Alias
inficit pro peccato lingue maxime
et specialiter punitur homo in inferno.
Exemplum de divite qui cum esset
acriter interiret dixit. Pater Ab
raham miserere mei et mitte Lazarum ut
intingat extremum digiti sui in
aquam ut refrigeret linguam. Ideo
cruciata lingue specialiter exprimit
nec pacem lingue specialiter exprimit.
Unde legitur Apoc. Commanducaverunt
linguas suas pre dolore et blasphe
maverunt deum celi pre doloribus
suis et vulneribus. Non dicit quod man
ducaverunt manus sed linguas suas
et propterea Bernardus sanctus [illegible]
[illegible] clamavit incessanter Domine
Deus meus libera me a lingua. Et
Eccli. Quis dabit ori meo
custodiam et super labia mea si
gnaculum certum ut cadam ab ipsis
et lingua mea ut perdat me. Et
David. Pone domine custodiam
ori meo. Sine custodia lingue
non potest homo bonus esse. Unde Job
Numquid verbosus iustificabitur et
si bonus est cito fit malus. Unde
Jacobi. Si quis putat se religiosum

Nocumenta ex lingua

esse non refir lingua sit lingua tua et cetera Etiam in proverbio Quis est homo qui vult vitam Et nasci aliquis rediisset ego Et sibi dicitur prohibe linguam tuam a malo Et in proverbio Mors est vita in manibus lingue et Ex verbis tuis iustificaberis aut ex verbis tuis condempnaberis ad peccatum istud vitandum valet illud quod legitur de sancto patre Cum autem rediisset a studio athenis et mater eius interpellaret eum de turpitudine et instaret ipse dixit Non intrabis unde cum intelligeret mater mortua est pre dolore et tunc dixit ille quod est optimum et quod pessimum idem et prius plenius se dampnavit

De diversis peccatis lingue

Dicto de custodia lingue in quantum dicendum est de diversis peccatis lingue Et primo de blasphemia Blasphemia est verbum in contumeliam dei prolatum Cum aliquis iratus vindicare se volens de deo aliqua membra dei nominat que nominanda non sunt que possunt valere ad detestationem huius peccati Primum est pena qua deus legitur punivisse blasphemos Legitur Levitici Ecce egressus est filius mulieris israhelitis quem peperat de viro egiptio cum blasphemasset nomen domini maledixisset ei et dictum est ad moysen educ blasphemum extra castra et ponent omnes manus suas super caput eius et lapidet eum populus universus et deinde promulgavit legem contra blasphemos dicens loquere ad filios israhel homo qui maledixerit deo suo portabit peccatum suum et qui blasphemaverit nomen domini sui morietur obprimet eum lapidibus omnis multitudo populi De pena etiam blasphemie Gregorius refert Gregorius in dialogo Quod quidam homo tenere dilexit puerum quendam quinquennem qui consuetus erat blasphemare nomen domini sui statim quando animo suo aliquem obstitisset quadam die cum pater eum teneret brachiis clamans puer mali homines veniunt qui me tollere volunt qui cum hoc dixisset nomen domini blasphemavit et animam tradidit Sic deus in puero quinque annorum peccatum istud sic vindicavit unde quid patet adultis et discreti qui hoc peccatum committunt peccatum istud frequenter punitur adeo etiam in presenti quia multoties aut subitanea morte moriuntur homines blasphemiis assueti aut etiam eis remittunt Item illud

Gregorius Opus blasphemie non remittitur i. cum committitur Unde blasphemi multum deberent rogare viros sanctos ut orent pro eis quod dimittatur peccatum illud Item quanta sit pena blasphemancium cum christus plangere ipsos passus est ab eis qui facienter blasphemant et eo amplius affirmant quem indeliquo [illegible] vanter blasphemavit quia si cognovisset nunquam dominum glorie crucifixissent Blasphemia videtur esse deterior omnibus creaturis Alie enim creature dominum laudant et benedicunt ostendendo dei potenciam bonitatem et sapienciam nec solum laudant deum vero etiam ad deum laudandum homines invitant Unde Gregorius Mirum est qualiter homo deum semper non laudat cum omnis creatura semper ad deum laudandum invitat Valde miser est homo blasphemus qui specialiter propter hoc linguam accepit ut deum laudaret et cum non laudat sed contra ammonicionem aliarum creaturarum eum blasphemat magnitudo huius peccati unde modo

precedenti. Primo in hoc quod in isto peccato infertur contumelia in propria persona cui alii peccatores contumeliam inferunt vicinis suis sicut fur vel raptor deo contumeliam infert in possessionibus suis, homicida in servis eius, sed blasphemus in propria persona et ideo multum displicet deo. Similiter displicet principi quando infertur ei contumelia in subditis suis sed amplius quando est illi qui est de familia propria sed longe amplius quando in filio vel in filia sed super omnia quando infertur ei in propria persona. Alii peccatores et si contumeliam deo inferant tamen preter intentionem eorum est et bene vellent abstinere ab ea si possent habere delectationem quam querunt absque contumelia illa. Sed blasphemus in conspectu dei blasphemat volens se vindicare de deo cum tamen sine culpa sit deus. Contra quos potest aliquis abstinere ne dicat contumeliam garcioni nisi meruerit ille et dicit se non posse abstinere quin regi glorie dicat contumeliam cum tamen ipse nunquam commiserit nec aliquid mali meruerit. Magis procul dubio videtur talis contempnere deum quam garcionem suum. Blasphemia peccatum diabolicum est et quasi loquela infernalis cuius signum est horribile quod facit in audientibus. Sicut ab gallica lingwa loquens de gallicis perpenditur, sic blasphemia de familia diaboli dicitur esse agnoscitur ad infernum pertinere. Illi qui in inferno sunt blasphemabunt deum propter magnitudinem dolorum. Dicitur 16. In apocalypsi: blasphemaverunt deum celi pre doloribus et vulneribus suis. Sicut filii dei assuescunt hic benedicere et laudare deum volentes addiscere officium iterum quod facturi sunt in celis ubi laudabunt deum sine fine. Sic filii diaboli assuescunt blasphemiis ad discendum discentes in mundo isto officium quod facturi sunt in inferno. Nec solum blasphemi culpabiles sunt apud deum sed etiam illi qui tollerant peccatum istud cum prohibere possint ut pater et mater qui non corrigunt filios blasphematores et quandoque ad [illegible] admittunt eos. Et in Decreti [illegible] positi in eodem capitulo. Similiter illi culpabiles sunt qui permittunt deo contumeliam fieri in domibus suis cum prohibere possint. Nullus homo tam vilis deum [illegible] teneret aliquem quem sciret tam contumeliam inferri in domo sua ex quo prohibere posset. Nec impossent homines sustinere quod contumelia diceretur patri suo vel domino temporali. Quomodo ergo possunt sustinere de patre celesti? Quicquid culpabilis esset qui permitteret in celario suo templum alicui domini fieri et ipse [illegible]. Non ne tabernacula magna luditur et blasphematur. Dicere templum diaboli est in quo deus inhonoratur et diabolus honoratur. Quomodo sustinere ut hoc qui certam fidem habet in deum? Tales culpabiles sunt qui in terra sua permittunt talia fieri sicut ille culpabilis esset qui in terra sua permittat talia fieri sicut ille paganorum ydolatriam tolleraret. Magna [illegible] principum qui bona subditorum accipiunt quando deus hoc prohibet, quando vero possunt accipere ad honorem dei et ad salutem animarum non faciunt. Domini possent penam pecuniariam imponere meretricibus illis qui locant ad taxillos vel blasphemantibus quasi deluns [illegible]

In hoc possunt distingui filii dei a filiis
dyaboli quod filii dei non possunt audire
quod pater eorum a blasphemantibus
sagittetur. Filii vero dyaboli non cu-
rant quando vident deum ita sagit-
tari quod tali exemplo potest ostendi. Fuit
quidam uxorem habens et circa tres
filios secundum opinionem suam quamvis
cui uxor eius quadam die litiga-
ret quod ipse credebat quod tres filios
haberet sed tantum unus suus erat
requisita autem quis suus esset no-
luit ei indicare. Cum autem pater
infirmaretur ad mortem et uxor pri-
us defuncta esset ipse faciens testa-
mentum omnia dimisit illi qui fi-
lius suus erat. Post mortem vero
eius contentio facta est inter illos
tres quos tamquam filios suos nu-
trierat cuius esset hereditas quilibet
enim dicebat quod filius esset suus
quod sua deberet esse hereditas. Cum
enim hoc delatum esset ad iudicem
precepit modo ut pater suus mor-
tuus alligaretur ad arborem et
ille qui directius sagittam in eum
mitteret hereditatem haberet. Tunc duo
ex illis sagittaverunt in eum. Tercius
vero videns patrem suum sagittari
offensus est ultimo modum contra
alios duos et dixit quod nullo modo
patrem sagittaret ex quo cognitum
est quod ipse vere filius illius erat et
data est ei hereditas. Simile
iudicium fecit Salomon de dua-
bus mulieribus que litigabant
de puero vivo. Illam ostendit matrem
esse que non potuit tollerare inter-
fectionem pueri. Sic filii dei non
possunt tollerare quod blasphem-
antes patrem eorum sagittent.
Et notandum quod duplex est blas-
phemia quedam est oris quedam
cordis. De blasphemia cordis legitur
in vitis patrum quod quidam frater impu-
gnabatur spiritu blasphemie quem
vidit abbas pymen. Hec cogitacio-
nes dixit quas habes at ille ap-
peruit quod eum impugnaret spiritus bl-
asphemie et statim apparuit in
pugnacio levior. Cum abbas pi-
mine: Quando hec cogitacio ac-
cesserit te dic ergo causam non
habeo blasphemia tua sit semper
super te o sathane. Hanc causam
anima non vult et immittitur
in libris istis duplex causa propter
quam non sit tantum periculum in
hac blasphemia. Primo multi cre-
dunt non enim habent delectacionem
cogitacio blasphemie propter quam
ipsa placeat homini sed vehemens
timor divine offense adducit cogita-
ciones istas sicut homini timido in
tenebris existenti solitario velit no-
lit adducit timor terribilia ad cor-
sum et nimius amor quem habuit
mater ad filium adducit ei memori-
am eius quando defunctus est licet
ipsa nolit. Quia dyabolus scit quod
displicet bono viro iniuriam et con-
tumelia dei mittendum loquitur quia
dei in homine ipso homine audiente
et blasphemia illa dyaboli est non
hominis et metuit homo quod displiceat
ei blasphemia illa. Sequitur
de peccato murmuracionis

Sequitur de peccato murmuracionis.
Est autem murmur oblo-
cucio indebito modo facta
contra deum vel sanctum aliquem. Hoc peccatum
dissuadet nobis sacra scriptura. Dicitur
Custodite vos a murmuracione que
nichil prodest. Murmur quod fit contra
ea que facit deus in mundo plurimum no-
cet homini. Non enim propter murmuracio-

cessat tribulacio secundum quod possunt esse
meritorum. Inquinatur homo dum
debent mundari. Unde Apostolus: Omnia
facite sine murmuracionibus. Ab hoc
peccato debet nos cohibere exemplum
Christi. Ysaie liii. Quasi agnus
coram tondente se obmutescet. Et
exemplum sanctorum non murmur
resonabat non querimonia secundum illud Luce.
Zacharias et uxor eius quoniam am-
bo erant iusti ante dominum ince-
dentes in omnibus mandatis et iusti-
ficacionibus domini sine querela.
Nos qui sumus dei racione creacionis
redempcionis non debemus murmurare
quicquid sibi placeat de nobis fa-
cere. Iusto sibi vendicat mea vita
qui precio posuit suam. Apostolus:
Sive morimur sive vivimus
domini sumus. Augustinus: Debet cele-
stis medicus quid nobis daturus
sit ad consolacionem et quid sub-
tracturus ad exercitacionem. Non
enim homo sine causa iumento suo
cibaria detrahit. Ysaie: Ve qui
contradicit factori suo et post-
quam lutum figulo: quid facis.
Idem ipsa e cogitacio quasi si
lutum contra figulum cogitet et
dicat opus factori suo non fecisti
me. Propter peccatum istud Maria soror
Aaron lepra percussa est. Et Datan
et Abiron terra absorpti sunt. Et deus
immisit ignitos serpentes in filios
Israel quorum eciam maxima pars
in deserto periit. Murmuraverat eciam
populus contra deum et ardor ignis
domini devoravit extrema castrorum
ut legitur Numeri. Omnes qui
a viginti annis murmurastis contra
me non intrabit terram super quam
levavi manum meam ut habitare
vos facerem preter Caleph filium
Jephone et Josue filium ~~Nunni~~ Nun

Et ut breviter dicam ut dicit aucto-
ritas de nulla re magis offendisse
dicitur est populus ille quam in murmure.
Quidam enim murmurant ex invi-
dia sicut ille qui murmurabat
adversus patrem familias dicens
hii novissima die fecerunt et pares
nobis illos fecit qui portavimus
pondus diei et estus. Quidam eciam
ex superbia ut phariseus qui ait
hic si esset propheta sciret profecto
et qualis est mulier que tangit eum
quia peccatrix est. Quidam ex im-
paciencia. Unde Numeri xi: Ortum est
murmur populi quasi dolencium
pro labore contra dominum. Quidam
ex sana consciencia quando aliquis
vult eos cogere ad hoc quod contra
deum est et istud murmur videtur
esse signatum per murmur asine mur-
murantis contra Balaam de qua
legitur Numeri. Aperuit dominus os
asine et locuta est quid feci tibi
cur percutis me. Ecce iam tercio
volebat tangere Balaam asinam
ad id quod erat contra voluntatem
domini. Ad hanc speciem pertinet mur-
mur consciencie murmurantis contra
peccatum. Murmur vero contra deum
multiplex potest esse vel de infirmi-
tate vel de paupertate vel de tempor-
is opportunitate, de prosperitate malorum
et de adversitate bonorum. Valde fa-
tuum est murmurare de infirmitate
cum utilior sit frequens infirmitas
quam sanitas. Unde Jeronimus:
Cum quidam peteret a Johanne
heremita ut oculum sanaret ipse
respondit: Non est tibi necessarium
cupio abire ut corpora virtutis ita
anime languoribus purificantur
castigacionibus et tu dedit ei pa-
cem ... et sanatus est.
Item quidam nolens rogavit quendam

Mt 20

Luce

Ys

Sanctum virum ut amore libertatis
eum precibus suis et audito ab eo verbo
quod melius est in egritudine quam
in sanitate dixit vir sanctus orem
dominum ut fiat te in statu in quo ma
gis humiliter. Fatuum est in paupertate
murmurare cum sciamus pauperes elec
tos esse ad regnum celorum. Jacobi
ii. Nonne deus elegit pauperes in hoc mundo
